Digitized by Google

2 6 487

Digitized by Google

x23

A
2.6.487

Digitized by Google

2.6.658

Digitized by Google

B. I

VINDICIAE
ANTIQUITATUM MONASTICARUM HISPANIAE

ADVERSUS

CAJETANUM CENNIUM

OPERA ET STUDIO

D. GABRIELIS MARIAE SCARMALLII

ABBATIS SS. FLORAE ET LUCILLAE

ORDINIS S. BENEDICTI CONG. CASINEN.

ARRETII MDCCLIII.

SUMTIBUS BIBLIOTHECAE MONACHORUM S. FLORAE

TYPIS BELLOTTIANIS

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Non placuit reticere, ne quis modeſtiam in conſcientiam duceret. *Salluſtius de bello Jugurt.*

Ulterius tacere diffidentiae ſignum eſt, non modeſtiae ratio. *S. Hilarius contra Conſtantium Imperatorem.*

Ipſa veritatis natura iiſdem ipſis firmatur, quibus .... impetitur, iiſdem fulget, quibus obſcurari tentatur. *S. Joannes Chryſoſtomus Hom.* 58. *al.* 57. *in Joannem.*

2. 6. 457

Digitized by Google

EMINENTISS. AC REVERENDISS. PRINCIPI

D. FORTUNATO
TAMBURINO
S. R. E. CARDINALI.

D. GABRIEL MARIA SCARMALLIUS

PERPETUAM FELICITATEM.

Convolant in ſinum Tuum, EMINENTISSIME PRINCEPS, meae *Antiquitatum Monaſticarum in Hiſpania Vindiciae*, quas

Digitized by Google

Tibi cum ob Tuum in S. Benedicti Regulam, quam profeſſus es, quamque etiam nunc impigre colis, amorem, tum ob argumenti ipſius in Italia noſtra novitatem, non injucundas fore confido. Jam quidem immota, & numquam interrupta totius Hiſpaniae traditio, ejus excellentiorum veterum Hiſtoricorum auctoritas, lapides, picturae, diplomata, omnia denique monumentorum genera Benedictinam Regulam a primaeva ſui promulgatione eo in Regno viguiſſe ſatis oſtenderant. In hac pacifica poſſeſſione quum per undecim Saeculorum decurſum Benedictini permanſiſſent, nemo inveniri poſſe videbatur, qui eos in jus vocare, & veluti antiquorum Monaſteriorum invaſores traducere auderet. Nihilo tamen minus Antonius a Purificatione ſui Ordinis Annalium Scriptor tamdem repertus eſt, qui poſt adeo longum temporis intervallum retroacto Sae-

Digitized by Google

culo primus omnium contra eos vexillum erexerit, mordicus adſerens, Benedictinos, qui ſe primitus in Hiſpanorum conſpectum dederint, e Cluniacenſi Monaſterio fuiſſe eductos; quod idem eſt, ac ſi ex Ordine noſtro in Hiſpaniis quadringenti circiter Anni demantur antiquitatis. Paradoxum oppugnatum illico fuit tam felici exitu, ut palinodiam publicis typis recantare, [a] (raro hiſce temporibus honeſtae moderationis exemplo) & a Benedictinis veniam petere non erubuerit Vir ille Religioſiſſimus. Retractationem forte ſatis claram minime reputans Hermenegildus a S. Paullo, exuto pudore omni, deiicere Benedictinos de acquiſiti ſplendoris culmine molitus eſt, bellumque reparavit, adfirmare auſus, omnia antiqua Hiſpaniarum Monaſteria Hieronymiano Ordini fuiſſe addicta. Erraverit, an potius inſaniverit

Her-

(a) In Antidot. Auguſtin. Tr. 3. Cap. 13.

Digitized by Google

Hermenegildus, fortis & invicta defenſio, quam eruditiſſimi Viri Ordinis noſtri Monachi Perezius, & Argaizius ediderunt, luculentiſſime teſtatur. Haec tamen omnia nequaquam deterrere potuerunt Doctorem Pulgarium, quominus & ipſe Benedictinos ad pugnam laceſſeret, probare conatus, noſtram Regulam tunc ſolum in Hiſpaniam fuiſſe inlatam, quum S. Benedictus Anianenſis Abbas eam in ſuo Codice Regularum promulgavit. Hoc eo ſpectat, ut qui legunt, in Hiſpaniae Monaſteriis eam uſque ad tempora Ludovici Pii intra Saeculum IX. non fuiſſe receptam arbitrentur. Verum tam feliciter Noſtrates reſtiterunt, ut hoſtilibus armis induti nullo negotio victoriam reportarint. Rarius pulchriuſque cum Benedictinis ſibi certamen inſtituit Joannes de Ferreras, qui nonniſi Saeculo VIII. eo nempe tempore, quo Maurorum barbaries in Templa, Mona-

ſte-

ſteria, in Chriſtianos omnes debacchabatur, Benedictinam Regulam in Hiſpanias invectam fuiſſe contendit. At vero ne hujus quidem Adverſarii conatibus operoſo ac moleſto labore opus fuit ad obſiſtendum; eos enim Ordinis noſtri doctiſſimi Viri Berganza, & Mecolaeta, conjecturarum levitatem, & conſequutionum falſitatem detegentes, penitus infregerunt. Hinc factum eſt, ut res noſtrae in Hiſpania quieverint, quoad Cajetanus Cennius ibidem Benedictinam Regulam non antiquiorem IX. Saeculo aſſeverans, eamdem crambem toties refutatam, quo conſilio, ignorare mihi licet, illectus recoxit, alterum ſibi in conviciis minime paſſus anteponi. Non ſatis enim habens praecipuum Ordinis noſtri decus, antiquitatem ſcilicet abolere, Clariſſimis etiam Viris Cardinali Aguirreo, Mabillonio, Perezio, Yepeſio ſtudii partium non dubitavit notam inurere, quippe qui Be-

ne-

Digitized by Google

nedictinis, ut blaterat, non contenti Coenobiis aliena etiam Ordini noſtro adoptarint. Quid plura? Ut de Benedictinis triumphum ageret, nec Ordini, nec Sanctae ipſi Regulae pepercit. Intellexit ſane cordatus quidam vel huic reluctandum, ſed manum ab opere continens, quod ipſe facile perſequi poterat, a me ſuſcipiendum omnino voluit. Me Italum indigne ferentem tot criminationes, quibus Italus Hiſpanorum, ac noſtram quietem perturbans, in Benedictinos utitur, totque ineptias, quas minus cautis venditare ſtudet, ad capiendam provinciam argumenti facilitas, rerumque evidentia, quas vix labentibus adoleſcentiae annis me legiſſe memini, fateor, impulerunt; eoque alacrius id oneris ſubivi, quod Rodriguezius Cennii objecta, etſi ſapientiſſime, Hiſpanico tamen ſermone, in noſtra Italia paucis obvio, confutat. Quod ſi res bene ceſſerit, apparebit cer-

te

te; non minus immerito Benedictinorum ingenuitatem proſcindi, quam eorum antiquitatem in Hiſpaniis coarctari. Dabis itaque, EMINENTISSIME PRINCEPS, audaciae meae veniam, quod Tuum Nomen, (non dico Virtutes, quas praeterire juſſus vel lubens omitto, tamquam omnibus claras) tenui Opellae praeſcripſerim; ut noverint univerſi, quae pro vindicandis Ordinis noſtri decore, & antiquitate diſputata a me ſunt, probari Tibi, aut certe non ingrata eruditis oculis accidiſſe. Ita fiet, ut quotquot ad legendum acceſſerint, penitus improbare non audeant, quod Tibi non omnino diſplicuiſſe cognoverint; & qui ſe ad reſcribendum converterint, charta dentata poſthac rem agi non expedire intelligant. Hoc unum reliquum eſt, ut quum ea ſit, ſemperque fuerit Tua in me ſingularis benevolentia, munus quantumvis perexiguum, perenne erga Te meae ob-

ſervantiae, & bene memoris animi monumentum, benigno vultu excipias, meque Tibi omnia e Caelo fauſta adprecantem ad Sacrae Purpurae Tuae oſculum admittas.

Arretii ex Monaſterio SS. Florae & Lucillae IV. Nonas Januarii MDCCLIII.

PRAEFATIO.

Q*Uum nuperrime Viri doctiſſimi nomine, cujus ſatis jam ſpectata erga me amicitia eſt, fuerint ad me inopinato delatae Cennianae Diſſertationes* De Antiquitate Eccleſiae Hiſpanae, *curioſius Indicem rerum, ut ſit, percurrens, proloquia quaedam, quae mihi quidem Eruditorum nemini ab Joannis Mabillonii obitu ſomnianda videbantur, offendi. Malum quidem illud; ſed alia pejora. Avidus enim argumenta quaerens, animadverti, paſſim Viros Clariſſimos confidentiſſime traduci, de re litteraria optime meritos, ſumma ingenii & doctrinae laude, ac quandoque etiam Eminentiſſima dignitate conſpicuos; quodque magis dolebam, haec ab homine nullis fundamentis innixo, & ſolo ſcribendi cacoëthe percito in vulgus ſpargebantur.*

Intellexi protinus, vel potius conjeci, quo conſilio Vir eruditiſſimus hujuſcemodi Diſſertationes a me legi voluerit. Rem acu tetigi. Quandoquidem ubi primum eum conveni, me ad reſcribendum anxie exſtimulavit, Benedictinam Regulam communi ſilentio Hiſpaniis fere abjudicatam timens, ſimulque demirans, quum S. Benedictum quidam Saecularis Presbyter Sublacu olim exegerit, nunc alterum ejuſdem Ordinis S. Patrem relegare non valentem, ſcripto Decreto, ipſius Regulam ex Hiſpania exterminaſſe. Imperitiae meae conſcius, aliorumque, praeſertim autem Cennii, periculo ſatis edoctus, hac noſtra aetate quamlibet Minervam tuto prodire non poſſe in publicum, id oneris detrectabam, eo vel maxime, quod, ut jam perſenſi, ejuſmodi Diſſertationes eruditi emunctae naris Viri haud nimis commendarant. Ergone, inſiſtens ait; cauſſam Ordinis prodes, & quum poſſis communem injuriam propulſare, turpiter praevalere permittes? Cave, ne diuturniori ſilentio Cennii figmenta comprobata videantur; Error enim, cui non reſiſtitur, adprobatur. Porro quum eamdem profiteamur Regulam, nec nos niſi ſolus color diſcernat, quam lubentiſſime communem cauſſam ipſe defendendam ſuſciperem; ſed praeterquamquod aliis ſum diſtentus negotiis, tibi a me oriretur injuria, quum tua potiſſimum interſit. Tandem vividus ejus ſermo a me expreſſit, quod neque mei Ordinis amplitudo, neque

ve-

veritatis amor extorſerat. Itaque reſponſionem ornaturus, *Diſſertationes* De Antiquitate Eccleſiae Hiſpanae *perlegi, quas Auctor duos in Tomos diſtribuit. Primus, cui praemittitur* Codex veterum Canonum Eccleſiae Hiſpanae ex genuina, *ut inquit*, Conciliorum, & Decretalium Epiſtolarum collectione S. Iſidori Hiſpalenſis, *Monaſtica quaedam obiter tantum ac leviter adtingit. Alter vero inter alias offert Diſſertationem VI.* De Origine, Fundatione, & Inſtitutis Monaſteriorum Hiſpaniae, *in qua etſi argumenta ſibi propoſita pertractet, tam obſcure tamen, (pace ejus dixerim) ac tam confuſe producit, ut ejus conatus non alio ſpectare videantur, niſi ut antiquitatem Benedictinae Regulae in Hiſpaniis prorſus evertant. Ab alieni inſtituti homine de rebus Monaſticis differente quid exſpectari poſſet, Lector benevole, clariſſime cognoſces ex hoc Opuſculo, quod extra VI. Cennianae Diſſertationis fines, terminoſque egredi vix patiar. Eumdem ordinem me ſervaturum conſtitui; ſed ex iis, quae Cennius de re Monaſtica generaliter dicit, pauca tantum ſeligam, quibus occurram, (nam de aliis alii viderint) ſatius ducens refellere, quae ad deſtruendam Benedictinae Regulae in Hiſpaniis antiquitatem impudenter comminiſcitur. Haec dum egero, & S. Benedicti Regulam, vel ſtante Gotthorum Imperio, in Hiſpaniis viguiſſe oſtendam, & errores, fabulas, ac dicteria pro re nata inſectabor.*

Digitized by Google

bor. Quia vero quae dicam, Benedictinorum praecipue Scriptorum, quos Cennius vellicat, auctoritate mihi comprobanda erunt, Apologeticam Diſſertationem praemittendam duxi, ut unuſquiſque, & quam immerito ii carpantur, & cujus ponderis, ac fidei ſit eorum teſtimonium, adgnoſcat. Neque occaſionem omittam propulſandi ibidem injurias, quas Monachis generatim, ac S. Benedicti Regulae inferre hic Auctor non veretur. Denique ad ejus calcem illa tam mira *adjungam, quae tamquam ab Yepeſio de Benedictino Ordine narrata, Cennio, ut ex ejus verbis conſtat, haud veriſimilia viſa ſunt; immo mirabiliora in medium proferam, quae ut plurimum ab externis Scriptoribus aut referuntur, aut confirmantur.*

INDEX

EORUM QUAE IN DISSERTATIONIBUS CONTINENTUR.

DISSERTATIO I. *Studii partium, aliorumque errorum calumnia ſublata.*

I. *Commendatur novitas, quae veterem eruditionem non obſcurat, & venerabiliter emendat.* Pag. 1.

II. *Proponuntur ea, quae Cennius in Mabillonium dicit.* 2.

III. *Studium partium vitio datum Joanni Mabillonio diluitur ejus ſcriptis.* 4.

IV. *Et Auctoritate Scriptorum.* 6.

V. *Mabillonius nuſquam gentium Tamayum teſtem adhibet Monachatus Benedictini Sancti Aemiliani, aut antiquitatis Aemilianenſis Monaſterii.* 8.

VI. *Mabillonius animadvertit, unde advenerint Martinus Dumienſis, & Donatus.* 10.

VII. *Mabillonium Benedictino Ordini Hiſpana Monaſteria minime vindicaſſe demonſtratur. Ejus certa adſertio de obſervantia Regulae S. Benedicti in Hiſpania.* 11.

VIII. *Joſephum Peretium vetera Diplomata vindicaſſe contra Hermenegildi cavillationes auctoritate monſtratur.* 13.

IX. *Cardinalis Aguirreus a patrocinio Pſeudo-Cronicorum eximitur.* 14.

X. *Antonium Yepeſium optime adſequutum fuiſſe in Patria veterem rem Monaſticam, & nullo privato adfectu raptum oſtenditur.* 16.

XI. *Ambroſius Moralis non fuit Monachus. Omnia fere manuſcripta vetera Hiſpaniae accuratiſſime legit, & obſervavit.* 17.

XII. *Monachis Benedictinis VIII. & IX. Saeculum prae ceteris glorioſum, quum Scriptorum numerus vix iniri poſſit, & omnis ſtudiorum facultas regnaret in Monaſteriis. Ex Monaſteriorum ſtudiis elucet, quales fuerint Monachi in Anglia, Hibernia, Hiſpania, Gallia, Germania, & Italia, qui etiam Sanctitate floruerunt, ideoque non poterant res certas falſis narrationibus occultare.* 18.

XIII. *Monachos corrupiſſe, atque interpolaſſe Codices, & detriviſſe quidquid certi eſt in antiquis Documentis, calumnia eſt Benedictinis adfixa ab Haereticis. Ordines Religioſi*

ſunt

ſunt vere ornamenta Eccleſiae, non mera figmenta. Ars ſcribendi in Monaſteriis qua circumſpectione exercita. Quanta cura Bibliothecae in Monaſteriis cuſtodiebantur. 24.

XIV. *Benedictinis deberi quidquid apud antiquos eruditum, ac ſcitu dignum, quidquid apud Patres pium, & ſapientiae plenum, quidquid in Conciliis Sanctum, quidquid in Libris Sacris Divinum eſt.* 28.

XV. *S. Benedicti Regula Scripturae Sacrae, & Patrum auctoritate eſt ſuffulta. Ad eam melius obſervandam Joannes Biclarenſis ſuam ſcripſit, quae potius inſtructio dici debet, quam Regula.* 32.

XVI. *S. Benedicti Regula non uni Monaſterio, ſed omnibus per Occidentem, & non paucis per Orientem diffuſis profuit. Fuit dictata a Spiritu Sancto. Utilis non uni perſonarum ſtatui, ſed cunctis Deum timentibus, etiam Principibus Eccleſiaſticis, & Laicis.* 35.

XVII. *Quam mira videantur Cennio, quae Yepeſius de Benedictino Ordine praedicat; mirabiliora, quae de eodem Ordine quoad ſtatum temporalem apud alios Scriptores legi poſſunt, proponuntur.* 39.

XVIII. *Sequuntur mirabiliora de Ordine Benedictino, quae ſtatum Spiritualem, & Eccleſiaſticum reſpiciunt.* 44.

DISSERTATIO II. *De Origine, Fundatione, & Inſtitutis Monaſteriorum Hiſpaniae.*

CAPUT I. *De Origine Monaſteriorum Hiſpaniae.*

I. *Cennii opinio de origine Monaſteriorum in Hiſpaniis dimidio VI. Saeculi adfixa. Ejus fundamenta.* 49.

II. *Convellitur primum fundamentum. Proponuntur Monaſteria antiquiora.* 51.

III. *Deſtruitur alterum fundamentum.* 53.

IV. *Ex iiſdem Conciliis, a Cennio productis, liquet quam falſa ſit ea opinio. Quid ſit lex Dioeceſana, a qua Concilium Ilerdenſe exemit Coenobia, non Domicilia in Monaſterii modum compoſita.* 55.

V. *Origo Monaſteriorum Hiſpaniae antiquior duobus Saeculis quam a Cennio ſtabilitur.* 59.

VI. *Objectiones diluuntur.* 61.

CAPUT II. *De Fundatione Monaſteriorum Hiſpaniae.*

I. *Proponitur Cennii opinio.* 65.

II. *Jus fundandi Monaſteria & penes Epiſcopos, & alios ab Epiſcopis in Italia, in Gallia, in Hiſpania.* 67.

III. *Diluuntur argumenta.* 69.

IV. *Mo-*

Digitized by Google

IV. *Monaſteria in Hiſpaniis, poſt deteſtationem Haereſis tantum conſueviſſe condi in honorem Sancti alicujus, quam falſum ſit, oſtenditur.* 70.
V. *Recentis opinionis fundamentum evertitur.* 73.
VI. *Praeter Monaſteria Dumienſe, Biclarenſe, & Servitanum fuerunt in Hiſpaniis alia certa Monaſteria ante deteſtationem Haereſis.* 74.
VII. *Abbates cur ad Concilia convenerint, & quam vocem in iis habuerint.* 75.
VIII. *Summa Epiſcopis poteſtas in Monaſteria, & Monachos abs Cennio tributa circumſcribitur.* 78.
IX. *Continuatio ejuſdem rei.* 80.
X. *Non ab Epiſcopis, ſed ab Abbatibus demandabantur officia, & munera non ſolum in ſuis, ſed etiam in Monialium Monaſteriis. Temporalium rerum cura non ad Abbatem, ſed ad Praepoſitum, qui primus poſt Abbatem erat, quique hodie dicitur Prior, pertinebat.* 83.
XI. *Abbates poteſtatem habuiſſe in Monachos, multis oſtenditur. Epiſcoporum jus in Monachos ad quid redigitur.* 87.
XII. *Abbatum inſtitutio, de qua fit mentio in Can. 51. Concilii Toletani IV. ab Epiſcopis facienda, vel eſt Ordinatio, ſeu Benedictio, vel eſt Confirmatio, ſeu Miſſio in poſſeſſionem. Electio Abbatis ad Monachos pertinebat ante etiam Saracenorum irruptionem.* 93.
CAPUT III. *De Inſtitutis, ſeu Regulis Monaſteriorum Hiſpaniae ante Saracenos.*

§. I.

I. *Monaſteriorum Regula triplex. Quaenam primo ſervabatur in Monaſteriis Hiſpaniae. Monaſteria non ita erant uni Regulae addicta, quin & aliam ſuperinducerent pro Abbatis arbitrio ante acceptam S. Benedicti Regulam, quae dimitti non poteſt, & cur?* 99.
II. *Nullum hominem auſum eſſe adfirmare, neminem ex diſcipulis S. Benedicti in Hiſpanias profectum eſſe, quam falſo doceat Cennius.* 101.
III. *S. Aemilianus non in Eccleſia Birgegienſi, cui praefuit, ſed in ſacello abs ſe aedificato conditus fuit. Oratoria erant ſacella Monaſteriis adjuncta.* 105.
IV. *S. Aemilianum fuiſſe Abbatem, & habuiſſe Collegium Monachorum demonſtratur. Antiquitus ſuppreſſo titulo Monachi, vel Abbatis, quis dicebatur nude Presbyter, vel Diaconus.* 108.

V. *Monaſterium a S. Aemiliano conſtructum perſtitiſſe uſqueque conditum fuit illud a Mariana enuntiatum oſtenditur. Argumento negativo circumſpecte quis uti debet.* 110.

VI. *S. Aemilianum Monaſterium ſuum ad praeſcriptum Regulae S. Benedicti rexiſſe probatur. Hiſtoria inventionis lapidis Octogoni referentis Epitaphium S. Aemiliano poſitum.* 112.

VII. *Aemilianenſe Coenobium Benedictinae Regulae paruiſſe plura alia docent. Diluuntur Argumenta contra Epitaphium adlata.* 115.

§. II.

I. *S. Martinus Abbas & Epiſcopus Dumienſis Monachis ſuam peculiarem Regulam non tradidit. Quaenam ſint copioſa praecepta piae Inſtitutionis, quae compoſuit.* 118.

II. *Ridicula ratio, cur Martinus Dumienſis, qui aedificaſſe Monaſteria, iiſque dediſſe Regulam praedicatur, Monaſtici auctor Inſtituti appellari non poſſit. Monaſterium Dumienſe Epiſcopali Sede auctum fuit ſicut obtigit Monaſterio Montis Regalis, de quo aliqua dicuntur.* 120.

III. *S. Martinus Dumienſis ſervavit Benedictinam Regulam in Hiſpania, in quam adpulit ex Oriente, id eſt ex Orientali plaga per Italiam itinere habito.* 123.

IV. *Monaſteria Emeritenſia S. Eulaliae, & Caulianenſe, Luſitanum S. Petri, & Legionenſe S. Claudii Benedictinae Regulae addicta oſtenduntur.* 126.

V. *S. Leander vitam Monaſticam egit, ſed non ſub Eutropio Abbate. Vis argumenti negativi quam infirma. Antiquitus S. Benedicti nomen, ſeu Regula rariſſime commemoratur, & cur? Joannes Biclarenſis non ſcripſit proprie Regulam, ſed inſtructionem ad melius ſervandam Benedictinam Regulam, illamque S. Leander nec ſcire, nec audire potuit, niſi de Caelis.* 129.

VI. *Nicolaus Antonius non negat S. Leandrum Benedictinum, ſed vel ſi negaret, nihil officeret auctoritas unius, quando Benedictini, tamquam ſuum eum adgnoſcunt, & exteri Benedictino Ordini adſcribunt.* 132.

VII. *S. Leander non ſcripſit Regulam, ſed libellum de Inſtitutione Virginum, & contemptu Mundi, in quo ſunt praecepta aſceticae diſciplinae e Regula S. Benedicti decerpta. Auctor fuit Reccaredo, ut Monaſteria conſtrueret, & Patribus Toletanis, ut copiam facerent Epiſcopis convertendi unam de Eccleſiis Parochianis in Monaſterium.* 135.

VIII. *Quid*

VIII. *Quid ſint Regulae Hiſpanae? Alii ab Epiſcopis Regulas ſcripſerunt. Inter Monachos & Monachos diſcrimen. Benedictina Religio a ſua origine Ordo vocari coepit.* 139.

§. III.

I. *S. Gregorius Magnus fuit Benedictini Inſtituti Magiſter, & propagator.* 143.

II. *Cennius in dubium revocat, S. Gregorium Magnum fuiſſe Benedictinum, perſpicacior Lupo, Pagio, & Papebrochio.* 144.

III. *S. Gregorium Magnum fuiſſe Benedictinum conſtat ex obſervatione, & auctoritate Regulae S. Benedicti apud Monachos Monaſterii Romani S. Andreae, quae inibi vigebat, quum S. Gregorius Monaſticum habitum induit, cuique S. Pontifex ſe ita aſſuefactum praebet, ut paſſim ejus verba & phraſes uſurpet. Ad haec ſe ad Benedictinae Regulae praeſcriptum Novitios inſtituiſſe, & Monachum & Abbatem vixiſſe declarat.* 146.

IV. *S. Benedicti Regulam norant Siciliae Monaſteria a S. Gregorio condita.* 151.

V. *S. Gregorius nullius vitam integram accurate, & ex ordine refert, niſi ſolius Benedicti, cujus Regulam etiam ſingulari laude exornat, cujuſque notitiam acceperat ante quam ſua Monaſteria conderet.* 153.

VI. *S. Benedicti Ordinem tempore S. Gregorii Magni in Italia fuiſſe cognitum oſtenditur.* 156.

VII. *Etiam in Gallia S. Benedicti Ordo tempore S. Gregorii cognitus erat. Ejus aetas ad Annum 743. perperam differtur. S. Benedictus Anianenſis in Gallia Benedictinae Regulae reſtaurator, non propagator dici debet. Benedictina Regula per totam Chriſtianitatem diffuſa, ideoque per Orientem.* 159.

VIII. *S. Gregorium Magnum fuiſſe Benedictinum probat propagatio Regulae S. Benedicti apud Britannos facta per ejuſdem Gregorii Diſcipulos, qui eam Angliae Monaſteriis impoſuerunt.* 167.

IX. *Etiam propagatio Regulae Benedictinae in Germaniam delatae per Bonifacium, alioſque Monachos Anglos ſuadet Gregorium Magnum fuiſſe Benedictinum.* 175.

X. *Pro Benedictina Gregorii Magni Profeſſione ſtant Veteres Scriptores.* 176.

XI. } 179.
XII. } *Satisfit objectis Baronii.* 184.
XIII. } 187.

§. IV.

§. IV.

I. *Nova opinio de Monachis domeſticis. Hos nuſquam exti-
tiſſe ipſiuſmet Cennii verba evincunt.* 190.

II. *Ii Monachi ignoti S. Iſidoro, S. Valerio, & Concilio To-
letano X. quod loquitur de pueris oblatis in Monaſterio.
Aperitur verus ſenſus Canonis* 49. *Concilii Toletani IV.* 194.

III. *Juſtum, & Eugenium numquam fuiſſe Monachos dome-
ſticos oſtenditur. Jure Mabillonius legem latam a Con-
cilio Toletano de oblatione puerorum in Monaſteriis a
S. Benedicti Regula profluxiſſe contendit. Eccleſia uni-
verſalis complura vel a S. Benedicto, vel ab ejus Mo-
nachis inſtituta accepit.* 199.

IV. *S. Iſidorus dicitur a Cennio non ex Benedictina, ſed ex
Regula Donati multa in ſuam tranſtuliſſe, quibuſdam
decerptis ex Eutropii epiſtola, quae potius cum Bene-
dictina componuntur, quam cum Iſidoriana. S. Iſido-
rus Benedictinam Regulam temperavit, & explanavit.* 203.

V. *Cum Benedictina congruit Regula S. Fructuoſi. Iſidori, &
Fructuoſi Regulae ſunt veluti Commentarii in Regulam
S. Benedicti. Votum ſtabilitatis nuncupatum a Monachis
S. Fructuoſi nonniſi a S. Benedicto inductum. Comple-
torium a S. Benedicto inſtitutum ab Iſidoro, & Fructuo-
ſo adoptatum.* 208.

VI. *S. Fructuoſum fuiſſe Benedictinum oſtenditur. Regulae San-
ctae nomine intelligi Benedictinam demonſtratur. Regula
S. Benedicti nuncupata Regula Patrum, ſeu SS. Patrum.* 215.

VII. *S. Benedicti Regulam in Hiſpaniis viguiſſe evincunt Con-
cilia Toletana, & diplomata. Moniales, & Monachi
nigri ſunt Benedictini. Eugenius, Ildefonſus, Rex U-
vamba fuere Benedictini.* 219.

VIII. *Sarracenicae Cladis ſuperſtites in Aſturiarum, & Gal-
liciae montes confugientes Monaſteria conſtruxerunt ſub
Regula S. Benedicti, ſub qua militarunt etiam Cordu-
benſia Gotthorum tempore.* 225.

*Conlatio Regularum S. Iſidori, & S. Fructuoſi cum Benedi-
ctina.* 233.

DIS-

DISSERTATIO I.

Studii partium, aliorumque errorum calumnia ſublata.

I.

IN ea nos tempora incidiſſe, quibus celeberrimus Poeta cecinit: (*a*)

Vilia ſunt nobis quaecumque prioribus annis
Vidimus, & ſordet quidquid ſpectavimus olim,

nemo eſt, qui non videat. Quum enim cunctarum rerum ſit gratiſſima novitas, mirum non eſt, ſi acri ingenio praeſtantes Viri priſcorum moribus & diſciplinis obſaturari nova identidem machinentur. Ea ii excogitent, ut libet; ſed novo invento veterem eruditionem, illam praecipue, quae firmiſſimis nititur fundamentis, non obſcurent, & ea, qua decet veneratione, emendent antiquitatem. Cennium id haudquaquam praeſtitiſſe ex hoc uno perſpicitur, quod ex ſeptem Diſſertationibus, quas *de Antiquitate Eccleſiae Hiſpanae* conſcripſit, ſextam ex iis, quae ad rem Monaſticam hujus Regni pertinent, non alio conſilio conſtruxiſſe videatur, ſicuti, Deo dante, patebit, quam ut ei lucem eriperet, & quaſi noctem quamdam offunderet. Id autem non ſatis habens, quo S. P. Benedicti Regulam, quae jam uſque a S. Inſtitutoris aevo inibi viguerat, procul amandaret, clariſſimos

Gratiſſima quidem novitas,

ſi veterem eruditionem non obſcuret, & venerabiliter emendet. Cennius

rei Monaſticae Hiſpaniarum

lucem eripere

non ſatis habens, ut S. Benedicti Regulam procul amandaret, non ſolum cl. Viros

(*a*) *Calp. Ecl.* 7.

Digitized by Google

DISSERT. I.

res eorum Monachorum tractantes calumniis oneravit; ſed nec Ordini, nec Sanctae ipſi Regulae pepercit. Quare etſi injuriam patiantur, qui facere ſe credunt; quia tamen Religioſis viris diſſimulanda calumnia non eſt, criminatori reſpondetur: quod & fecerunt Viri Sanctiſſimi, ne ſilentio, quaſi culpae conſcientia, abuterentur obtrectatores.

mos Viros, qui res eorum Monachorum inluſtrantes, eamdem aut illis Monaſteriis jure ac merito adſcripſerunt, aut ab inimicis vindicarunt, calumniis onerare non erubuit. Eſſent tamen ea quidem ferenda, ſi nec in Ordinem contumelias congeſſiſſet, & ſibi a verbis in Sanctam ipſam Regulam temperaſſet. Hujuſce rei novitate, ne dicam, atrocitate commotus, etſi neſcius non ſim, *calumniam non praeſumi*, ut ait Caſſiodorus, (*a*) *ubi aliqua probatio non habetur;* immo jacula in ſolidum inlata retorqueri, quod idem eſt, ac ſi dicas cum S. Cypriano: (*b*) *Injuriam patiuntur, qui facere ſe credunt*, quia tamen Religioſis viris, quorum integritatem vulgo ſpectatam eſſe oportet, & bonum habere teſtimonium apud eos, qui foris ſunt, diſſimulanda calumnia non eſt, nemo miretur, ſi, quibus Cennius uſus eſt, criminationibus in Benedictinos reſpondendi partes ſuſcipiam. Id non minus ſtrenue, quam fecerint, docuerunt Viri longe Sanctiſſimi, inter quos S. Auguſtinus, (*c*) cujus eſt laudabilis ac praeclara illa vox: *Qui fidens conſcientiae ſuam negligit famam, crudelis eſt*. Nonne Gregorius Nazianzenus, Hieronymus, Athanaſius, Baſilius, innumerique alii, qui hoc in genere ſcribendi nobis exemplo praeivere, Commentariis, Epiſtolis, aut Apologeticis Libris objecta crimina refutarunt? Et cur opinionem vel unius facti adverſam ſibi non putarunt eſſe contemnendam; niſi forte quia veriti ſunt, *ne ſuo ſilentio*, ut ſcribit Picus in ſua Apologia, *quaſi culpae conſcientia abuterentur obtrectatores?* Quum igitur ille proprie defenſor ſit dicendus, qui tuetur innoxie, ut eſt apud laudatum Caſſiodorum, (*d*) eo alacrius ad Cennianas injurias propulſandas accedo, quo moderatius id negotii a me perficiendum conſtitui. Id autem ut accurato ordine exſequar, heic ea tantummodo diluam, quae noſtri Ordinis graviſſimos Viros, decus, ac Regulae ipſius praeſtantiam ſpectant, non quae cum cauſſa, quam potiſſimum agendam ſumſi, congruere, & cohaerere videntur, ne eamdem cogar canere cantilenam.

II.

Joannes Mabillonius, quem plurimi fecerit Ludovicus XIV.

Unus excellit inter illos, quibus Cennius vitio dat Studium Partium, Joannes Mabillonius, vir ille clariſſimus, *quo nec doctiorem, nec modeſtiorem in ſuo Regno Religioſum habere* ſe dixit potentiſſimus Galliarum Rex Ludovicus

(a) *Lib.* 5. *Epiſt.* 4. (b) *Epiſt.* 55. (c) *Seu qui ſcripſit Sermones Eremiticos ſerm.* 53. (d) *Variar. Lib.* 9. *Epiſt.* 25.

cus XIV. (a) & quem ipſe Summus Pontifex Clemens XI. audita non ſine magno animi dolore tam inſignis Viri morte, per Eminentiſſimum Cardinalem Coloredum Monachis ſignificari juſſit, *jucundum ſibi fore, ſi aliquo magis diſtincto loco humarent*, adpoſito ad ſepulcrum lapide, cujus indicio moneantur Litterati omnes, quotquot Pariſios venerint, ibi Mabillonii cineres deliteſcere. (b) De homine tanto ac tam conſpicuo ita loquitur Cennius: (c) *Doctiſſimus quidem Cardinalis* (Aguirreus.) *Joannis Mabillonii, & Joſephi Perezii auctoritate ſuam tuetur cauſſam, ac ſecus ſentientes irridet. At praeterquamquod utrumque Scriptorem plus aequo Benedictinum Ordinem propagaſſe clam nemine eruditorum eſt, eorum alter eruditione quidem praeſtantior, at fide levior, unicuique erit, qui, qua auctoritate fretus de Monaſterio S. Aemiliani loquatur, expendat. Joannem is Tamayum tantae rei teſtem adhibet; Sanctique Viri Epitaphio indidem allato: Certe*, inquit &c. Et inferius: *Nec vero Mabillonium, utquumque ſui Ordinis propagandi ſtudioſum, ſuppoſitio illa fefellit; nam alibi alienum errorem detegit, quo in praedicti Monaſterii fundatione probanda ipſe laborat.* Et alibi: (d) *Reprehendar ſane, quod negligens pios tot Scriptorum conatus praeſertim Ambroſii de Morales, & Yepeſii, necnon P. Mabillonii, & Cardinalis Aguirrii praeſtantiſſimorum virorum ſententiis rejectis, abjudicarim Sacro eorum Ordini quidquid Monaſteriorum ſummis iidem viribus vindicarunt. Animadverti tamen velim, quod ſtudii omni vacuus numquam fuiſſe videar, niſi veritate una utar duce, quodvis malum mihi omen immineat a ſtudioſis hominibus.* Et rurſus: (e) *Maximo laborarunt opere quicumque hanc ornandam provinciam ſuſceperunt, ut ſeu adſcriberent, ſeu vindicarent Monaſteriis Hiſpaniarum Regulam S. Benedicti. Mirum eſt quantos impegerunt in ſcopulos, quantas evadere nequicquam moliti ſunt ſirtes. Facile omnium princeps Mabillonius, qui aliorum conatus & expendere, & expilare potuit, ſecundo, ut ita dicam, flumine abreptus, in communem aliorum opinionem venit, ſuo haud dubie Ordini tantam partem minime ademturus. Quid vero? Haeſit in primo limine. Neque initium, neque Auctorem hujus Regulae adſequutus, nutare coepit, ac pro aliorum fiducia ſuam ipſe meticuloſam conjecturam interpoſuit:* „Quo auctore demum, *inquit*, (f) quove

Gallicum Rex, & Clemens XI.

a Cennio

traducitur tamquam reus ſtudii partium, & fide levior, utpote qui antiquitatis Monaſterii S. Aemiliani Tamayum produxerit teſtem, a quo acceperit S. Viri epitaphium; ideoque errore, quem in aliis detexit, laborare dicitur

& in ſcopulos impegiſſe

addicturus Ordini Benedictino Monaſteria Hiſpana.

 ve

(a) *Apud Petium Epiſt. 9. Apolog.* (b) *Auctor Synopſis Vitae Mabill. n.* 48. (c) *Cap.* 2. *n.* 16. (d) *Cap.* 1. *n.* 1. (e) *Cap.* 3. *n.* 1. (f) *Saec. I. Bened. Praef. n.* 74.

DISSERT. I.

„ ve tempore Benedictina Regula vigere in Hiſpania coepit? „ Fateor heic mihi haerere aquam; exiſtimo tamen id fa„ ctum eſſe opera S. Martini Abbatis & Epiſcopi Dumien„ ſis. *Hinc patet doctiſſimi viri certamen ingens qua ſtudii, qua ingenii: diu enim anceps ita demum adfirmat, ut vix non neget; ita negat, ut adfirmare videatur. Magnum mihi quidem cum eo diſcrimen intercedit: quamvis enim ingenio ei concedam; ſtudii tamen cauſſas omnes procul habeo.*

Quare qui in ejus verba jurat, ſcriptorem ſtudio devinctum, aut oſcitanter ſequi, aut venerari inſcite praedicetur.

Et iterum: (*a*) *Quare hanc mihi dent veniam, qui in verba jurant Cardinalis Aguirrii, ejuſque ſequacium Mabillonii, & Perezii, ſtudio devinctos ſcriptores aut oſcitanter ſequuntur, aut venerantur inſcite.* Haec ſunt praecipua elogia, quibus Romanus Criticus aperte Mabillonium, & una cum eo Cardinalem Aguirreum, Perezium, Yepeſium, & Ambroſium Moralem proſequitur; in quos tamen nec deſunt alia, quae opportunius in lucem proferentur.

III.

Inquiramus igitur, quamnam veritatem Cennius, qui omni partium ſtudio ſe vacuum jactat, hac in re ducem habuerit, & num immanes illas ſyrtes ſcopuloſque ſciens & prudens evaſerit, in quos Mabillonium de Regula S. P. Benedicti in Hiſpania agentem impegiſſe promulgat.

Mabillonio vitio datum ſtudium partium

Primo Vir cl. ſtudii partium traducitur reus quaſi *plus aequo Benedictinum Ordinem propagaverit.* (*b*) Id quantopere a vero abhorreat, neminem eruditorum latet, qui Mabillonii Saecula Benedictina, qui ejus Annales, qui ejus Vitam vel ſublegerit.

diluitur ejus Praefatione ad Saeculum I. Benedictinum,

Ex ſola Praefatione ad Saeculum I. Benedictinum poterat hic Cenſor Mabillonii ſinceritatem adgnoſcere. Ibi enim: (*c*) *Non minor*, ait, *hac in Collectione fuit veritatis, quam antiquitatis cura . . . Huc veterrimos ac primarios, quoad licuit, conquiſivimus Vitarum Scriptores, quos integros, & nullo fuco adulteratos repraeſentamus.* Et inferius: (*d*) *Sicubi vero nihil ſani, aut explorati potuimus adſequi, incertis relationibus praetermiſſis, ſilentii noſtri rationem poſt primum Indicem in Operis fronte reddimus.* Et paullo poſt: (*e*) *Quoniam vero Sancti nonnulli, quos ad Benedictinae Regulae praeſcriptum vixiſſe non conſtat, in primo Saeculo admixti ſunt: eos, ne proprio*

in qua profitetur, ſe Sanctos proprios & germanos majori charactere, du-

arbitrio nimium indulgere videremur, retinuimus quidem; at proprios & germanos majori charactere, dubios & adſcriptitios, quos quidem putavimus, diſtinctionis ergo, donavimus mino-

(*a*) Cap. 3. n. 4. (*b*) Cap. 1. n. 16. Cap. 3. n. 4. (*c*) *N.* 3. (*d*) *N.* 10. (*e*) *N.* 12.

Google

minoribus typis. Mabillonium re ipſa praeſtitiſſe quod dixit, ex eo patet, quod Acta Benedicti I., Brandani Abbatis, Conſtantiani, Joannis Biclarenſis, aliorumque ſe praetermiſiſſe profitetur, (*a*) vel quia ea cognovit *fabulis & portentis plena*, aut cum alterius Sancti *geſtis confuſa*, vel quia ſibi non conſtitit, an *Monachi fuerint*, an, licet repoſiti in Kalendario Benedictino, *Ordinis noſtri ſuppoſititii*. Nonne Acta S. Benedicti Monachi, ac S. Martini Abbatis Vertavenſis, ut de aliis taceam, non tantum minoribus typis excudenda curavit, ſed etiam Vir integerrimus primum, quem Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae Caſinenſem nominat, *Caſinenſem tamen fuiſſe ex Gregorii textu* (*b*) monuit (*c*) *non conſtare*; de altero autem, quem Menardus ex quodam loco Vitae ſuo Monaſterio a primo conditu S. P. Benedicti Regulam impoſuiſſe colligit, ita ſcripſit: (*d*) *At quum hic Auctor dubitanter in eam rem loquatur, id adnotare malumus, quam adfirmare?* Haec, quam Mabillonius in ita concinnando primo Saeculo Benedictino praeſetulit, probitas ingenuitaſque ſi non acerbum odium, attamen invidiae ab odio non diſſimilis tam gravem offenſionem excitavit, ut de eo expoſtulationes non paucae, eaeque ſatis aſperae eruperint, quibus, etſi ſui conſilii rationem reddiderit, cedendum tamen veritatis amantiſſimus minime duxit. Poterat Cennius id certo comperire in Praefatione Saeculi II. ubi Vir cl. ita loquitur: (*e*) *Provocamur ad Martyrologii Benedictini edicta, quibus obviam a nobis itum nonnulli queruntur. Nefas quippe exiſtimant violare Sanctorum noſtrorum Canonem, quem Majores noſtri Sanctum eſſe voluerunt*. Et inferius: (*f*) *Nae illi ignavam & otioſam familiae ſuae expendunt operam, qui ejus decora immodicis efferunt elogiis: nec tantum perficere in ejus injuriam poſſent injuſti contemtores, aut vituperatores, quantum laudatores nimii ac praecipites, qui dum laudibus ſine delectu ſtudent, & vera falſis immiſcent, etiam veritatem in diſcrimen adducunt: contingitque illis, ut nec vera dicentibus credatur. Unde mihi ſemper maximae curae fuit hunc ſcopulum vitare; & quamvis eruditione & ſcientia inferior, nulli tamen ſinceritate verique ſtudio cedere umquam ſuſtinebo*. Si ita eſt, quae res igitur erit, quae cujuſquam animum dubium facere poſſit, quin Mabillo-

bios & adſcriptitios minoribus typis donare:
quod & praeſtitit;
Immo plures praetermiſit licet poſitos in Kalendario Benedictino, a quo praeter alios expungit S. Benedictum Monachum, & S. Martinum Vertavenſem,
primum a Ferrario dictum Caſinenſem,
alterum a Menardo Benedictinae Regulae addictum.
Et hinc factum eſt,
ut de eo expoſtulationes non paucae erumperent,
quibus minime ceſſit,
ſed modeſte reſpondit
veritatis amantiſſimus,

(a) *Saec. I. Bened. in Indice praetermiſſorum*. (b) *Lib. 3. Dial. Cap.* 18. (c) *Saec. I. Bened. pag.* 115. *edit. Venet.* (d) *Ibid. pag.* 356. (e) *N.* 6. (f) *N.* 7.

DISSERT. I.

qualem etiam ſe praebet in conficiendis Annalibus,

billonius in conficiendis etiam Annalibus peraeque omnes ſuas vires ad unius veritatis ſtudium contulerit, quum id breviter quidem, ſed ſolide confirmet? (a) *Ceterum in his ſcribendis Annalibus diligentiam, bonam fidem, perſpicuitatem cum brevitate pro ſolis ornamentis conſectatus ſum.*

in quibus inter alia

Complura poſſem ex Annalibus argumenta depromere, quae demonſtrarent, quam immerito Mabillonius ſtudio partium abreptus plus aequo Benedictinum Ordinem propagaſſe dicatur: ſed ſatis eſſe puto, ſi ea dumtaxat proferam, quae

Sancti Columbani Regulā principio a Benedictina disjunctam adfirmat, quam alii conjunctam contendunt.

ſcribit de S. Columbano, cujus Regulam principio a Benedictina disjunctam fuiſſe alii adfirmant, inficiantur alii. Relatis ſiquidem, ſerioque perpenſis hinc inde rationum momentis, ſic demum ait: (b) *Quod ſi hanc praefatiunculam Columbanus ipſe ſuo Poenitentiali adpoſuiſſet, certe fatendum eſſet Regulam S. Benedicti ab eo ſervatam fuiſſe . . . Verum ejus potius diſcipuli hanc praefatiunculam Regulae Benedictinae ſubjunxiſſe videntur.* Studioſi ac fautoris viri ſit hic, necne, loquendi modus, eruditorum eſto judicium, qui legerint librum Philippi Baſtidei de Ordinis S. Benedicti Gallicana propagatione.

IV.

Praeterea ex Auctore Vitae

Noluit forte Cennius fidem habere Mabillonii dictis; aliquam tamen poterat ſaltem adhibere Auctori ejus Vitae, quae praefixa eſt primo Tomo Annalium Benedictinorum Lucenſis editionis, quem ſi conſuluiſſet, aequiori profecto

patet, quam immerito ſtudium partium tributum ſit Mabillonio, quum narret,

lance ponderaſſet, num ſibi tacere praeſtaret, quam tali Viro ſtudium partium vertere vitio. Audiat igitur, licet ſero, quid dicat: (c) Initio tamen non omnes e Benedi-
„ ctina familia praeſertim Collectioni Mabillonianae aequi
„ bonique conſuluerunt. Quem enim modum tenuit VIR
„ RECTI AMANS VERITATISQUE STUDIOSISSIMUS, in deligen-

ob vindicatos Ordini Sanctos nonniſi veros & indubitatos

„ dis Sanctorum Actis, NEC NISI VERIS INDUBITATISQUE
„ ORDINIS ALUMNIS ORDINI VINDICANDIS, ET ADSEREN-
„ DIS, is diſplicuit pluribus, quos inimodicum Benedicti-
„ ni nominis ſtudium infuſcaverat. Male actum cum Ordi-
„ ne exiſtimabant illi, ſi Benedictinus eos albo Sanctorum
„ noſtrorum expungeret, quos credula nimis majorum no-

ſparſa in eum ſcripta interdū duriora,

„ ſtrorum pietas Kalendariis noſtris inſcripſerat. HINC MUL-
„ TIPLICES IN AUCTOREM QUERELAE SPARSAQUE SCRIPTA, IN-
„ TERDUM DURIORA. Ingrata quidem haec illi fuere, ſcri-

quibus flecti numquā potuit,

„ ptiſque Apologiis propoſitum ſuum adprobare Praepoſi-
„ tis neceſſe fuit: ſed quidquid egerint adverſarii, FLE-

CTI

(a) *In Praef. Annal. Bened. n.* 14. (b) *Lib.* 8. *n.* 17. (c) *N.* 8.

„ CTI NUMQUAM POTUIT ANIMUS VERI TENAX, palamque „ conteſtatus eſt Mabillonius, malle ſe a ſcribendo penitus „ ceſſare, quam Ordinis gloriae ultra modum ſtudioſis gra- „ tificando quidquam ſcribere, quod a veritate, & ſince- „ ritate, praecipuis Hiſtoriae ſcriptoris dotibus, vel latum „ unguem declinaret: *Ut aequitatis amor*, ajebat ille in A- „ pologia manu ſcripta, *prima judicis dos eſt, ſic & rerum anteactarum ſincera & accurata inveſtigatio Hiſtorici munus eſſe debet. Judex perſona publica eſt ad ſuum cuique tribuendum conſtituta; ejus judicio ſtant omnes in rebus, de quibus fert ſententiam: maximi proinde criminis reum ſe facit, ſi pro virili ſua parte jus ſuum unicuique non reddat. Idem Hiſtorici munus eſt, qui & ipſe perſona publica eſt, cujus fidei committitur examen rerum ab antiquis geſtarum. Quum enim omnibus non liceat eas per ſe inveſtigare; ſententiam ejus ſequuntur plerique, quos proinde fallit, niſi aequam ferre conetur. Nec ſatis eſt tamen, verum amet & inveſtiget, niſi is inſit animi candor, quo ingenue & aperte dicat, quod verum eſſe novit. Mentiri ſi Chriſtianis omnibus, a fortiori Religioſam vitam profeſſis nulla umquam ratione licet, longe minus quum mendacium exitiale, & pernicioſum multis evadit. Fieri vero non poteſt, quin Hiſtorici mendacia vertant in perniciem multorum, qui verbis ejus fidem adhibentes decipiuntur, dum errorem pro veritate amplectuntur. Non levis proinde ejus culpa eſt, quae tot alias ſecum trahit. Debet ergo, ſi candidus ſit, procul ſtudio partium, certa ut certa, falſa ut falſa, dubia ut dubia tradere, neque diſſimulare, quae utrique parti favere, aut adverſari poſſint.* „ Haec Mabillonii verba, quae quo adfectus erat animo, dum „ ſcriberet, probant: ſed id ſcripta ipſa verbis omnibus lu- „ culentius demonſtrant. Poterat ne Cennius fideliorem adinvenire conſiliarium, qui eum ab hujuſcemodi nota integerrimo Viro inurenda deterreret? Sed dicet aliquis, Monachus ita de Monacho loquens ſuſpectus habetur. Fingamus, rem ſic eſſe. Quidni igitur, antequam de Mabillonio judicaret, quemvis alium ſententiam rogavit, qui nulla adfectione commotus ejus ſcripta diligenter excuſſerit? Du-Pinium cenſerem unum ex illis, quibus nihil opponi poſſit. Attendere non pigeat animum ad ea, quae ſempiternis monumentis conſignavit: (*a*) *D. Joannes Mabillonius eſt de*

DISSERT. I. conteſtans malle ſe a ſcribendo ceſſare, quam quidquam ſcribere, quod a veritate, & ſinceritate, praecipuis Hiſtorici dotibus vel latum unguem declinaret; Hiſtoricus enim tum res anteactas debet ſincere & accurate inveſtigare, ait Vir cl.

cujus ſententiae ſtant plerique, quos fallit, niſi aequam ferat.

tum ingenue dicere verum, eo magis ſi ſit Religioſus.

quum ejus mendacia vertantur in perniciē multorum.

Debet ergo certa ut certa, falſa ut falſa, dubia ut dubia tradere, neque diſſimulare, quae utrique parti faveant, aut adverſantur.

Porro Du-Pinius

Mabillonium,

(*a*) *Biblioth. Eccleſ. T. 19. Saec. XVII.*

Digitized by Google

DISSERT. I.

quem ſummè commendat,

de hujus Saeculi (XVII.) *eruditioribus unus, qui prae ceteris rem litterariam copioſiori inluſtraverit adparatu, quemque univerſi Europae litterati* (excepto uno Cennio) *ante alios merito & commendant, & ſuſpiciunt*. Et loquens de Praefationibus, quas Mabillonius Saeculis Benedictinis praefixit: *Hae ſunt*, inquit, *quae infinitum in modum pretium iſtius extollant Collectionis*. Poſteaquam vero ſingillatim percenſuit, & commendavit omnia Mabillonii opuſcula, ita generaliter concludit: *Haec omnia quamvis admodum ſalebroſa & involuta, Mabillonius tamen mira digeſſit claritate ac methodo; habet ubique, quas addat, animadverſiones ſapientes, modeſtas, ingenioſas;* NIHIL PRO VERO ADSTRUIT, QUOD VERUM IPSE NON HABEAT; NIHIL DUBIUM SINIT ESSE, NISI DE QUO DUBITANDUM ESSE COMPERERIT. Et tamdem poſt pauca: *Difficile autem Mabillonium pro meritis quiſpiam laudaverit: publica fama, atque univerſalis omnium eruditorum opinio longe melius Mabillonium laudant, quam quod nos facere valeamus. Profunda ipſius eruditio ejus operibus egregie comprobatur; modeſtia vero, humilitas, lenitas, pietas non minus nota eſt cuicumque tanto viro vel leviter uſus ſit: ſtylo autem viget maſculo, claro, methodico, ſine fuco, ſine ornatu ſupervacaneo, qualis ſane Operibus congruebat, quae exornavit*. Mitto Acta Lipſiae, Morerium, Noriſium, Addentes ad Bollandum, Fontaninum, Colbertium, innumeroſque alios, qui prae ceteris dotibus Mabillonii ingenuitatem; fidem, ac ſinceritatem commendant, ita ut qui eum *ſtudio partium devinctum plus aequo Benedictinum Ordinem propagaſſe* decantat, adverſus Solem loqui, ut ajunt, non immerito dicatur.

Illa omnia impleſſe teſtatur,

& Auctores eximii

ejus ingenuitatem ac fidem admirantur.

V.

Cennius pergit

Poſtquam Cennius Mabillonio ſtudium partium impegit, ejus fidem pergit infirmare, quippe qui in diſcernendis rebus mentis ſagacitate vacuus ad probandam Monaſterii S. Aemiliani antiquitatem ſubleſtum teſtem produxerit, ab eoque Epitaphium S. Viri Pſeudo-Chronicorum ex figlina profectum adceperit. *Eorum alter*, (Mabillonius) *ait*, (a) *eruditione quidem praeſtantior, at fide levior unicuique erit, qui, qua auctoritate fretus de Monaſterio S. Aemiliani loquatur, expendat: Joannem is Tamayum tantae rei teſtem adhibet, Sanctique Viri Epitaphio indidem allato:* (Citata in margine Saec. Bened. Praef. n. 72. & 74.) Cer-

Mabillonii fidē infirmare,

ac ſi antiquitatis Monaſterii Sancti Aemiliani Tamayum teſtem produxerit, la-

(a) Cap. 1. n. 16.

Certe, *inquit &c.* Et inferius: *Perindeque apertum eſt, quanta laborent levitate ſuppoſitae illae inſcriptiones, quae apud Veteres occurrunt, quippe quas Pſeudo-Chronicorum ex figlina profectas diligens quiſque lector comperiet.* Quam bene pol laudatam Mabillonii Praefationem Cennius legiſſe videtur! Ubinam oculos habuerit, quum ea inter ejus manus verſaretur, prorſus ignoro. Non alienum tribuite, ſed reddite Mabillonii Cineribus ſuum, quot quot eſtis probatae integritatis, Eruditi Viri. Legite, quaeſo, totam eamdem Praefationem, & deprehendetis, quam immerito nobis Cennius imponat, adſerendo, Mabillonium loquentem de antiquitate Monaſterii S. Aemiliani, de qua in alia Diſſertatione ſermo erit, Joannem Tamayum tantae rei teſtem adhibuiſſe, Sanctique Viri (Aemiliani) Epitaphium, indidem adtuliſſe. Comperietis quidem n. 72. partem Epitaphii, nec a Mabillonio relati tamquam veri & S. DONATO, non S. AEMILIANO poſiti ab Eutropio Abbate Servitano, cujus verſus ab Joanne Tamayo ſe mutuatum fuiſſe teſtatur Mabillonius his verbis: *Donati Magiſter fuit Facundus Epiſcopus Afer*, (haud dubie Hermianenſis, qui de tribus Capitulis ad Juſtinianum ſcripſit) SI GERMANUM EST EUTROPII *Abbatis Servitani* EPITAPHIUM S. DONATO *deceſſori ſuo poſitum, cujus en primi verſus a Joanne Tamayo accepti:*

DISSERT. I. didemque adtulerit S. Viri Epitaphium, citata Praefatione Saeculi I. Benedictini.

Sed qui eamdem Praefationē legerit, deprehendet, Mabillonium nec Tamayum tantae rei teſtem adhibuiſſe, nec S. Aemiliani Epitaphium indidem adtuliſſe. Comperiet quidem n. 72. partem Epitaphii nec a cl. Viro relati tamquam veri & S. Donato, non S. Aemiliano poſiti, & a Tamayo accepti.

Clauditur heic Sanctus DONATUS, *quem Africa dignum*
Obtulit ipſa Patrem, quemque & Ibera tulit.

Si autem pro DONATO Cennius legit AEMILIANO, eſt quod dicatur per errorem lapſus. Profert porro Mabillonius, non in Praefatione ad Saeculum I. Benedictinum, S. Aemiliani Epitaphium, ſed in Notulis ad Vitam ejuſdem Sancti a Divo Braulione Epiſcopo Caeſarauguſtano conſcriptam, ab Yepeſio ad Annum Chriſti 569. relatum, non a Tamayo deſumtum, quem nuſquam gentium excitat teſtem Benedictini Monachatus S. Aemiliani, vel Monaſterii a S. Viro conſtructi. Siquidem in Praefatione n. 74. a Cennio adlegata, ubi Mabillonius de S. Aemiliano loquitur, nulla de Tamayo mentione facta, haec de eo tantum habet: *Certe S. Aemilianus Abbas apud Cantabros cognomento cucullatus, Monaſterium ſuum condidiſſe ac rexiſſe ad Regulae Noſtrae praeſcriptum dicitur in ipſius Epitaphio Gothicis*

Profert Mabillonius, non in ea Praefatione, S. Aemiliani Epitaphium, ſed in Notulis ad S. Viri Vitam, ab Yepeſio relatum, non a Tamayo deſumtum, quē nuſquam gentiū excitat teſtem Monachatus Benedictini S. Aemiliani, ut conſtat ex laudata Praefatione;

Digitized by Google

thicis litteris exarato. Hic vero Anno Domini 574. vivere deſiit. Quaenam quaeſo ex his verbis Tamayum innuunt, aut Epitaphium ab eo acceptum? Quo in Pſeudo-Chronico S. Aemiliani Epitaphium legerit, Cennius indicet, indicet, ſi tantus ei ſit animus. Nec enim perſpicaciſſimum Virum fugiebat, cujuſnam ponderis eſſet Tamayi auctoritas, dum de eo ita ſcribit: (*a*) *His omnibus colophonem impoſuit Hiſpaniae Martyrologium, auctore Joanne Tamayo, qui fabularum portentis totam Sanctorum Hiſpanicorum, immo & multorum aliorum hiſtoriam deformavit, omnique fide indignam praebuit.* Quae quum ita ſint, fierine poterat, ut Mabillonius a Tamayo voluerit teſtimonium ſumere, ab eoque Epitaphium accipere, quo Monaſterium a S. Aemiliano fuiſſe conditum, ac Regulae Benedictinae ſuppoſitum perſuaderet? Sed fac, rem ſic ſe ſe habuiſſe; num ſemper mentiuntur Cretes? Nonne Bollandus Vir erudiciſſimus, quae in lucem protulit S. Vincentii Martyris Miracula Ulyſippone edita, ac S. Ildefonſi Acta, a Tamayo, qui ea eruit, ut ſcripſit ad cl. Virum, ex veteribus Manu-ſcriptis, ſe recepiſſe fatetur? Quum autem Mabillonius nihil, quod pertineat ad antiquitatem Monaſterii S. Aemiliani, Tamayo acceptum referat, quis neget Cennium dormitaſſe, dum legeret laudatam Praefationem? Ex hoc igitur patet, non ipſi propoſitum fuiſſe, veritatem eo in loco invenire, ſed tantum eludere.

ſciebat enim vir perſpicaciſſimus, cujus ponderis eſſet auctoritas Tamayi, dum eum dicit fabulis totam Sanctorum Hiſpaniae, immo & multorum aliorum hiſtoriā deformaſſe, omniſque fide indignam praebuiſſe,

licet Bollandus quaedam Acta a Tamayo ſe recepiſſe fateatur.

VI.

Mabillonium non animadvertiſſe, quod ex Oriente, & Africa advenerint Martinus Dumienſis, & Donatus, quam falſum ſit. Quoad Donatū patet ex Praef. ad Saec. I. Bened.

& ex Annalibus Benedictinis:

Tempus terere non libet in nonnullis uberius refellendis, quae Mabillonio ſumma injuria falſoque obiiciuntur, quae quidem cenſorem potius nimis acrem oſtendunt, quam errorem opportune caſtigatum arguant. Mabillonium vellicat Cennius (*b*) quaſi *haud animadverterit, quod ex Oriente, & ex Africa primi Monaſteriorum Inſtitutores advenerunt*, quales fuiſſe putat Martinum Dumienſem, & Donatum Abbatem Servitanum. Sed bone Deus! Quot in locis Mabillonius memorat unde Martinus, unde Donatus advenerint? Nonne in Praefatione ad Saeculum I. Benedictinum ex Ildefonſo refert, (*c*) quod *Donatus profeſſione & opere Monachus cujuſdam Eremitae in Africa fertur extitiſſe diſcipulus, & in Hiſpaniam commigravit?* Et inferius (*d*) nonne quatuor vicibus idem repetit? In Annalibus autem Benedictinis, in quibus (*e*) Donato in propaganda apud Hiſpanos

(a) *T. 2. Annal. Bened. Lib. 19. n. 71.* (b) *Cap. 1. n. 1.* (c) *N. 23.* (d) *N. 70.* (e) *L. 3. n. 28.*

nos re Monaſtica praeiviſſe Victorianum Abbatem Aſanenſem adfirmat, nonne Donati adventum ex Africa in Hiſpaniam quinquies inculcat? Hujus rei teſtimonium ſatis ſit unum adducere: (a) *Donatus Abbas Servitani in Hiſpania Monaſterii auctor*, EX AFRICA *item iſthuc adpulſus eſt cum Monachis fere ſeptuaginta*. Si autem de Martino Dumienſi loquamur, & in Saeculis, & in Annalibus Benedictinis Mabillonius eum *in Pannonia ortum . . . &* IN ORIENTEM *diſcendarum litterarum, & religionis gratia peregrinatum, . . . inde in patriam jam regreſſum, eodem tempore in Gallaeciam iter ſuſcepiſſe, quo S. Martini Reliquiae ex Urbe Turonica levari adſportarique coeperunt*, compluries teſtatur. Hoc ipſum Cennius legere poterat in S. Martini Epiſcopi & Abbatis Dumienſis primi elogio Hiſtorico, (b) ſi Annales eum conſulere pigebat. (c)

quoad Martinū ex Saeculis, & ex Annalibus

& ex Elogio Hiſtorico.

VII.

Mabillonium adtribuentem Ordini Monaſteria Hiſpaniae injuriam intuliſſe Cennius ait tot Sanctiſſimis Fundatoribus, decorē iis ſuum auferendo, ut in unum Ordinem indebitā laus cōferatur.

Ad hos errores alia culpa accedit, quae in Mabillonium confertur, non ſecus ac ſi *Ordini* Monaſteria Hiſpaniae *ſummis viribus vindicaverit*: quo *injuria ſit Sanctiſſimis tot Fundatoribus*, inquit Cennius, (d) *aut Praeſules illi fuerint, aut ſimplices Monachi, decorem iis ſuum auferendo, ut uni Ordini aliunde celeberrimo indebita laus tribuatur*. Etſi huic criminationi me ſatis occurriſſe putem, quum Mabillonium ſtudii partium fuiſſe prorſus expertem oſtendi, adhuc tamen cum Mabillonio (e) reponam: *Quid adtinet ementitos ac fictitios Ordini Benedictino adfingere honores, quum ſuo ſatis ſuperque ſplendore inluſtretur?* Immo potius obviam ibo cum Patre Rho Societatis Jeſu: (f) *Supra omnem invidiam eſt Benedictina dignitas, ſive rerum geſtarum amplitudinem, ſive antiquitatem Ordinis ſpectemus. Et quamquam ex veteri illa magnitudine aliquid detriverint ſaecula, quod hodieque ſupereſt ſplendoris, quocumque te vertas, adeo collucet, ut quae olim claritas fuerit, cogitatione vix adſequi poſſimus, quum praeſenti everberemur*. Dubium vero nemini eſſe poteſt, quin ſummam injuriam conſlet Sanctiſſimis tot Monaſteriorum Fundatoribus, qui ab eis veluti vi quadam Benedictinum Cucullum extorquere conatur, quem induiſſe maximae ſibi gloriae verterunt; ob idque indignum obire facinus videretur ille Monachus, qui non ita contenderet, ut ii ex hujuſcemodi probro emergerent. *Quapropter*, dicere mihi liceat cum Joanne Garetio, (g) *ne Benedictinum me*

Huic criminationi occurrit ipſe Mabillonius nullo ſtudio partium abreptus, immo eruditiſſimus Vir Societatis Jeſu.

Quare ſicut ſummam injuriam conſlat Sanctis, qui ab eis Benedictinum Cucullum, quem induerunt, extorquet, ita indignum obit facinus Monachus, qui non

(a) Lib. 6. n. 40. (b) Saec. I. Bened. (c) Lib. 3. n. 38. (d) Cap. 1. n. 1. (e) Praef. ad Saec. II. Bened. n. 7. (f) P. Rho in Epiſt. ad Conſtantin. Cajet. (g) In Differt. de Caſſiodori Vita Monaſt.

DISSERT. I.

efficit, ut ii ex tali probro emergant; ideoque etſi Benedictinus Ordo paene ad invidiam felix nihil alienũ, aut ſuppoſititium, aut precario conceſſum ambiat, quũ tamen litandum ſit veritati, non mirum, ſi Mabillonius conjecturis & argumentis innixus quoſdã Sanctos, & Monaſteria Ordini adſerat,

me in Benedictina controverſia verſantem damnet neſcio quis; ſciat velim Diſſertationis bujus ſcopum non eſſe, ut quid novum accenſeam Ordini meo, qui paene ad invidiam locuples & felix, nibil alienum, aut ſuppoſititium, nibil furto abreptum, aut precario conceſſum ambit. Litandum eſſe veritati non cupiditati, conſcientia docet. Haudmirum igitur, ſi Mabillonius, quem tamen non ſecus, ac Dacherius in Spicilegio, & Durandus, ac Marteneus in Anecdotis, plurium Monaſteriorum origines ſuis conditoribus adſcriptas in ſaeculis & Annalibus publicae lucis feciſſe eruditi omnes norunt, non levibus conjecturis, ac ſatis validis argumentis innixus quoſdam Sanctos ut proprios & germanos, & Monaſteria ab eis exſtructa Benedictino Ordini adſeruerit. Praeterquamquod ſac, Monaſteria Hiſpana, de quibus loquitur Cennius, principio non fuiſſe Benedictina, numquid infertur injuria eorum Sanctis Fundatoribus; ſi, quum poſtea S. Benedicti Regulam receperint, ejus Ordini adſcribantur? Audi Calmetium ita loquentem. (*a*) *Complura inſignia Monaſteria ante S. Benedictum conſtructa in Italia, Gallia, Germania, Hiſpania, Anglia, & Hibernia, ob ſuſceptam S. Patris Regulam in jus Benedictini Ordinis conceſſere. Nos beic eadem in eorum numerum referimus, quae a S. Benedicti diſcipulis fuerunt exaedificata, nec propterea intendimus injuriam facere antiquis conditoribus, quorum nomen, prout juſtitia & aequitas poſtulant, & grato animo proſequimur, & ſummo loco ponimus.* Sed deflectat ad alia oratio. Cennius dicit, (*b*) Mabillonium *neque initium, neque auctorem Benedictinae Regulae adſequutum nutare coepiſſe, ac pro aliorum fiducia ſuam meticuloſam conjecturam interpoſuiſſe.* Quo auctore demum, inquit, (*c*) quove tem„pore Benedictina Regula vigere in Hiſpania coepit? Fa„teor heic mihi haerere aquam; exiſtimo tamen id fa„ctum eſſe opera S. Martini Abbatis & Epiſcopi Dumien„ſis. Si Cennius paullo ulterius legere perrexiſſet, Mabillonio nec aquam nec vinum haeſiſſe faſſus eſſet, dum non meticuloſe, ſed intrepide ait: CERTE *S. Aemilianus apud Cantabros, cognomento Cucullatus, Monaſterium ſuum condidiſſe, ac rexiſſe ad Regulae noſtrae praeſcriptum dicitur in ipſius Epitaphio Gotthicis litteris exarato.* Et inferius ait: (*d*) *Verum nibil aeque confirmat, Benedictinas leges*

cui, Calmetius ipſe Monaſteria ante S. Benedictum condita ob ſuſceptam S. Patris Regulam adſcribit, non intendens injuriam facere Conditoribus, quos grato animo proſequitur, & honore,

Nec obeſt, Mabillonium nutare caepiſſe, quando Benedictina Regula vigere inceperit in Hiſpania;

nam ſibi nec aquam, nec vinum haeſiſſe faſſus eſt, quum dixit: Certe S. Aemilianus Monaſteriũ ſuũ rexiſſe ad Regulae noſtrae praeſcriptum dicitur in eius Epitaphio: & quum

(a) *In Comment. in Reg. S. Bened. T. 2. pag. 398. Arretii edit.* (b) *Cap.* 3. n. 2. (c) *Saec. I. Bened. Praef. n.* 74. (d) *N.* 75.

ges tum apud Hiſpanos fuiſſe obſervatas, quam S. Fructuoſi Regula. Sed & in Annalibus Benedictinis fidenter ait Martinus .... *in his peregrinationibus Regulam S. Benedicti forte accepit,* CERTE *in Hiſpania videtur obſervaſſe.*

DISSERT. I. loquutus eſt de S. Fructuoſo, & S. Martino.

VIII.

Alter, cui obiicit Cennius ſtudium partium, eſt Joſephus Perezius in Academia Salmanticenſi Doctor, & Sacrarum Linguarum publicus Profeſſor. Quum autem ejuſmodi notam Mabillonio inuſtam ſatis ſuperque diluerim, ab eoque Perezius, etſi eodem ferme tempore ſcripſerit, loco tamen, inſtitutione, & lingua diſcretus ſeorſum nihil (quod mirabile eſt) ſenſerit, non aliud mihi curae erit, quam ut oſtendam, cauſſam, quam dixit, ab eo ſancte & egregie defenſam. Eruditorum neminem non poſſe ſtare cenſerem judicio Mabillonii, quem *Virum maximum* Ickeſius, (a) *ſummum Virum* Lazzarinus, (b) *Virum ſapientiſſimum* Fontaninus, (c) *perſpicaciſſimum Virum* Bollandiani, (d) *cujus tamdem optimos mores, divinumque ingenium,* teſte Maranta, (e) *omnes Galli, immo tota Europa certatim amarunt.*

Studium partiũ Joſepho Perezio abs Cennio objectum non refellitur, ea nota Mabillonio inuſta ſatis diluta, a quo Perezius ſeorſum nihil ſentit. Conducet tamen ad id, ſi oſtendatur cauſſa ſancte & egregie defenſa.

Audiat itaque Cennius Mabillonium, qui ita loquitur: (f) *Huc non refero chartarum veterumque diplomatum monumenta, quae ab erudito Viro Joſeppho Perezio Benedictino Hiſpano diſcuſſa, adſerta, & vindicata leges in Diſſertationibus Eccleſiaſticis Salmanticae editis contra Hermenegildi Hieronymiani Monachi objectiones, ne dicam cavillationes, aut criminationes Religioſo homine prorſus indignas.* Quae Mabillonius de Perezio dicit, adeo certa ſunt, ut Michaël Quixada hujuſmodi teſtimonium palam dederit: (g) *Adducit, & ſatis apte propugnat venerandae antiquitatis monimenta, quibus ſui Ordinis decora firmat ... Juſtiſſimae cauſſae digniſſimum patronum agit Auctor, quum ſit defenſio iteratae quorumdam impugnationis,* QUI NOBIS EX PROPRIO CEREBRO INVENTIS ANTIQUATAM SEMPERQUE PACIFICAM SUI ORDINIS GLORIAM EVERTERE STUDENT. Ad hoc teſtimonium accedit & illud Franciſci a S. Alberto Carmelitae Excalceati, qui ait: (h) *Magni Parentis Benedicti Religionem, quae Mundum vel in calce rapit detriumphatum, tot retro actis Saeculis Heſperiam noſtram omnibus propemodum virtutibus exornantem, Regum privilegiis nemini parem, cunctis ſuperiorem, nuperi inimici, etiam nominati hiſtorici,*

Et quidem Mabillonius judicat vetera diplomata a Perezio adſerta & vindicata contra Hermenegildi cavillationes.

Sed & Quixada illum juſtiſſimae cauſſae patronũ dicit, impugnãtem nova ex proprio cerebro inventa.

Ad cujus ſententiã accedit Franciſcus a S. Alberto, qui Religionis S. Benedicti nuperos inimicos

(a) *In Grammat. Francoteotiſca.* (b) *In Defenſ. in Germon.* (c) *In Vindiciis antiq. diplom.* (d) *In Actis SS.* (e) *In Germ.* (f) *Lib. 9. Annal. Bened. n.* 38. (g) *In adprobat. Diſſert.* (h) *Ibid.*

DISSERT. I.

ſonitu ſuo deturbare conantur. Verum enim vero quid inde? Auguſtinus exponit: Noviſſimos dies ſignificare videtur, „ quando haec, quae nunc comprimuntur, in liberam vo-„ cem eruptura ſunt, ſed plane irrationabilem, ut ſoni-„ tus magis, quam locutio, vel ſermo dicendus ſit. *In hoc me duxit Judicii Apologia iſta diſertiſſima, adverſantia quaeque comprimens, irrationabiles voces in ſonitum abſurditatis relegans. Si enim tantae Religionis honorem, ſi inconcuſſa tabularia obnubilant, ſi ſuper Congregationem juſtiſſimam malignaverunt conſilium, ſi cogitaverunt adverſus Sanctos ſuos, ecce Peretii magni nominis Viri clarior lux vindex effulſit, nec probitatis tantum, ſed ingenii &c.* Praetereo Bayleum, qui in ſuo Dictionario Critico perhonorificam mentionem de Perezio facit. Si igitur Perezius jus ſuum defendens, ac optime vindicans vetera diplomata, quibus Benedictinae Regulae antiquitas comprobatur in Hiſpaniis, a Cennio uti homo ſtudio partium abreptus cenſura notatur, illamne effugiet Cennius, qui putidam eamdem crambem a Perezio jam pridem refutatam recoxit?

In vocem erupiſſe plane irrationabilem, dicit; Sed Perezii Apologia adverſaria quaeque compreſſit, irrationabiles voces in ſonitū abſurditatis relegavit.

IX.

Cardinalis Joſephus Aguirreus unus ex eruditis Viris Saeculi XVII. a Cennio traducitur tamquam patronus Pſeudo-Chronicorum.

Etiam ſacram fulgentiſſimam purpuram Cardinalis Joſephi Saenz de Aguirre, qui fuit in Salmanticenſi Univerſitate Theologiae Doctor, ac in compluribus Cathedris Profeſſor ordinarius, Sacrarumque Litterarum primarius Interpres, & a conſiliis ſecretioribus Catholicae Majeſtatis in ſupremo Sanctae Inquiſitionis Senatu, unus demum, teſte Morerio, ex eruditis Viris Saeculi XVII. qui tot editis voluminibus aeternam ſibi gloriam comparavit, labe non veretur Cennius adſpergere. Quum doctiſſimus Cardinalis Joannis Mabillonii, ac Joſephi Perezii praeſidio munitum Sancti Aemiliani Monaſterium & vetus eſſe, & Regulam S. Benedicti profeſſum eſſe (ſicuti ex ſequenti Diſſertatione patebit) docuerit, qua auctoritate ſuam cauſſam defenderit, unuſquiſque cognovit. Quare de hujuſmodi criminatione quum laborandum minime ſit, ad propulſandum aliud probrum, quod eidem Cennius obiicit, me convertam. De eo igitur ita loquitur: (a) *De his, inquam Conciliis, ita exclamare cogitur ipſe Cardinalis Aguirrius, quem non ſemel patronum experiantur Pſeudo-Chronici.* Porro ſi de Cennio ſententia mihi ferenda eſſet, non aliud dicere poſſem, quam ipſum nonniſi animi gratia ad carpendos cla-

(a) *Diſſert.* 1. *Cap.* 3. *n.* 13.

clariſſimos viros excurrere; quo fit, ut ſecum ſedulo cogitare minime poſſit, conſtet, nec ne, oratio aut cum re, aut ipſa ſecum. Alius a me diceret, Cennium Aguirreo vitio vertentem Pſeudo-Chronicorum patrocinium, oſcitanter fuiſſe alucinatum; ego autem ab eo tantum petam, ut indicet, quo in loco, quibuſve in rebus Pſeudo-Chronicos eruditiſſimus Cardinalis tueatur. Et quidem eum longe a vero abire, optime norunt omnes, qui vel ſemel Collectionem Conciliorum Hiſpaniae ab Eminentiſſimo Viro editam inſpexerint. Ibi (*a*) enim non brevem ſubtexuit Diſſertationem, cujus ſi tantum unum, vel alterum, quod Excurſibus praefixit, argumentum proferam, Sole clarius patebit, quam falſo Cennius doctiſſimum Aguirreum criminetur. Exemplo ſit illud Excurſus primi: *Plurima Concilia tamquam celebrata in Hiſpania memorari in Chronicis, a centum circiter annis circumferri ſolitis nomine Dextri, Maximi, Helicae, Luitprandi, & Juliani Perez, nullatenus indicata a S. Iſidoro, vel quopiam alio Scriptore uſque ad finem fere praecedentis Saeculi. Eorum Pſeudo-Chronicorum auctor, ſive architectus innumerabilium fictionum, quiſnam fuerit?* Audiatur etiam aliud Excurſui quinto praepoſitum: *De variis Conciliis, quae dicuntur ſecundo, ac tertio Saeculo celebrata in diverſis Hiſpaniae locis juxta Chronica illa ſubleſtae fidei Dextro, Maximo, Juliano, & Hauberto adſcripta. Refutantur omnia veluti* ὑποβολιμαῖα, *aut ſubdititia.* Nec praetermittendum eſt illud Excurſus ſeptimi: *Defenſores eorumdem Pſeudo-Chronicorum admonentur, & dedocentur teſtimoniis virorum graviſſimorum intra & extra Hiſpaniam, praeſertim e Societate Jeſu; qui detexerunt eorum fabuloſam inventionem, commenta, fictiones, parachroniſmos, & abſurditates, ut proinde iis nulla fides adhibenda ſit neque circa Concilia Hiſpaniae, neque circa innumera alia paradoxa, niſi aliunde certo aliquo teſtimonio antiquorum, aut veteri & recepta traditione confirmentur.* In Excurſu autem tertio (*b*) vir perſpicaciſſimus: *Illa Chronica*, ait, *plena ſunt eventibus, ac rebus miris, novis, ac plane falſis.* Iſne ſit, an non, ſermo protegentis Pſeudo-Chronicos, viderint Lectores, qui partium ſtudio minime abrepti diſpicere poterunt, quam immerito doctiſſimus Cardinalis tamquam patronus Pſeudo-Chronicorum traducatur.

Sed Cennium longe a vero abire

docet Aguirrei Diſſertatio, in qua

Pſeudo-Chronicorum auctorem, ſeu architectum innumerabilium fictionum detegit,

& varia Concilia Hiſpana a Pſeudo-Chronicis enuntiata refutat veluti ſubdititia

& defenſores Pſeudo-Chronicorum admonet,

ne iis fidem adjungant nec circa Concilia, nec circa quid aliud, niſi aliunde certo aliquo teſtimonio, aut traditione confirmentur,

quum ea Chronica plena ſint eventibus plane falſis.

(*a*) *T.* 1. (*b*) *N.* 29.

Digitized by Google

tur. Equidem nimis demiror, Cennium, qui ſe eruditiſſimum virum jactat, ſuaque ipſius praeconia canit, ita ut ſuperius dixerit: (*a*) *Quis enim vero me ipſo facilius, atque evidentius (verbo abſit invidia) id glorietur praeſtitiſſe?* Quum ſaepiſſime Concilia Hiſpanica ab Aguirreo in lucem edita citaverit, laudatam Diſſertationem praeteriiſſe, in qua cl. Cardinalis Pſeudo-Chronicis ſe tantopere infeſtum prodit.

X.

Cennius Yepeſium carpit, ac ſi non fuerit adſequutus in patria veterem rem Monaſticam; ſed immerito:

Cauſſae natura, & temporis ratio poſtulat, ut Cennio in Yepeſium non minus acerbo occurram: *Yepeſii prae aliis*, ait (*b*) *quem ſequitur Mabillonius, reiicio conjecturas, dum* Sanctam Regulam, *non innuere Benedictinam contendo. Eumdem vero auctorem ſi dixero adſequutum non eſſe in patria veterem rem Monaſticam, haud procul a vero abeam*. Regulae Sanctae nomine Benedictinam Regulam fuiſſe appellatam in ſequenti Diſſertatione oſtendam, ex qua ſit ne Yepeſius adſequutus in patria veterem rem Monaſticam, an Cenſor a vero abeat, ſimiliter patefiet. Id ſolide ſcio, Yepeſium Philoſophiae, ac Theologiae abſoluto non ſine laude curriculo, ſe ſe Eccleſiaſticae (Monaſticae praeſertim) Hiſtoriae volutandae totum dediſſe, nec niſi aetate provectum Benedictinos Annales fuiſſe adgreſſum.

Yepeſius enim, rude ſtudiorum donatus Hiſtoriae Monaſticae ſe dedidit, & aetate provectus Annales Benedictinos fuit adgreſſus, quos Itali, Galli, Germani in vernaculam linguam, immo & in latinam converterunt.

Chronicon ubi in lucem prodiit, non a noſtris tantum, ſed ab omnibus omnino veteris Hiſtoriae conſultis non ſine magnis adclamationibus fuit exceptum, nec Italos dumtaxat, ſed Gallos, Germanoſque in contentionem deduxit, quis eorum prior illud in vernaculam ſuam linguam, immo etiam in latinam, teſte Perezio, (*c*) converteret. Niſi Cennius laudatum Chronicon, ceu canis e Nilo, deguſtaſſet, Yepeſium nullo privato adfectu, quem ei vitio dat, (*d*) raptum, ſaepe Ordini noſtro abjudicaſſe, quos vel extranei liberali potius manu tradiderunt; quae ambigua reperit, Lectoris judicio permiſiſſe; certa adfirmaſſe, falſa invicte refelliſſe, documentorum, quae in Adpendice propoſuit, & gravium Scriptorum auctoritate uſum, potuiſſet intelligere. Argumento peculiari ſint, quae ad Annum 537. producit, ubi ait: *Fruſtra S. Victorianus Monachis D. Benedicti adnumeratur*; & tamen illum Uvion, Dorganius, & Menardus in Martyrologium Benedictinum referunt. Nec diſſimilia ſunt, quae ad Annum 599. adfert: (*e*) *Sunt qui S. Fulgentium Ordinis S. Benedicti Monachum fa-*

In iis ſaepe abjudicat Ordini, quae extranei tradunt, certa adfirmat, falſa refellit, uſus monumentis, quae in Adpendice refert.

(a) *Diſſert.* 1. *Cap.* 2. n. 15. (b) *Diſſert.* 6. c. 4. n. 16. (c) *Part.* 2. *Apolog. Cap.* 6. n. 31. (d) *Diſſert.* 6. *Cap.* 1. n. 1. & *Cap.* 3. n. 46. (e) *Cap.* 1.

faciant, quibus tum fidem habebimus, quum antiquum gravemque auctorem nobis adtulerint: Quae verba noſter Cennius legere poterat ſaltem apud Henſchenium. (*a*) Quare non immerito Mabillonius de eruditiſſimo Viro ita loquitur: (*b*) *Antonius Yepeſius Hiſpanus Valliſoletanus Abbas, quod nemo ante eum tentaverat, generale totius Benedictinae Hiſtoriae Chronicon ſcribendum ſuſcepit, vir ſane doctrina & eruditione ad id perficiendum non mediocriter inſtructus.*

XI.

Cennius Ambroſio Morali vitio dat ſtudium partium,

Jam hercle eſt etiam, quod ab Ambroſio Morali, quem ſtudii partium Cennius inſimulat, probrum depellam. *Reprehendar ſane*, inquit, (*c*) *quod negligens pios tot Scriptorum conatus, praeſertim Ambroſii de Morales, & Yepeſii; nec non P. Mabillonii, & Cardinalis Aguirrii praeſtantiſſimorum virorum ſententiis rejectis, abjudicarim ſacro eorum Ordini quidquid Monaſteriorum ſummis iidem viribus vindicarunt. Animadverti tamen velim, quod ſtudio omni vacuus numquam fuiſſe videar, niſi veritate una utar duce.... Haud enim animadvertunt, quod ex Oriente, & ex Africa primi Monaſteriorum Inſtitutores advenerunt.* Ecquis riſus tenere poterit, reputans, a Cennio, qui in ipſo limine proteſtatur, ſe velle abjudicare Benedictino Ordini quidquid Monaſteriorum laudati viri ſummis viribus vindicarunt, proindeque Monachos, qui ea conſtruxerunt, incolueruntque, ibidem vel ad Monachorum numerum adſcribi, ſicuti ex ejus verbis perſpicitur, quem auctorum nemo Benedictini Ordinis ſodalem adgnovit? Quandonam Ambroſius Morales Divo Benedicto ſe nomen dare ſomniavit? Ut Cupidinem quidem per triumphum duceret, opinio quorumdam fert, ipſum ſeſe exſecuiſſe; nullus autem hominum, eum ſolemnia Monaſticae Religionis vota nuncupando eunuchum factum, adſeruit. Quum ergo Morales S. P. Benedicti inſtitutum minime profeſſus fuerit, mirum eſt, quînam, judicio Cennii, partium ſtudio potuerit ardere *piiſſimus ac ſolertiſſimus indagator rerum Hiſpaniae*, uti a Cardinali Aguirreo appellatur. Valde autem mirandum eſt, Virum, qui *omnia fere Manuſcripta vetera Hiſpaniae*, teſte eodem Cardinali, *accuratiſſime legit, & obſervavit*, a Cennio traduci tamquam minus providum ac ſagacem, quaſi *non animadverterit, quod ex Oriente, & Africa primi Monaſteriorum Inſtitutores*, ſi tales fuere, *advenerunt*. Negle-

ac ſi is fuerit Benedictinus,

quod nec ipſe ſomniavit.

Non mirum igitur,

ſi, quum omnia fere Manuſcripta vetera Hiſpaniae accuratiſſime legerit, & obſervaverit,

(*a*) *Ad diem 4. April. in Comment. praev. ad Vit. S. Iſidori* §. 2. (b) *In Praef. ad Annal. Bened.* n. 8. (c) *Diſſert.* 6. *Cap.* 1. n. 1.

DISSERT. I.
horum praeſidio munitus vetera Monaſteria Benedictino Ordini adiudicaverit Vir Saecularis

xerit, necne, id Morales, nihil duco, quum ſolidis rationibus innixus vetera Hiſpaniarum Monaſteria Benedictino Ordini vir Saecularis non dubitaverit adjudicare. Quia vero Cennius fidem fortaſſe non adjunget teſtimonio laudati Cardinalis, utpote reddito a Benedictini Ordinis Viro, & Hiſpano, etſi audiendos fore cenſerem domeſticos maxime pios, doctos, ac perſpicaces, ex quorum numero nemo, ſi ſapiat, Cardinalem Aguirreum ſemovendum cenſebit; attamen ne nodum in ſcirpo quaerat, omittens complures inſignes Scriptores, quales ſunt Baronius, Scaliger, Nicolaus Antonius, Morerius, aliique, qui perhonorifice de Morali loquuntur, ſatis dignam laudem puto, & ad rem noſtram, quae ipſi tribuitur in Bibliotheca Eccleſiaſtica Fabricii, ubi ita legitur: *Ambroſius Moralis eloquentiae in Academia Complutenſi aliquot annos profeſſus, & Gymnaſii Regii Praeſes; Regius Hiſtoricus totam paene Regis Catholici juſſu obiens Hiſpaniam, omnes Bibliothecas, Templorumque archiva, pluteos, & ſcrinia excuſſit, quo Hiſtoriam a Floriano Ocampio inchoatam continenter ad exitum adduceret*; ita ut a Binio (*a*) *vir cum primis doctus, & de Eccleſiaſticis antiquitatibus rerum Hiſpanicarum optime meritus* praedicetur. Videat ergo Cennius, quam cohaereant haec cum iis, quae de Morali pro teſtimonio dixit Cardinalis Aguirreus, quem voluiſſe fucum facere ſuarum elucubrationum Lectoribus nefas eſt vel leviter cogitare,

a tot celeberrimis Scriptoribus commendatus.

XII.

Cennius vellicatis nominatim Monachis,

Qui, qualeſque fuerint Monachi, quos Cennius in ſuis Diſſertationibus contumeliae cauſſa nominatos voluit, perſpectum unicuique fuit, qui ſibi excellentium hominum virtutem imitatione, non invidia dignam eſſe perſuaſit. Quos autem generatim conviciis conſectatur, Eccleſiaſticae Hiſtoriae peritorum munere, quibus a me nullam ortam eſſe injuriam teſtor, haud diſpares illis demonſtrare mihi liceat, quo Cennius quam immerito Benedictinum Ordinem criminetur, adgnoſcat. Audiamus quomodo generaliter loquatur de Monachis. (*b*) *Statuo nunc Opuſculi illius* (de Vita, & Morte SS.) *aetatem nono Saeculo, ad ſummum octavo exeunte, quum Rege Alphonſo II. cognomento* Caſto *mirabilis ſacri ejus* (Jacobi Apoſtoli) *corporis inventio facta eſt in Irienſi Dioeceſi, quae ſubinde cauſſa fuit*

ad eos generatim conviciis conſectandos progreditur.

Eos enim nono Saeculo, ad ſummum octavo exeunte

(a) *In notis ad Conc. Tolet. I.* (b) *Diſſert.* 1. *Cap.* 2. n. 5.

fuit tranſlationis Cathedrae Epiſcopalis Compoſtellam, patratiſque in dies miraculis, materiam ſuppeditavit Monachis pietate, quam doctrina praeſtantioribus, ut res certas falſis narrationibus occultarent, nobiſque ſeris poſteris arcana omnia tranſmitterent. Quidni illa inventio Corporis S. Jacobi res certas falſis narrationibus occultandi, nobiſque ſeris poſteris arcana omnia traſmittendi materiam Clericis ſuppeditavit, qui aeque ac Monachi in Compoſtellana Eccleſia S. Jacobi Divina Officia celebrabant? Siſinandus Epiſcopus „ Irienſis, teſte Didaco II. Epiſcopo item Irienſi, (*a*) Baſilicam S. Jacobi, a fundamento aedificavit, opitulante Alphonſo Rege, & ut Divina illic Officia ea, qua par „ erat, dignitate celebrarentur, Clericos, & Monachos in „ varias familias, & decanias, ſeu turmas, ut Romae in „ Vaticana, & Lateranenſi Baſilicis, & alibi olim factum „ eſt, diſtribuit, quarum unaquaeque ſuo tempore & ordine ibidem ſacra perſolveret. Quapropter quatuor in „ circuitu Baſilicae exſtruxit Monaſteria &c. Quae igitur major ratio erit adſcribendi Monachis, & non Clericis falſas illas narrationes, quum de auctore non conſtet? Monachi nono Saeculo, ad ſummum octavo exeunte, refere Cennius, pietate, quam doctrina erant praeſtantiores. Quos non gignit errores privata animi adfectio! Baronius, Bollandiſtae, aliique inſignes Scriptores agunt quidem de inventione Corporis S. Jacobi, & tamen ſinentes Monachos ſua pace frui, res ſuas quam optime curarunt; immo Bollandiani in Hiſtoria manu ſcripta Compoſtellana forte a Monachis exarata adquieverunt, haud ignorantes octavum, & nonum Saeculum prae ceteris glorioſum Benedictino Ordini inluxiſſe, quum, ut de Sanctis taceam, Scriptorum numerus vix poſſit iniri. Legantur Du-Pinus, Caveus, Oudinus, Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & deprehendetur Monachorum Pars nemini cedere. Nec immerito. *Erat enim*, inquit Trithemius ad Annum 840. (*b*) *his temporibus in Monaſteriis noſtri Ordinis haec conſuetudo celeberrima, ut ſcholae Monachorum in ſingulis paene Coenobiis haberentur, quibus non Saeculares homines, ſed Monachi moribus, & eruditione praeficiebantur nominatiſſimi, qui non ſolum in Divinis Scripturis docti eſſent, verum etiam in Mathematica, Aſtronomia, Arithmetica, Geometria, Muſica, Rhetori-*

pietate, quam doctrina praeſtantiores vocat, eo quod res certas (Inventionis S. Jacobi) falſis narrationibus occultaverint. Quidni id praeſtiterunt Clerici, qui aeque ac Monachi Eccleſiam Compoſtellanam Divinis laudibus exornabant?

Ad hoc accedit, quod VIII. & IX. Saeculum prae ceteris fuit glorioſum Benedictino Ordini,

quum in ſingulis paene Coenobiis haberentur Scholae, quibus praeficiebantur Monachi

(a) *Script. 11. apud Tepeſ. T. 4.* (b) *In Chron. Hirſaug.*

DISSERT. I.

In omnibus ſciẽtiis eruditiſſimi,

torica, Poëſi, & in ceteris omnibus Saecularis litteraturae ſcientiis eruditiſſimi haberentur. Ex his multi non ſolum in Romana lingua docti erant, ſed etiam in Hebraica, Graeca, & Arabica peritiſſimi, quod ex eorum Opuſculis facile dignoſcitur: quamquam vitio ſcriptorum, (notet Cennius) *qui a primaeva inſtitutione praeceptorum paullatim degenerare coeperunt, pauca exemplaria noſtris temporibus emendata reperiantur.* Hoc teſtimonium a Trithemio petiit Tribbechovius, (*a*) ut quam caute & perite Benedictini in ſtudiis & litteris verſarentur, oſtenderet, ad quod & hoc addidit Paulli Langii: *Priſcis temporibus,* inquit is, (*b*) *ut pote Caroli Magni, & Ottonum, dum Ordo noſter Eccleſiam Dei mirum in modum doctrina & ſanctimonia illuſtraret, ſtudium ſapientiae permaxime in eo viguit. Et haec unica fuit, & maxima cauſſa, quod Monachi eligebantur in Epiſcopos. Tunc equidem litterarum gymnaſia erant in Coenobiis, & potiſſimum in celebratioribus Abbatiſſeriis, Fuldenſi videlicet, Hirsfeldenſi, Corbejenſi, Uveiſeburgenſi, Prumienſi, Tuitienſi, Gemblacenſi, Hirſaugienſi, & Trevirenſi; tacendo de Italiae, Hiſpaniae, Galliae, ceterarumque Provinciarum, praecipue Caſinenſi, Cluniacenſi, Floriacenſi, & ſimilibus florentiſſimis Coenobiis, in quibus Monachi & Abbates claruere in omni ſcibili doctiſſimi, qui & multa praeclara ad utilitatem legentium, & fidei defenſionem carmine & proſa ediderunt Opuſcula, quae uſque in praeſens exſtant, & exſtabunt in ſalutem per ſaecula credentium . . . . . Praeter Romanum vetuſtiſſimum, & Pariſienſe tunc novum, ut pote Caroli Magni juſſu opitulamine & auctoritate per noſtros Monachos fundatum, nullum in Hiſtoriis aliud univerſale legimus exſtitiſſe ſtudium. Floruit itaque illa aetate ſapientiae in Coenobiis ſtudium. Proinde Reges, & Principes, ceterique Nobiles ad diſcendum Dei timorem cum litteris liberos ſuos Monachis intra clauſtra tradiderunt inſtituendos. Quorum plerique manentes ſub regularis diſciplinae magiſterio in viros creverunt ſanctiſſimos, alii per parentes revocati moderatores Reipublicae ſtrenui & prudentiſſimi facti ſunt.* Si autem Benedictinorum auctoritas ſatis apud Cennium hac in re ponderis non haberet, ab inferis locupletiſſimum teſtem excitabo Joachimum Vadianum Haereticum, qui ita ait: (*c*) *In Praeſule duae res potiſſimum ſpectabantur, pietas & erudi-*

teſte Trithemio, cui cõcinit Tribbechovius, &

Langius,

Joachimus Vadianus,

(a) *De Doct. Scholaſt.* (b) *In Chron. Citiz.* (c) *Lib.* 1. *de Colleg. & Monaſt. Germ.*

ruditio. Pietatem a vitae innocentia, & Divini cultus amore metiebantur: eruditionem autem a judicio, & doctrinae praeſtantia: quam quia paullo rariorem habebant illa Saecula, perſaepe accidit, ut & Monachi doctrinae fama commendati, & quod omnis ſtudiorum facultas eo tempore praecipue in Monaſteriis regnabat, in Epiſcopos electi, & Summis Sedibus praefecti fuerint. Sed & audiat Caveum, qui de Saeculo nono, quando accidit inventio Corporis S. Jacobi, ita loquitur: (*a*) *Floreſcit hoc aevo magis magiſque ſub auſpiciis Caroli Magni res litteraria, ſuadente ac promovente Alcuino Anglo, Caroli praeceptore, cujus conſiliis inſtitutae ſunt Academiae Pariſienſis, Ticinenſis, Bononienſis, Oſnobrugenſis. His proxime acceſſerunt Canonicorum collegia, & in pluribus Monaſteriis etiam humanarum artium ſcholae celebriores, in quibus adoleſcentes melioribus litteris erudiebantur. Hujuſmodi fuere Coenobia* Italica *Caſinenſe &c.* Nec ab eo diſſentit Tribbechovius, dum ait: (*b*) *Uſus ea in re* (ſcilicet in reſtituendis litteris) *Alcuini potiſſimum opera Carolus, qui ex Bedae diſciplina Monachus ad Carolum ex Anglia legatus, ex legato hoſpes, ex hoſpite praeceptor, verba Polydori ſunt,* (*c*) *eo tamdem Carolum permovit, ut aliis quoque ex Anglia ſive evocatis, ſive appulſis Monachis, Pariſienſem, ac Ticinenſem recens fundatas Academias exornaret.* Ut autem evidentiora fiant quae Langius leviter attigit Monaſteriorum ſtudia, operae me factūrum pretium puto in medium adferre quod de iis ſingillatim Scriptores eximii memoriae tradiderunt, quo ex his paucis, quae proferam, quales fuerint Monachi illis temporibus, unicuique conjicere liceat. Exordiar itaque a ſcholis Anglicanis: *Beda per id temporis,* inquit Simeon Dunelmenſis, (*d*) *deditus erat ſtudio, quando Theodorus Archiepiſcopus, & Hadrianus Abbas, qui litteris ſacris ſimul & ſaecularibus abundanter ambo erant inſtructi, peragrata tota Britannia, congregantes diſcipulorum catervam, ſcientiae ſalutaris quotidie flumina irrigandis eorum cordibus emanabant, ita ut etiam metricae artis, aſtronomiae, & arithmeticae Eccleſiaſticae diſciplinam inter ſacrorum apicum volumina ſuis auditoribus contraderent.* Theodoro, & Hadriano in Schola Beda tamdem ſucceſſit tanta quidem nominis gloria, ut *Monaſterium,* teſte Anonymo, (*e*) *totius litteratu-*

rae

DISSERT. I.

& Caveus

Et quidem ex Monaſteriorum ſtudiis,

quales fuerint Monachi illis temporibus, conjicere licet. Et primo in Anglia.

(a) *De Scriptor. Eccl.* (b) *De Doct. Schol. Cap.* 1. (c) *Lib.* 4. *Rer. Anglic.* (d) *Lib.* 1. *Cap.* 4. (e) *Hiſt. Anglic.*

Digitized by Google

 rae gymnaſium fuerit, ex quo *prodierunt*, ut inquit Tribbechovius, (*a*) *qui nobiliores ſcholas doctrina ſua exornarunt*, ut, ſubdit Sixtus Senenſis, (*b*) *apud ejus Saeculi doctiores proverbium de eo diceretur: hominem in extremo Orbis angulo natum univerſum Orbem ſuo ingenio perſtrinxiſſe*. Ab Angliae inſula in aliam Hiberniae advehamur, & audiemus Thomaſſinum ita dicentem: (*c*) *Unum hic poſtremo adnotabo in ea epiſtola, quam Joannes Papa dedit ad Epiſcopos, Presbiteros, & Abbates Hiberniae*, Doctoris nomen ita Abbatibus aptari, ut paene idem sonare videatur Abbas, et Doctor. = Ceteriſque Doctoribus, ſeu Abbatibus Scotis. *Certe ſplendidiſſima ſidera Orbis illius, ut ita dixerim, Inſularis non alii magis quam Abbates, Monachique fuere; quin & ipſi Epiſcopi, quos famoſarum ſcholarum inſtitutores declaravimus, Aidanus, Theodorus, Uvilfridus e Monaſticis clauſtris prodierant*. Trajiciamus in Hiſpaniam, & S. Beatus Abbas cum primis inclytus in ſuo, quem ſcripſit adverſus Elipandum Libro, ita dicet: (*d*) *Ex his baptizatis alii traduntur ſcholae, & offeruntur a parentibus Chriſto, ut poſſint futuri eſſe Sacerdotes, & ſerviant Chriſto; alii tantum doctrinae traduntur, ut legant, & cognoſcant Chriſtum*. Sed & S. Eulogius ſe ex ſchola Speraindei Abbatis, qui fuit *vir diſertiſſimus, magnum Eccleſiae lumen*, quique *ſcripſit contra Mahometi nugas*, prodiiſſe commemorabit; (*e*) nec vero praetermittet (*f*) Odoarium Abbatem Seſarienſem *ſummae ſanctitatis, magnaeque ſcientiae virum*. Nec ab his ſejungendus eſt Samſon Abbas S. Zoyli vir doctus, & ſubtili ingenio, in Philoſophiae, & Sacrarum Litterarum ſtudiis verſatus, qui ſcripſit Apologeticum opus tribus Libris diſtinctum contra Hoſtigeſium Malacitanum Epiſcopum, a quo in Concilio Cordubenſi haereticus non ſine convicio dictus fuerat, ut ipſe latius enarrat (*g*). Progrediamur in Galliam, & videbimus inter ceteras celeberrimam Academiam Floriacenſis Monaſterii, in quo Abbo *Scholae Clericorum* traditus fuit litteris imbuendus, teſte Aimone, (*h*) a tot conſpicuis Monachis inluſtratam; videbimus & Remigium, qui non ſolum in proprio Coenobio, verum etiam in Eccleſia Cathedrali Rhemenſi ſcientias diu edocuit,

In Hibernia. In Hiſpania. In Gallia.

quo

(a) *De Doct. Schol. Cap.* 6. (b) *Biblioth.* 265. (c) *P.* 2. *Lib.* 1. *Cap.* 95. *n.* 12. (d) *Lib.* 1. *adverſus Elipandum*. (e) *Lib.* 1. *Memor. SS. Alvarius in Vit. S. Eulogii*. (f) *In Epiſt. ad VVilieſindum Pampilonen. Epiſc.* (g) *In Praeſ. Lib.* 2. (h) *In Vita S. Abbonis*.

quo a Fulcone Archiepiſcopo una cum Hucbaldo S. Amandi Monacho, accitus fuerat: quod ibidem poſtea praeſtitit Gerbertus Monachus. Tranſeamus in Germaniam, & iterum audiemus Thomaſſinum, qui ita inquit: (a) *Poteſt & celeberrimarum ſcholarum albo inſcribi Fuldenſis, quo Rabani doctrinae fama, & poſt illum Strabi diſcipuli ejus & ſucceſſoris in ſcholaſticae palaeſtrae exercitiis incredibilem quamdam contraxerat multitudinem ex Germania, Galliaque ipſa diſcipulorum.* Rabani, inquam, illius, qui, ut teſtatur Cave, (b) a Ratgario Abbate Scholae Fuldenſi praefectus fuit, quam tanta eruditionis fama, & nominis ſui gloria rexit, ut innumeri ex ea prodierint Epiſcopi, & Abbates primaria iſtius ornamenta: erat enim omni ſcientiarum genere inſtructiſſimus, cui, ut abſque invidia loquar, nec Italia ſimilem, nec Germania peperit aequalem. Erat quippe Rabanus extra controverſiam inter Saeculi ſui doctrina claros facile princeps: tot praeclara ſcripſit volumina, quae ſola Bibliothecam inſtruere poſſent. Si Montis Caſini Archiſterium licebit inviſere, inveniemus Paullum Diaconum humaniorum litterarum praeceptorem, & nobis occurret Petrus Diaconus, librumque ſuum de Viris inluſtribus Caſinenſibus offeret. Si Cennius plura deſideret, conſulat Mabillonium de ſtudiis Monaſticis, adeat & Trithemium de Viris inluſtribus Ordinis S. Benedicti; & certior factus de excellentia doctrinae Monachorum, qui octavo, & nono Saeculo floruerunt, perſpiciet quam immerito eos tamquem *pietate*, *quam doctrina praeſtantiores* traduxerit. Si autem Saecula Benedictina vel leviter legerit, eo turpius ſe alucinatum praeſentiet, quo majorem iis Saeculis Sanctorum copiam, proportione inita, Monaſticum Ordinem habuiſſe deprehendet. Si enim Monachi, ut eorum avita ſtemmata praeteream, pietate praeſtantes erant, quomodo res certas falſis narrationibus poterant occultare, nobiſque ſeris poſteris arcana omnia tranſmittere? Sanctitas cum mendacio, pietas cum fraude quomodo cohaerebunt? Si autem erant eruditione non mediocriter inſtructi, ſciebant Uviſigotthorum legem declarare, (c) *non eſſe minorem reatum vera ſupprimere, quam falſa confingere*, ideoque ſancitum fuit, ut *ſi admonitus quiſquam a judice de ea re, quam noverit, teſtimonium perbibere noluerit, ſi nobilis*

In Germania,

In Italia,

(a) P. 2. Lib. 1. Cap. 97. n. 9. (b) De Script. Eccl. (c) Lib. 2. tit. 4. Cap. 2.

Digitized by Google

 bilis perſona eſt, nullus homo debet ulterius ſuum teſtimonium recipere; ſi vero minor ingenua perſona eſt, & dignitate & teſtimonio debet carere, & centum flagella infamatus ſuſcipere. Si igitur Monachi vera ſupprimunt, ut quid Cennius plus quam viginti Monachos in ſuis Diſſertationibus teſtes produxit?

XIII.

Quo animo fuerit Cennius in Monachos,

Arbitrabitur Lector, ſe ſatis perſpexiſſe, quo animo Cennius fuerit in Monachos, quum ſextam Diſſertationem elucubrandam ſuſcepit. Aſt plene cumulateque noſcet, ſi graviores, quas is addit, criminationes admirans excipiet, quibus in refellendis, Deum oro, ut modum conſtituat

patet ex contumeliis, quas eis imponit.

ſermoni, quem concepi, quum ad contexendas contumelias alacri animo pronus ex rationis finibus exceſſerit. Siquidem loquens de duobus Codicibus Regularum, quos Yepeſius profert ex Monaſteriis Arlucenſi, & Caradignen-

Primo dicit, Monachos corrupiſſe, atque interpolaſſe Codices:

ſi, ita inquit: (*a*) *Quos equidem Codices, ut non contendo ad amuſſim referre editum ab Holſtenio, ita non adfirmarem corruptos, atque interpolatos aut a Scriptore Monacho, aut ab alio quovis non fuiſſe.* Haud diſſimilem calumniam ab Haereticis fuiſſe Benedictinis Monachis adfixam, nemo eſt, qui dubitet. Audi Rivetum Calvinianum, qui ita

Nec diſſimile dicit Rivetus Calvinianus.

effutit: (*b*) *Sed quid a multis retro ſaeculis non auſa eſt Monachorum audacia? Qui quum fere in cryptis ſuis Sanctorum Patrum labores, nondum typographica arte inventa, aut poſſiderent, aut deſcriberent, tantam ſibi licentiam uſurparunt, ut vix jam reperietur codex aliquis, qui manus eorum impuras effugerit.* Progreditur Cennius: (*c*) *Re-*

Deinde ait, Monachos detriviſſe quidquid certi eſt in antiquis documentis de re Monaſtica Hiſpanorum.

gulae S. Benedicti adſertores, verbo abſit invidia, detriverunt quidquid certi eſt in antiquis documentis de re Monaſtica Hiſpanorum. Et haec eſt alia germana quodammodo contumelia, quam Haeretici Monachis impegerunt. Attende

Quid ſimile effutiit Kimedoncius Haereticus.

quaeſo, & vide, quid dicat Kimedoncius: (*d*) *Teſtes appello paſſim tot Monaſteriorum per Papatum Bibliothecas, in quorum quibuſdam ipſemet vidi Monachos audacter admodum falſarias manus intuliſſe Scriptoribus Eccleſiaſticis, integras ſententias, & paginas totas obliterando, immo integris ternionibus, & libris exciſis auctores indigne caſtrando.* Tamdem eo prorupit caeca Cennii cupiditas, ut haec garrire veritus non fuerit: (*e*) *Benedictinae Regulae auditum fuiſſe nomen a Leandro augurer potius, quam exiſtimem,*

(*a*) *Diſſert.* 6. *Cap.* 3. *n.* 8. (b) *Tract. de Auct. Patr. pag.* 80. (c) *Diſſert.* 6. *Cap.* 1. *n.* 9. (d) *Lib.* 11. *De Script. auct. Cap.* 6. (e) *Diſſert.* 6. *Cap.* 3. *n.* 6.

Digitized by Google

mem, augurerque, ne omnia negare dicar, quae ornamenta Eccleſiae vocant, quum mera ſint figmenta, quae veras in dubium res vertunt. Quid hoc iniquius, indigniuſve dici, aut commemorari poteſt? Quid hoc pejus effutire poſſent damnatae fidei homines? Videantur haereticorum ſomnia, & expendatur, num de Monachis probroſiora loquantur. Egregium revera facinus, noſtrae Religionis hoſtibus catholicos calumniandi anſam praebere, immo illorum antiquas in nos criminationes renovare, ſeu potius confirmare, ut Fama de deſcenſu Cennii in arenam contra Cardinalem Aguirreum, Perezium, Yepeſium, Mabillonium, Benedictinos omnes, omnes fere Hiſpanos Scriptores, fines Imperii Romani peragraret! Hoc unum doleo, eas Diſſertationes probatas a viro, qui pietatem profitetur. Poſthac quidem Haeretici teſtimonium Cennii in medium protrahent, illaſque Diſſertationes laudabunt, quum per calumniam petere volent editiones tot Sanctorum Patrum a Benedictinis adornatas. Quare mihi dicere fas ſit cum Maximiliano Raſero: *Si commenta ſunt iſta hominis rancore & invidia tabeſcentis, ut ſane exiſtimo, quae prudentiae, quae humanitatis, quae charitatis jura ac leges ſinebant, ne dicam, jubebant, tenaci chartarum memoriae eadem illini, & viros plane innocentes tam turpiter, & ignominioſe coram eruditis omnibus traduci? Quem igitur aeſtimabimus Conrigium, qui iſtud facere non dubitavit? Quid fidei mereatur qui nullo vel ſuo, vel publico emolumento famam alienam tam invide adlatravit, tam probroſe traduxit? Hoc omnino eſt artibus non bonis uti.* Haec eruditus, & religioſus Societatis Jeſu Presbyter ad hominem Heterodoxum. Sed quid ad Catholicum? Quid ad Sacerdotem? Facinus horruiſſet vir pius, qui paullo ante dixerat: *Lex illa charitatis tanto minus ſinebat, quod res non unum aliquem hominem, ſed coetum numero ampliſſimum, antiquitate venerabilem, & nullis non titulis hodieque praefulgentem tangebat.* Ceterum a Cennio calamum ab iis ſcribendis retractum iri minime dubitarem, ſi legum vim & effectum vidiſſet, quae ſtatuunt, ut poenas luat, qui aliquem calumniatur, aut documentum aliquod falſi inſimulat. Summus enim ille Pontifex Hadrianus, qui rem Chriſtianam primus ejus nominis ſapientiſſime adminiſtravit, decrevit, ut *Qui in alterius famam in publico ſcripturam, aut verba contumelioſa confixerit, & repertus non probave-*

[Margin: Demũ haec non veretur dicere: Ornamenta Eccleſiae ſunt vera figmenta, quae veras in dubium res vertunt. Num Haeretici de Ordinibus Religioſis probroſiora loquuntur?]

[Margin: Id loquendi genus damnat Raſerus,]

[Margin: & ab eo Cennius ſibi temperaſſet, ſi legum vim, & effectum vidiſſet,]

Digitized by Google

DISSERT. I.

rit, *flagelletur*. Et Paullus de Caſtro ait: (a) *Qui accuſat inſtrumentum de falſo, & non probat, punitur tamquam falſarius*. Sed eo magis ſibi ab iis temperaſſet, ſi antiquiora Hiſpanorum monimenta Saracenicam cladem abſumſiſſe animadvertiſſet. Poterat id addiſcere a Mabillonio, a quo dubitationes, quas ſibi ipſi vir integerrimus objecerat, mutuatus fuit, identidemque obtruſit, dum ita inquit Anno 713. (b) *Tum exciſa Monaſteria, ſacri libri flammis conſumti, & in Eccleſiis, in quibus Chriſtus Dominus antea colebatur, Muhammedis infandum nomen audiri coeptum . . . . Ex tanta clade vix quidquam veterum monumentorum ſuperfuit: ut mirum non ſit, quod paſſim in rebus noſtris ad Hiſpaniam pertinentibus haereamus, nobiſque deſit, quid ſcribamus*. Liberum ei erat, id percipere a Perezio, qui ait: (c) *Clades illa Sarracenica uſque adeo noſtrae Hiſpaniae exitiabilis, omnia vetuſtiora ejus monumenta ita funditus abſumſit, vix ut ex iis aliquod tenue veſtigium ei ſuperfuerit*. Verumtamen ſuis fretus cogitationibus, ſenſaque ſua pro Oraculis habens, id reſcire neglexit, & maluit vetera documenta de re Monaſtica detrita, & antiquiſſimos Codices a Monachis interpolatos & corruptos dicere, quocumque res poſtularet, & quoties id ejus opiniones viderentur exigere: quod eſt unum convicti hominis maxime proprium: *Haec illi ſolent*, inquit S. Auguſtinus, (d) *a corruptoribus ſcripturarum immiſſa eſſe dicere. Uſque adeo nihil habent quod contra dicant, ut haec miſeri reſpondere cogantur. Sed quis non intelligat convictorum hominum aliam eſſe non potuiſſe ultimam vocem?* Sed ut hujus S. Doctoris verbis ad rem aptatis iterum utar, abs Cennio quaeram, num in utroque Codice Regularum, quem Yepeſius de Monaſteriis Arlucenſi, & Caradignenſi producit, S. Benedicti Regula reperiatur, an in uno dumtaxat? Illud primum docent Yepeſius ipſe, Mabillonius, & quotquot praedictos Codices laudant; at nullum daturus eſt Cennius teſtem, qui S. Benedicti Regulam in uno dumtaxat haberi adfirmet, niſi forte ſuam ſextam Diſſertationem citare velit, ubi ad Cap. 3. n. 8. licentia Cenniana ex uno *S. Iſidori*, ex altero *S. Benedicti* Regulam expungit, quum utrobique apud Mabillonium, (e) unde eas mutuatus fuerat, utriuſque habeantur

eoque magis, ſi antiquiora Hiſpanorum monumenta Saracenicam cladem abſumſiſſe animadvertiſſet;

Verum id reſcire neglexit, & maluit vetera documenta detrita, & Codices a Monachis interpolatos & corruptos dicere;

quod eſt unum convicti hominis maxime proprium, ut ait S. Auguſtinus.

Quum autem Cennius

ex uno ex his Codicibus S. Iſidori, ex altero S. Benedicti Regulam abraſecit,

(a) *In L. Jubemus Cod. de Probationibus*. (b) *Annal. Bened. Lib.* 19. *n.* 71. (c) *In Epiſt. ad Mabill. ibid.* (d) *Lib. de Moribus Eccl. Cathol. Cap.* 9. (e) *Annal. Bened. Lib.* 3. *n.* 36.

tur Regulae. Sed quid ei non licet, qui res certas falſis narrationibus occultatas, Codiceſque a Monachis cenſet interpolatos, quique ex uno ex his Codicibus *S. Iſidori*, ex altero *S. Benedicti* nomen indubitanter abraſit? Quae quum ſint *Convictorum hominum ultimae voces*, ut ait S. Auguſtinus, ulteriori confutatione non egent. Quia vero Cennius in iis non adquieſcet, audiat quid dicat Auctor Libri de optima legendorum Eccleſiae Patrum methodo: *Narrat Tritbemius*, inquit, (*a*) *in Coenobiis, in quibus vigebat ars ſcribendi, plurimum circumſpectionis adhiberi conſueviſſe; Monachorum Praepoſitos unicuique pro viribus & facultate peculiarem commiſiſſe provinciam; Theologis quidem, atque Doctoribus praeſtantiora; minus doctis vero minoris momenti opera; viros praeterea* EXERCITATOS RECOGNOSCENDIS MANUSCRIPTIS ADDICTOS*: optime quippe norant, cavendum in primis, ne vulgo fucus fieret, ac* BONAE FIDEI, QUA SIBI OBLATA EXCIPERE SOLET, CONSULENDUM ESSE. *Ut enim plurimum ineunt gratiam, qui perbibendo veritati teſtimonium operam navant; ita qui accurate ſcripta mendoſe exſcribentes contra eamdem veritatem teſtimonium dicunt, acerrimam merentur reprehenſionem ... Erant etiam qui collatione locorum, librorumque faſtidium levarent legentium; ſimiliora veri eruerent, falſi ſpeciem abolerent.* Quomodo ergo laudatos Codices Regularum corrumpere & interpolare fas erat Monachis, qui praeter illam Praepoſitorum cautionem tam longe invicem diſſiti (veluti ſunt Arlucenſes, & Caradignenſes) nullo tunc temporis ſocietatis, unionis, aut ſubjectionis vinculo colligati, pari communique crimine rei, in eo potuerint convenire, ut ſuos Codices adulterarent, idque adeo feliciter praeſtiterint, ut uterque ad nos pervenerit, recentiorem Regulam non complectens illa S. Fructuoſi, nec ſaltem ex charactere Yepeſius fraudem adgnoverit? Plane qui hoc ſibi perſuadere poterit, facillime mecum *ultimis convictorum hominum vocibus* poterit decertare. Quis neſcit, quanta cura Bibliothecae in Monaſteriis cuſtodiebantur? *Attentius exhortamur*, inquit Trithemius, (*b*) *ut Bibliothecam ſolicite cuſtodiant .... Sit Bibliotheca ſub tuta cuſtodia, nec paſſim omnibus pateat .... Habeantur omnium librorum inventaria, ut nihil diſtrahi poſſit, vel amitti.* Et Beda Venera-

mirum non eſt, ſi res certas falſis narrationibus occultatas, Codices a Monachis dicat interpolatos & corruptos:

quod tamen a Monachis fieri non poterat, quum in Coenobiis, in quibus vigebat ars ſcribendi,

viri exercitati recognoſcendis Manuſcriptis fuerint addicti,

nec tam facile Monachi

tam longe invicem diſſiti, ut ſunt Arlucenſes, & Caradignenſes, nullo tunc unionis aut ſubjectionis vinculo colligati in eo poterant convenire, ut ſuos Codices adulterarent,

quum maxima cura Bibliothecae in Monaſteriis cuſtodirentur,

 bilis

(a) Parte 2. Cap. 16. (b) De laude Scriptor. manual. Cap. 15.

DISSERT. I.

& Abbates etiā in mortis agone conſtituti illarum conſervationē commendarent;

bilis narrat, (*a*) S. Benedictum Biſcopum primum ſui Monaſterii Abbatem in mortis agone conſtitutum diſcipulis edixiſſe, ut omni ſedulitate incumberent ad Bibliothecae conſervationem, omnique ſtudio caverent, ne propria negligentia quidquam in ipſa perditum iri contingeret: *Bibliothecam, quam de Roma nobiliſſimam, copioſiſſimamque advexerat, ad inſtructionem Eccleſiae neceſſariam, ſolicite ſervari integram, nec per incuriam foedari, aut ſparſim diſſipari praecepit*. Tanta vero diligentia adhibebatur a Monachis ad ſtudia Hiſtoriae Sacrae, & Civilis, traſmittendo ad poſteros tam monumenta antiquorum, quam memoriam rerum ſuo tempore geſtarum, ut in Praefatione Matthaei Pariſii ex Scoti Chronico legatur, ſtatutum fuiſ- „ ſe in Anglia quondam, ut in unoquoque Regali Mona- „ ſterio unus aliquis deſignaretur Scriba doctus & diligens, „ qui Regis, aliorumque facta, ac Regni eventus nota- „ ret, quae poſt Regis cujuſque obitum ad proximum „ generale Capitulum deferrentur examinanda, poſtea redi- „ genda in Chronicon accurate in Archivis adſervandum ad „ documentum poſterorum; tantum abeſt, ut Monachi potuerint res certas falſis narrationibus occultare, Codices interpolare, & corrumpere, & deterere quidquid certi erat in antiquis documentis de re Monaſtica Hiſpanorum. Audin gratiarum actiones, gratique animi argumenta, quae Benedictinis de Eccleſia, & Republica litteraria tam bene meritis declarare Catholicus non veretur, Catholicus, inquam, cui ſi quid boni eſt in ſuis Diſſertationibus, a Benedictinis accepit. Verum quid ab homine gloriae, non veritatis cupido expectari aliud potuit? At Summi Pontifices vere Optimi, vere Maximi, Catholicique omnes, quod ipſe figmentum dicit, Eccleſiae ornamentum Monaſticum Ordinem vocant, ejuſque diligentiae tot librorum cuſtodiam, & confectionem acceptam referunt.

Manuſcripta autem Hiſtorica ad generale Capitulum deferebantur examinanda; tantum abeſt, ut Benedictini potuerint res certas falſis narrationibus occultare, Codices interpolare, & corrumpere, & deterere quidquid certi erat in antiquis documentis,

XIV.

Omnes Litterati conſentiunt, Benedictinis deberi veterum Scriptorum volumina, dum nihil, vel valde parū de antiquitate haberetur ſine eorū Induſtria,

Nonniſi hoſpes & peregrinus in Hiſtoriis inficiabitur, univerſam Litteratorum Rempublicam in eo conſentire, ut multum Benedictinis debeatur, eo quod proprio ſtudio nobis huc uſque ſervaverint veterum Scriptorum volumina; nihil enim propemodum, vel valde parum de antiquitate ſive ſacra, ſive profana ſuperſtes haberetur ſine ipſorum peculiari induſtria, & labore. Si Patres Concilii Baſileenſis volue-

(a) *Lib. 1. de Biſcopo n. 11.*

fuerunt conſulere quoſdam libros, quibus indigebant, nonne, ut Joannes Bajonenſis teſtatur, (*a*) illis neceſſe fuit ad Cluniacenſem Abbatiam confugere? Si dirimi debuit controverſia, quae Leonis IX. tempore exorta fuit ſuper inventione Corporis S. Stephani, nonne ab Abbate Mediani Monaſterii, teſte eodem, Libri S. Auguſtini de Civitate Dei, quos in Cathedralibus reperire minime licuit, poſtularentur, oportuit? Quînam Baluzius potuiſſet edere pretioſiſſimum Lactantii monumentum ſuper interitu perſecutorum, niſi illud Bibliotheca Abbatiae Moiſſacenſis hactenus ſervaſſet? Si legimus Canones, qui tribuuntur Concilio Conſtantinopolitano Oecumenico, Anno 680. habito, nonne eos ſervavit Bibliotheca Monaſterii Gandavenſis S. Bavonis, ex qua educti fuerunt, ut teſtatur Battaglinus? (*b*) Si Concilia Toletana XI. XII. XIII. & XIV. evolvantur, nonne Carranzam ex Monaſterio S. Facundi ea eruiſſe, auctor eſt Vaſaeus, (*c*) qui etiam in Alcobacienſi Coenobio S. Iſidorum, & S. Ildefonſum de Viris inluſtribus repertos fuiſſe, memoriae prodit? (*d*) Nonne Meibomius celebrat (*e*) in primis Monaſterium Corbejenſe in Saxonia, quod nobis non tantum Uvitichindum Hiſtoricum, verum etiam multos Archiepiſcopos, Epiſcopos, Archimandritas, & Viros inſigniter doctos dedit: immo Rempublicam litterariam inſigni omnique praedicatione digno beneficio adfecit, conſervatis quinque prioribus Annalium Cornelii Taciti libris? Si legimus Quintilianum, tres primos Valerii Flacci libros, & partem quarti, Marcum Manilium Poëtam, & expoſitiones ſuper octo Ciceronis Orationibus Q. Aſconii Pediani, nonne iſthaec omnia *inter confertiſſimam librorum copiam Monaſterii S. Galli* reperta fuiſſe fatentur Poggius, (*f*) & Pignorius? (*g*) Nonne deſideraretur Frontinus de Aquaeductibus, niſi Caſinenſis Bibliotheca, teſte eodem Poggio, (*h*) illum cuſtodiſſet? Si autem ſermo ſit de lucubrationibus Monachorum, quiſnam ſciret geſta Majorum, ut de aliis taceam, ſi Monachi ea litteris memoriaeque mandanda neglexiſſent? Quoad res ſuas luculenter teſtabitur Anglus, Joannes ſcilicet Marshamus, qui in Προπυλαίῳ Monaſtici Anglicani ſcribit „ Monachatum olim maximam fuiſ-
„ ſe

DISSERT. I. ut teſtantur Joannes Bajonenſis,

Baluzius,

Battaglinus

Meibomius,

Poggius, & Pignorius,

Marshamus Anglus,

(a) *Cap.* 57. (b) *In Hiſt. Concilior. T.* 1. *pag.* 345. (c) *Ad Annum* 684. (d) *Cap.* 1. (e) *In Praef. ad* 3. *Uvitichindi edit.* (f) *In Epiſt. ad Guarinum Veronen. data.* 1419. (g) *Apud Voſſium pag.* 550. (h) *In deſcript. ruin. Urbis Romae pag.* 336. *edit. Baſileenſis.*

Digitized by Google

DISSERT. I.

„ ſe partem gentis Eccleſiaſticae, & parietes Coenobiales diu
„ ſanctitatis & melioris litteraturae fuiſſe ſepes: ex illo
„ Seminario prodiiſſe ingentia illa Chriſtiani Orbis lumina
„ Bedam, Alcuinum, Uvillebrordum, Bonifacium, atque
„ alios ob doctrinam, & propagatam fidem impenſe colen-
„ dos. Denique quod ad praeſentem locum facit, *abſque
Monachis*, inquit, *nos ſane in Hiſtoria patria ſemper eſſe-*
Brittania,
mus pueri. Et profecto quid Bedae noſtro, quid Ingulfo
& Turgoto, quid Uvillelmo Malmesburienſi, quid Mat-
thaeis ambobus Uveſtmonaſterienſi, & Pariſio Monachis, a-
liiſque pluribus debeat Brittania Inſula; quid Adoni Vien-
nenſi Archiepiſcopo, quid Uvillelmo Gemeticenſi, & Or-
derico Uticenſi Coenobitis, quid utrique Aimoino, & U-
Gallia,
goni Abbati Flaviniacenſi Gallia: quid Paullo Diacono,
Italia,
Erkemperto, Leoni Marſicano & Petro Diacono Italia: quid
Germania;
Germania Reginoni Prumienſi Abbati, quid Uviticlundo,
& Lamberto Scafnaburgenſi, quid Ditmaro, & Hermanno
Contracto, ceteriſque debeat, etiam me ſilente, judica-
Bibliotheca Vaticana, & aliae
bunt rerum Hiſtoricarum periti. Si Vaticana, Vallicel-
liana, & aliae Romanorum Principum Bibliothecae Manu-
ſcriptis efflorefcunt, ac redundant, nonne pleraque ſunt vel
monimenta ingenii Monachorum, vel eorum manuum ope-
Ambroſiana,
ra? Ambroſianam Bibliothecam Bobienſis Monaſteri Manu-
ſcriptis fuiſſe locupletam quis neget? Quot Monachorum
Collectio Scriptorum rerum Italicarum,
fetibus Cl. Muratorius ſuam numquam ſatis celebrandam
Collectionem Scriptorum Rerum Italicarum exornavit, quot-
que Diplomatibus ex Archivis Benedictinis erutis antiqui-
tates Italicas Medii Aevi, Eſtenſeſque perſpicuas reddi-
Bollandus,
dit? Si Bollandus univerſa Sanctorum Acta edenda ſuſce-
pit, nonne ea Abbati Laetienſis Monaſterii, cui & inſcri-
bi voluit, ſe debere fatetur? (*a*) Si Romanorum Pontificum
Editores Vitarum Rom. Pontificum,
Vitas noviſſimis editoribus placuit plenius inluſtrare, nonne
Caſinenſis, Cavenſiſque Abbatiarum Codicum praeſidium pe-
Bibliotheca Patrum,
tendum fuit? Quot Opuſcula Bibliothecae Patrum, quot
Collectio Conciliorum,
Concilia eorum Collectioni Benedictini ſuppeditarunt? Te-
Annales Baronii,
ſtes ſunt Annales Eminentiſſimi Baronii, qui certo minime
confici poterant, ſi Monachi res geſtas aut ſcriptis man-
dare, aut Hiſtorias ab aliis concinnatas tranſcribere omi-
Editiones SS. Patrum per Benedictinos factae, quique laudantur
ſiſſent. Teſtes ſunt etiam editiones tot Sanctorum Patrum,
quas adgreſſi ſunt noſtri Patres Congregationis S. Mauri,
qui

(a) *In Praef.*

Digitized by Google

qui eas emendarunt, auxerunt, & inluſtrarunt auxilio praecipue Manuſcriptorum Codicum, qui in Monaſteriis adſervantur: *Monachi Benedictini Congregationis S. Mauri*, inquit Auctor Libri de optima legendorum Eccleſiae Patrum methodo, (a) *felici prorſus ſucceſſu Eccleſiae Patrum editiones vulgarunt, quod bene multis fruerentur commodis, quae nemini fere conceſſa ſunt. Magna in primis Manuſcriptorum multitudine potiuntur, quae ſi tollas, nihil erit ſatis caſtigatum, nihil probe authenticum*. Quare nil mirum, ſi celeberrimi Scriptores honorificentiſſime loquantur de Benedictinis Monachis Congregationis S. Mauri. Audiat Cennius Caveum ita dicentem, nec carpat editionem S. Grerii Magni: (b) *Monachi Benedictini Congregationis S. Mauri, homines ad juvandas has litteras magno Reipublicae Eccleſiaſticae bono nati. Monachi doctiſſimi, eruditiſſimi*. Audiat Placcium, qui ait: (c) *Nemo non laudavit induſtriam ac eruditionem Monachorum Benedictinorum e Congregatione S. Mauri, qui in Gallia egregias editiones Patrum aliquot Latinorum & Graecorum emiſerunt; nemo non optavit, eos pulcherrimo inſtituto pergere Bibliothecas noſtras ditare*. Audiat & Du-Pinium ita loquentem; (d) *Studium, laborque, quem Patres e Congregatione S. Mauri, in reſtituendis veteribus Eccleſiae Doctoribus huc uſque poſuerunt, a nemine, niſi indocto malevole male acceptus & reprehenſus eſt*. Legat Acta Eruditorum Lipſiae: (e) *Quanto autem cum fructu Chriſtiani Orbis nobiliſſimum hoc Conſortium coaluerit, praeter alia pietatis atque eruditionis documenta teſtari queunt tot Patrum Eccleſiae, ut & Hiſtoricorum opera ab ejuſdem alumnis immortali cum Litteratorum adplauſu hactenus detecta, atque luci expoſita*. Sed ut aliquando totam hujus generis orationem concludam, cum Mabillonio (f) dicam, quod *quidquid apud antiquos eruditum, ac ſcitu dignum, quidquid apud Patres pium & ſapientiae plenum, quidquid in Conciliis ſanctum, quidquid in libris ſacris divinum eſt; totum id (procul jactantia dictum velim) per Monachorum noſtrorum manus ad haec uſque tempora pervenit*. Quibus omnino conſentanea ſunt, quae ſcribit Auguſtinus Calmetius: *Et ſane*, ait, (g) *non niſi Monachorum beneficio pretioſiſſima antiquitatis monumenta conſervata ſunt, atque ad nos*

[Margin: ab eximio Scriptore, — a Caveo, — a Placcio, — a Du-Pinio; — & in Actis Erud. Lipſ. — Mabillonius, — Calmetius,]

(a) P. 4. Cap. 7. (b) *Hiſt. Litt.* p. 191. edit. Genov. 1705. (c) *In Pſeudo-anonym.* p. 118. (d) *Biblioth. Eccl.* T. 18. p. 223. (e) 1707. p. 204. (f) *In Praef. ad Saec. I. Bened.* n 114. (g) *In Comm. in Reg. S. Bened.* Cap. 48. p. 114.

nos uſque demandata; ipſorum laboribus debemus & Sacros Codices, & Patrum Opera, Concilia, ſacros, profanoſque Hiſtoricos, atque humaniorum litterarum auctores; ipſorum Bibliothecae ſunt, unde eruta habeamus, & quotidie etiam nunc eruantur infinita propemodum monumenta excellentiſſima ex antiquitatis reliquiis deducta. Nec ab iis diſcrepare videntur ea, quae longe antea tradiderat Haeftenus, dum inquit; (*a*) *Ea fuit Benedictinorum in adnotandis rerum ſuo, & praecedenti tempore geſtarum Hiſtoriis diligentia; ea in deſcribendis, vel in Epitomen contrahendis priorum Chronographorum monumentis fidelitas, ut penes eos veterum Annalium repoſitorium, & Sanctae Eccleſiae Archivum fuiſſe videtur. Hinc ſcilicet prodierunt Chronographiae, & Chronica noſtrorum Mariani Scoti, &c. Quid? quod pleraeque Sanctorum Vitae, quas Surius refert, a Benedictinis Monachis ſcriptae legantur. Quare Benedictinorum induſtriae ſervatam debemus hiſtoriam. Sed & a noſtris veterum Patrum monumenta potiſſimum conſervata eſſe, quae vel ipſi ante exortam typographiam deſcribebant, vel a ſuis diſcipulis exarari curabant*. Si autem Cennius Monachorum teſtimonium reſpuat, audiat Marantam, qui aperte dicit, (*b*) quod Benedictini *ſcientias in Occidente barbaris Saeculis conſervarut*.

Haeftenus,

& Maranta

XV.

Cennius, laeſa Benedictinorum exiſtimatione, de eorum Regulae excellentia detrahit,

Poſtquam Cennius Benedictinorum laudes, & ingentia merita laeſit, de Sancti eorum Parentis Regulae excellentia detrahere quoque non erubuit. Siquidem conlato capite ſecundo Regulae S. Iſidori cum capite ſexageſimo quarto Regulae S. Benedicti, ita inquit; (*c*) *Benedictus Abbatem a Congregatione omni Monachorum eligendum ſtatuit, nil de aetate pronuntians, nec minus Epiſcopi, quam Chriſtianorum zelum implorans, ſi quando vitiis mancipatum aliquem eſſe electum adgnoviſſent. Contra Iſidorus de electione nihil ſtatuit, ... totus eſt in deſcribendo Abbatis munere, quem ſeniorem vult eligi; ſatiſque evidenter comprobat ingenium Regularum Hiſpaniae, dum Sacrae Scripturae auctoritate utitur, quemadmodum & in reliquis capitibus a Scriptura, & Patribus ſua repetit praecepta*. Et inferius loquens de Joanne fundatore Monaſterii Biclarenſis; *Scripſitque*, ait, (*d*) (Regulam) *ipſi Monaſterio* (*pergam cum Iſidoro*) *profuturam, ſed & cunctis Deum timentibus ſa-* „ *tis neceſſariam. Quam ſane conditionem non a S. Benedicti*

ut S. Iſidori,

maxime antē Joannis Biclarenſis extollat Regulā tamquam ipſi Monaſterio profuturam, & cunctis Deum ti-

(a) *Lib.* 2. *diſq.* 1. (b) *In Germon.* (c) *Diſſert.* 6. *Cap.* 3. *n.* 16. (d) *N.* 17.

Digitized by Google

ſti Regula in ſuam potuit tranſmovere, *ut liquido conſtat eam regulam perluſtranti; verum e Sacrae Scripturae libris, Patrumque Orientis, & Aegypti inſtitutis juxta morem Hiſpaniae*. Quae in Benedictina Regula continentur, Sacrae Scripturae, & Patrum auctoritate non eſſe ſuffulta, Cennium contendere quis inficiabitur? Cennium ſuggillare S. Benedicti Regulam perinde ac ſi etiam eidem congruere non poſſit elogium, quo S. Iſidorus Joannis Biclarenſis Regulam proſequitur, *eſſe* ſcilicet *ipſi Monaſterio profuturam*, *ſed & cunctis Deum timentibus ſatis neceſſariam*, quis neget? Ejus aperta ſunt verba. Miror equidem valde, iſtum hominem, qui tam peritum ſe oſtentat Regularum Hiſpaniae, in Italiae Regulis omnino eſſe hoſpitem & peregrinum; ſed impendio magis obſtupeo, quum non compererim, qui Regulam S. Benedicti vel leviſſime carperet, praeter Graeculos, (*a*) utpote infirmis eſum carnium, & itinerantibus femoralia concedentem, praeterque haereticum quemdam, cujus nomen haud mihi ſuccurrit, veluti ſcriptam a Sacrarum Litterarum ignaro; Cennium in hoc a communi Latinorum uſu primum voluiſſe diſcedere. Porro quum purpura, ut ajunt, juxta purpuram ſit dijudicanda, quînam componi poteſt Joannis Biclarenſis Regula cum S. Benedicti, quum amplius illa non exſtet, ideoque ferri judicium de Libro, quem Cennius nec vidit, nec videre potuit? Ecquis ei dixit, Joannis Biclarenſis Regulam *e Sacrae Scripturae Libris*, *Patrumque Orientis*, *& Aegypti inſtitutis* deſumtam, quum perierit? Quare ei dicere mihi liceat:

DISSERT. I. mentibus ſatis neceſſaria. Quã conditione non a S. Benedicti Regula illum ait tranſmoviſſe, ſed e Sacra Scriptura, & Patrũ inſtitutis, ac ſi Benedictina Sacris Litteris non inniteretur, & Patrum auctoritate. ac Monaſterio, & cunctis Deum timentibus non eſſet ſatis utilis.

quam carpunt nonniſi Graeculi, quidam haereticus, & Cennius.

qui de Biclarenſis Regula judicare non poterat quum perierit.

> *Nihilo mihi plus indicat ſermo tuus,*
> *Quam lapide in albo ſignat alba linea.* (*b*)

Etenim nemo ſibi perſuadebit, ut credat, Cennium legiſſe Joannis Biclarenſis Regulam, quae Benedicto Abbati Anianenſi ignota, a Mabillonio, qui omnes fere Italiae, Germaniae, ac Galliae Bibliothecas excuſſit, incomperta, eruditiſſimiſque Bollandiſtis adhuc inviſa, ſolum Trithemio Abbati fuit cognita; & iccirco Cennii de ea judicium non ſecus ac Panidis ſuffragium ab eo, qui ſapit, reputandum eſſe exiſtimarem; Ceterum ſi verum eſſet, ingenium Regularum Hiſpaniae comprobari ex aucto-

nota ſolum Trithemio Abbati

(a) *Apud Baron. in Adpend. T. 2.* (b) *Sophocles in Cidalione apud Suidam.*

DISSERT. I.

Ceterum quae S. Benedictus ſcribit in Regula, conſona ſunt Sacrae Scripturae, & Patrum inſtitutis.

ritate Sacrae Scripturae, qua nituntur, miror, Cennium alicui Sancto Hiſpano S. Benedicti Regulam non adſcripſiſſe, quum Sacrae Scripturae ſententiis refertiſſima ſit, ubi res poſtulat, ita ut unum Caput quartum ſeptuaginta duabus conſtet, decerptis ex decem & novem Bibliorum Libris.. Profecto ſi vacaret, neque me Lectoribus taedio futurum putarem, vix unum, aut alterum illius Caput Sacrarum Litterarum auctoritate non inniti evidenter oſtenderem. Qui id explorate optaret percipere, Commentarios conſulat in Sancti ejuſdem Patris Regulam, quorum luculentiſſimum Indicem Calmetius ſuo adfixit. Mihi ſatis videor dicere, ſi hujus veritatis teſtimonium petam a Patribus Concilii Duziacenſis habiti Anno 874. qui ita inquiunt: (a) *Beatus gratia & nomine Benedictus Sancto Spiritu inſpiratus conſona Sacris Scripturis, & aliorum Orthodoxorum Patrum praedicationibus in Regula ſua dicit &c.* Si igitur S. Benedictus aeque, ac S. Iſidorus, & Joannes Biclarenſis, e Sacrae Scripturae Libris ſua praecepta deduxit, nec minus quam illi, ea a Patribus hauſit, ut legentibus Concordiam Regularum perſpicuum eſſe poſſet, & docet Turrecremata dicens: *educta eſt Regula B. Benedicti ex Regula B. Baſilii, & aliorum Sanctorum catholicorum ac religioſorum Patrum inſtitutis*, quid obſtat, quo minus Joannes Biclarenſis laudatam *conditionem e S. Benedicti Regula* quiverit *in ſuam transmovere?* Sed nec temere id diceretur. Si enim ex eo, quod Trithemius adfert, fragmento mihi coniicere liceat, inſtructionem potius ac directionem Monachorum ad melius ſervandam Benedictinam Regulam, quàm novam Regulam, cum Yepeſio (b) adfirmare poſſem, Joannem Biclarenſem condidiſſe. Quod & innuit Trithemius, dum de eo loquens, non Regulam, ſed ſcripſiſſe, ait, *Exhortatorium ad Monachos Librum unum:* quo titulo Vir doctiſſimus, qui totum Biclarenſis Codicem volutaverat, uſus non eſſet. Et ſane rem ſic ſe ſe habere, clare percipies, ſi ea pauca, quae ſuperſunt conferantur cum iis, quae S. Benedictus docet:

ut doeent Commentarii,

Concilium Duziacenſe,

Concordia Regularum,

Turrecremata;

ideoque ab ea poterat deduci illa conditio,

quum potius inſtructionem ad melius ſervanda Benedictina praecepta, quã Regulam Biclarenſis condiderit, ut monet Yepeſius, & innuit Trithemius,

& patet ex fragmento Biclarenſis collato cum Benedictina,

Jo. Biclaren. (c)	S. Benedictus. (d)
Quicumque in Monaſterium ſuſceptus fuerit, non ſolum de	Neque aliquid habere proprium... Sed nihil omnino: quip-

(a) *Cap.* 8. (b) *Ad Annum* 615. (b) *De Vir. iluſtr. Ord. S. Bened. Lib.* 2. *Cap.* 45. *Lib.* 3. *Cap.* 84. *Lib.* 4. *Cap.* 159. (c) *Apud Trith. de propr. Monach. Cap.* 5. (d) *Reg. Cap.* 33.

Digitized by Google

de ſubſtantia, quam intulit, ſed nec de ſemetipſo ab illa hora judicabit. Nam ſi aliquid prius intulit fratribus, ipſi tamen non eſt licitum, ut aliquid habeat in ſua poteſtate.

quippe quibus nec corpora ſua, nec voluntates licet habere in propria poteſtate. *Et iterum*. (*a*) Res ſi quas habet, aut eroget prius pauperibus, aut facta ſolemniter donatione conferat Monaſterio, nihil ſibi reſervans ex omnibus, quippe qui ex illo die, nec proprii corporis poteſtatem ſe habiturum ſciat.

Audiſtin quam ſimilia uterque proferat? Quid mirum igitur, ſi laudatam conditionem a S. Benedicti Regula in Biclarenſem defluxiſſe dixerim? Sed & adſerere, id fieri non potuiſſe, nonne eſt negare Benedictinae Regulae utilitatem?

XVI.

S. Benedicti Regula non uni Monaſterio, ſed omnibus per Occidentem, & Orientem diffuſis profuit, ut ex numero Sanctorum conſtat, ut pote quae dictata a Spiritu Sancto, ut teſtantur Concilia, Duziacenſe.

Quantum S. Benedicti Regula non uni Monaſterio, ſicut illa Joannis Biclarenſis, ſed omnibus per Occidentem & Orientem diffuſis profuerit, ex infinito propemodum Sanctorum numero, quos ea ad Coelos tranſmiſit, Cennio intelligere pronum erat. Et quidem ne de ejuſdem utilitate dubitare quis poſſit, ſatis argumenti eſt, illam fuiſſe dictatam a Spiritu Sancto. Audi laudatum Concilium Duziacenſe: (*b*) *Sanctus Spiritus per Benedictum eodem Spiritu, quo & Sacri Canones conditi ſunt, Regulam Monachorum edidit . . . . . Eadem Regula Sancto Spiritu promulgata, & laudis auctoritate B. Papae Gregorii inter Canonicas Scripturas, & catholicorum Doctorum ſcripta eſt teneri decreta*. Idipſum teſtatur Concilium Londinenſe Anno 1268. habitum, his verbis: (*c*) *Inter omnes hujuſmodi* (Ordines) *Sanctum & Deo proximum Ordinem Monachorum per Virum illum venerabilis vitae gratia & nomine Benedictum, docente Spiritu Sancto, inſtitutum, & elevatum ad chariſmata meliora &c.* Sed quod legitur in Conciliis profitentur etiam Patres. S. Petrus Damiani: *Infelix*, ait, (*d*) *non illud ad memoriam revocas, quod per os B. Benedicti Spiritus Sanctus terribiliter clamat: Qui ſuſcipit animas regendas, praeparet ſe ad rationem reddendam?* Petrus Venerabilis, ad S. Bernardum ſcribens, inquit: (*e*) *Audi & ipſum Regulae Scriptorem, immo ipſius Regulae dictatorem Spiritum Sanctum.*

Londinenſe.

Patres, S. Petrus Damiani, Petrus Venerabilis,

E 2 S. Bru-

(a) Cap. 58. (b) Cap. 7. (c) Can. 38. (d) *Opuſc.* 21. Cap. 5. (e) *Lib.* 4. *Epiſt.* 17.

DISSERT. I.
S. Bruno.

S. Bruno: *Beatus quoque Benedictus*, ait, (*a*) *cujus auctoritas maxima eſt, ut pote in quo Spiritus Sanctus loquebatur*.

Leo Archiepiſc. Ravennas,

Leo Archiepiſcopus Ravennas: *Imitare*, ait, (*b*) *Regulam electam, ab electo Divo Benedicto editam, a Sancto pioque Spiritu dictatam, & a praeclaro Doctore Pontifice Summo laudatam, & a perfectis Viris imitatam, quae ſectatores ſuos ad Regnum Caelorum perducit*.

Gaufridus Abbas,

Gaufridus Vindocinenſis Abbas: *Praeter Regulam Monachorum*, inquit, (*c*) *ubi invenitur omnis perfectio, quam, dictante Spiritu Sancto, ſcripſit, nec ipſe minus perfecte vixit, quam docuit*.

& Summi Pontifices in Benedictione Abbatis Montis Caſini.

Sed adnotatu dignum illud quoque eſt, quod Summi Pontifices, quum novo Abbati Montis Caſini ſolemnis Benedictionis munus impertirentur, Sanctam Regulam ei dantes, hac formula utebantur: (*d*) *Accipe Regulam, Spiritu Sancto inſpirante dictatam, & Sacratiſſimis manibus P. Benedicti deſcriptam ad regendum cuſtodiendumque gregem. &c.* Et eum confirmantes inter alia ſic admonebant: *Regulam B. Benedicti, quam ille, Spiritu Sancto dictante, compoſuit, uſque ad jota unum, & unum apicem per omnia, & in omnibus ſerva. &c.*

Et quidem Benedictinam Regulam utilem eſſe docent Richardus Prior Fontanenſis,

Quare non immerito Richardus Prior Fontanenſis ait: (*e*) *Quidquid B. Benedictus inſtituit, ita totum Spiritus Sancti providentia deſtinatum eſt, ut nihil utilius, nihil ſanctius, nihil felicius excogitari poſſet.*

ac Card. Turrecremata,

Huic ſententiae ſimilia habet Cardinalis Turrecremata, qui S. Benedicti Regulam ex octo capitibus dignam oſtendens, quae laudetur: *Tertio*, inquit, (*f*) *commendatur Regula S. P. Benedicti a magnitudine utilitatis. Studuit quidem Sanctiſſimus Pater in hac ſua Regula utilia docere exemplo Domini dicentis Iſaiae 48. Ego Dominus, docens te utilia. Docet enim hujus clariſſimi Patris Regula virtutes, ſobrietatem, prudentiam, juſtitiam, & veritatem, quibus utilius nihil eſt in vita hominibus. Sap. 2.* Et tamdem concludit: *Cujus Regulae amplitudine utilitatis, & excellentia ſanctitatis, ac perfectionis penſata, audacter dicere valemus, quod quicumque hanc Regulam ſequuti fuerint, Pax ſuper illos, ad Galat. 6. & illud: Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. Pſal. 118.*

ac non uni perſonarum ſtatui,

sed cunctis Deū timentibus,

Ne autem Cennius S. Benedicti Regulam uni dumtaxat perſonarum ſtatui uſui eſſe opinetur, non inopportunum duco, ſi eam & *cunctis Deum timentibus* oſtendam *ſatis neceſſa-*

(a) *Lib. de ornam. Eccleſ. T. 3.* (b) *In Epiſt. ad Durandum Monachum.* (c) *Sermo de S. Bened.* (d) *Ex Caſinenſi Codice Rituali.* (e) *In Epiſt. Turſtini Archiep. Eborac. ad Guill. Cantuar. Archiep.* (f) *In Praef.*

ceſſariam, hoc eſt, valde utilem. Et quidem quum Benedictinam Regulam maximis ubique laudibus Antiquitas venerata ſit, teſtimonii loco ea ſolummodo tradam, quae ab idoneis auctoribus ſcripta, & graviſſimis accepi.

ut tradunt Sanctus Petrus Damiani,

S. Petrus Damiani: *Sancta Regula*, inquit, (*a*) *quaſi ampla quaedam capax & ſpatioſa domus facta eſt, ad omnia hominum genera capienda, pueros videlicet, & ſenes, fortes, & debiles, delicioſos, & multimoda morum inaequalitate diverſos.*

Joannes Monachus,

Joannes Monachus Scriptor vitae S. Odonis Abbatis Cluniacenſis *nullum illius* (Regulae) *apicem prudenti inconſultum, proficienti inutilem, credenti difficilem, paenitenti aſperum eſſe* teſtatur.

S. Ildegardis,

S. Ildegardis: *Fons clauſus*, ait, (*b*) *fuit S. Benedictus, qui in diſcretione Dei doctrinam ſuam effudit, quum acutum clavum doctrinae nec nimis in altum, nec nimis in profundum, ſed medium rotae fixit; ita ut unuſquiſque ſive fortis, ſive imbecillis ſit, ex ea ſecundum poſſibilitatem ſuam habere competenter poſſit.*

& Turrecremata:

Et Cardinalis Turrecremata: *Regula iſta*, ait, (*c*) *abundans eſt pauperi, mediocri ſufficiens; tolerabilis diviti, infirmis larga, delicatis compatiens, fortioribus moderata, patientibus miſericors, perverſis ſevera, bonis optima.*

immo & Saecularibus,

Vult Cennius eam etiam ſatis utilem Saecularibus? Adeat Uvionium, vel Tornamiram, & comperiet, quot Ordines Militares ſub ea S. Regula mereant.

ut perſpicitur ex Concilio Cõſtantinopolitano, in quo eis proponuntur ex Benedictina Regula Instrumenta bonorum operum,

Legat Canonem ſextum, qui ab aliquibus adſcribitur Concilio Conſtantinopolitano Oecumenico, habito Anno 680. ab aliis Uvormatienſi, a quibuſdam Aurelianenſi, & deprehendet, ejus Patres, ut vitia evellerent, virtuteſque conſererent, totum Benedictinae Regulae caput quartum, cui titulus eſt: *Quae ſint inſtrumenta bonorum operum*, fidelibus propoſuiſſe: *Quum ergo*, inquiunt, *omnium Scripturarum Sanctarum paginae inſtrumentis bonorum operum refertae ſint, & Sanctarum Scripturarum campis poſſint inveniri arma, quibus vitia comprimantur, & virtutes nutriantur, libuit nobis huic noſtro Capitulari inſerere ſententiam cujuſdam Patris* (ſupple Benedicti) *de inſtrumentis bonorum operum, in qua magna brevitate quid agi, quidve vitari debeat, continetur. In primis Dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute, denique proximum tamquam ſeipſum; deinde non occidere &c.* ut in eodem Capite.

ex Aquiſgranenſi, in quo eadem ad Canonicos deferuntur,

Legat Concilium Aquiſgranenſe, in quo edita eſt

forma

(a) *Opuſ.* 13. *Cap.* 17. (b) *In Comment. in Reg. S. Bened.* (c) *Apud Turnamir. Hiſt. Monaſt. Lib.* 1. *Cap.* 3.

Digitized by Google

DISSERT. I.

forma inſtitutionis Canonicorum, celebratum Anno 816. & omnia fere eadem inſtrumenta bonorum operum comperiet

ex Regula Chrodogangi data Canonicis, quae fere eadem eſt, ac Benedictina,

(*a*) ad Canonicos delata. Legat Regulam, quam Chrodogangus Metenſis Epiſcopus ſuis Canonicis obſervandam dedit, illamque fere totam ex Regula S. Benedicti expreſſam inveniet, (*b*) ſeu potius, ut labori parcat, adeat Da-Cherium, a quo addiſcet, (*c*) quid Chrodogangus ex

ex Vaccherio, qui urbanitatis leges ex ea decerptas oſtendit: ſed & Principibus

laudata Regula in ſuam tranſtulerit. Legat Apologiam Vaccherii, & urbanitatis leges ex Benedictina Regula decerptas adgnoſcet. Quid? quod Principes ipſi S. Benedicti Regulam penes ſe eſſe voluerint, ut ex ea rationes & praecepta regendi populos delibarent. Si ſermo ſit de

Eccleſiaſticis

Monarchia Eccleſiaſtica, quot Summi Pontifices, & Epiſcopi in Conciliis conſuluerunt Benedictinam Regulam, ut

in Conciliis Romano,

controverſias deciderent? Concilium Romanum Anno 610. habitum: *Neque enim*, ait, *Benedictus Monachorum Praeceptor almificus hujuſcemodi rei aliquo modo fuit interdictor.*

Moguntino,

Moguntinum Anno 813. celebratum: *Legentes*, inquit, *atque tractantes Sanctum Evangelium, nec non Epiſtolas, & actus Apoſtolorum, Canones. Regulam S. Benedicti legentes.*

Rhemenſi:

Concilium Rhemenſe II. *Lecti ſunt*, ait, *Sancti Canones.*

& Laicis in Hiſpania,

Lecta eſt Regula S. Benedicti. Si vero loquamur de ſtatu politico, magnus Hiſpaniae Princeps veterum Hiſtoriarum peritiſſimus, ut Alphonſus a S. Victore teſtatur, (*d*) *ad Mundi provinciam dixit prudenter adminiſtrandam aliud non opus eſſe Monarchae, quam Regulam S. Benedicti, quam memoria retinere deberent omnes conſiliarii, qui res vellent*

in Gallia,

optimo imperio regi. Et ideo Hugo Capetus, teſte Helgaldo, (*e*) S. Benedicti Regulam Roberto filio ſuo inti-

in Etruria

me commendavit. Interrogatus Coſmus de Medicis Magnus Etruriae Dux, cur adſidue Regulam S. Benedicti verſaret in manibus: *Reſpondit iſtud ſe facere, quod ſcilicet ex tam prudentibus S. Patris praeſcriptionibus ad populos ſuae fidei concreditos valde accommodata media caperet*, ut Tho-

in Ducatu Mutinenſi.

mas Galetus apertiſſime teſtatur. (*f*) Raynaldus tamdem Dux Mutinae Montfauconio (*g*) ſciſcitanti reſpondit, *ſe legere S. Benedicti Regulam tanta ſapientia concinnatam, ut eſſet etiam moderandae Reipublicae opportuna; quamobrem patrem ſuum ea uſum eſſe frequentiſſime*. Et ne diutius heic immo-

(a) *N.* 145. (b) *T.* 9. *Concil.* (c) *T.* 1. *Spicileg.* (d) *In Sole Occidentis pag.* 320. *n.* 25. (e) *In Roberto*. (f) *In Lib. cui eſt titulus, Religioſus Cap.* 1. (g) *Diar. Ital. Cap.* 3.

Digitized by Google

immorer, qui callet Hiſtorias, ſcit etiam, quot Monachi Summis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, ac Principibus fuerint a conſiliis. Ad haec nonne Vincentius Sgualdus, & Valerianus Caſtilioneus Benedictini, ut alios praeteream, de vera ratione Imperii ſcripſerunt? Iis omnibus aequiori trutina examinatis, dijudicet Cennius, num laudatam conditionem Biclarenſis in ſuam potuerit tranſmovere e Regula S. Benedicti, quae a tot Summis Pontificibus commendata, in tot Conciliis lecta, a tot Patribus celebrata, a tot Principibus plurimi habita, in linguam Graecam, Anglicam, Gallicam, Belgicam, Italicam converſa non ſolum Biclarenſis ipſi Monaſterio profuturae, & cunctis Deum timentibus ſatis neceſſariae, ſed etiam *Regularum aliarum*, ut ait Nebridius, (a) *pulchritudinem devoravit*. Si autem Cennius velit evidentius cognoſcere, Joannem Biclarenſem laudatam conditionem ex Benedictina Regula in ſuam tranſmoviſſe, legat monumentum triceſimum octavum in Adpendice Marcae Hiſpanicae ſcriptum Anno 878. pro Monaſterio Cuxanenſi, & haec comperiet: *Non regnet peccatum in iſto veſtro Monaſterio, furti, adulterii, homicidii, comedendi carnes, nec peculiare habentes; ſed eſt uſus orandi & jejunandi & laborandi, ſicut docet* REGULA PROFUTURA. Quaenam autem ſit iſta Regula profutura, quae in Monaſterio Cuxanenſi tunc temporis ſervabatur, & adhuc ſervatur, audiat ex praecepto Ludovici IV. Francorum Regis ejuſdem bona Anno 950. confirmantis: (b) *Liceat memorato Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus regulariter viventibus, & Monachis inibi ſecundum Regulam S. Benedicti degentibus quiete vivere*.

Quare eam conditionem Biclarenſis in ſuam potuit tranſmovere e Regula S. Benedicti.

quae in Adpendice Marcae Hiſpanicae

vocatur Regula profutura.

XVII.

Cennius adferit Yepeſiū de Ordine Benedictino tam mira praedicaſſe,

Quibus oculis Cennius Benedictinum Ordinem adſpexerit, ex iis cumulate percipitur, quae de Yepeſio loquens, in medium profert: *Quam ſane*, inquit, (c) *opinionem Yepeſius ipſe, qui de hoc Ordine tam mira praedicat &c.* Qui Eccleſiaſticam Hiſtoriam vel leviter adtigit, quam late longeque diffuſa ſit laus Benedictini Ordinis, probe novit. Miror quidem certe, Cennium, qui Baronium, Pagium, Thomaſſinum, alioſque clariſſimos Viros laudat, illis tam miris ſtupere, quae Yepeſius producit, quum eadem, vel etiam mirabiliora apud alios Scriptores legere potuerit. Quidnam tamdem dicit Yepeſius? Num decantat luculentas divi-

quum eadem, vel mirabiliora apud alios legantur.

(a) *Antiquit. Monaſtic. Epiſt.* 129. (b) *In Adpend. Marcae Hiſpan. n.* 86. (c) *Diſſ. 6. Cap.* 3. *n.* 8.

Digitized by Google

DISSERT. I.

Et ſane de luculentis divitiis loquuntur Trithemius, Petrus Ven. & Ludovicus XII. Rex Galliae.

divitas? Sed audiat Cennius Trithemium ita clamantem: (*a*) *Si unuſquiſque ſua poſſideret, tertiam Chriſtianitatis partem S. Benedictus haberet.* Audiat & Petrum Venerabilem, qui Cluniacenſe Coenobium *publicum Reipublicae Chriſtianae aerarium* appellare non dubitat. (*b*) Audiat & Ludovicum XII. Regem Galliae, qui vocem iſtam admiratione dignam edidit. (*c*) *S. Maurum majorem potentiam conſequutum eſſe precibus, quam ſe, ſuoſque Majores armis.*

De Urbibus, & Oppidis a Benedictinis conditis, vel inſtauratis Bozius,

Num Yepeſius recenſuit Urbes, & Oppida, quibus Benedictini originem dederunt? Sed hoc ipſum adfirmat Bozius. (*d*) *Illud autem*, inquit, *non pigebit repetere, pleraſque Septentrionis urbes juxta Monaſteria conditas, quod a Monachis ſcilicet ad omne bonum Populi olim Boreales inculti & agreſtes inſtituerentur:*

Munſterus

Nonne idem monet Munſterus? *Civitas*, inquit, (*e*) *Lucerna poſt Monaſterium, & partim ratione Monaſterii eſt condita, id, quod in multi Oppidis quoque videre licet, quae juxta Monaſteria ſucceſſu temporis ſucreverunt, praeſertim juxta Monaſteria Divi Benedicti.*

Rhenanus

Nonne & Rhenanus hoc ipſum docet? *Occaſione Coenobiorum*, ait, (*f*) *in Germanicis Provinciis Oppida fieri coepta, eoque modo Argentoratum fuiſſe reſtitutum, aedificato prius Monaſterio, cui cupiebat optimus quiſque aedes habere conjunctiſſimas; itaque ex Oppidulo Coenobiali; (nam Coenobium potior pars erat) contractis eo vicis proximis, tamdem poſteriori tempore eſſe Urbem conſtitutam. Eadem ratione nunc propius Rhenum viſitur Moguntiacum, quod olim pluſculum diſtabat. Idem accidiſſe Spirae conjicio.* Sed ut de multis taceam, ſatis habeo pauca tantum proferre. Quid Fulda in Buchonia? Quid Corbeja, quid Brema, modo Urbes in Saxonia? Quid Fritiſlaria, quid Herſfeldum, Oppida in Turingia? Quid Saltzburgum, Friſinga, Eiſtetum, Urbes Epiſcopales in Bajoaria? Quid Oppida S. Galli, & Campidona apud Helvetios? Quid Ovetum in Hiſpania? Quid Bobium in Italia? Horridae quondam ſolitudines, & latibula ferarum, nunc hominum amaeniſſima diverſoria, poſtquam ea Benedictini labore & induſtria ſua excoluerunt.

De Urbibus, & Oppidis ſub Benedictinorum ditione Helyotius

Quis neget Bertharium Abbatem Caſinatem S. Germani Urbem a fundamentis condidiſſe? Num Yepeſius retulit, ſub Benedictinorum ditione complures fuiſſe Civitates, & Oppida? Sed id nec Helyotius negat, dum Omnienſe S. Salvato-

(a) *De Vir. illuſtr. Ord. S. Bened. Lib.* 1. *Cap.* 1. (b) *Lib.* 5. *Epiſt.* 34. (c) *In Gall. Bened.* (d) *Lib.* 22. *Cap.* 6. (e) *Lib.* 3. *Geograph.* (f) *Lib.* 2. *Rer. G.* 21

vatoris Monaſterium in Hiſpania eo potentiae & divitiarum perveniſſe fatetur, (*a*) *ut poſſederit centum triginta octo Civitates, Vicos, Pagoſque, qui tota Abbatis juriſdictione ſuſtentarentur*. Legat Cennius M. Antonium Scipionem, & ita de Caſinenſi Abbatia loquentem (*b*) audiet: *Caſinas Coenobium, procedente tempore, potentia atque opibus principes Italiae dominatus aequavit . . . . . Sunt qui plures tradant, ego ex Archivi tabulis viginti tantum Urbes Caſinatibus paruiſſe reperio: Oppida triginta ſex ſupra ducenta: Villas octogenta quatuor; Eccleſiarum, ut appellant, numerus, quas iidemmet poſſidebant, mille ſexcentarum ſexaginta duarum ſummam conficiebat*. Et alibi: (*c*) *Praeter S. Germani Civitatem, duo & triginta Oppida* hac quoque tempeſtate Abbas *moderatur*. Sed quaenam Abbatia Benedictinorum, in cujus ditionem Oppida, vel Pagi non conceſſerint? Mitto Hiſpaniam Cluniacenſi Coenobio tributariam fuiſſe, (*d*) ampliſſimoſque dominatus Germaniae Abbates S. R. I. Principes etiamnunc habere, quum unus S. Galli Abbas duodecim millia militum cogere, & ſuis ſtipendiis valeat ſuſtentare. (*e*) Si diplomata evolves, quot Civitates, & Caſtra Italiae Abbatibus paruerint, manifeſto comperies; ego uni huic Monaſterio SS. Florae, & Lucillae, quod non fuit ex celebrioribus, praeter centum triginta circiter Eccleſias, quarum unam Arretii Innocentius III. alteram Cortonae Joannes XXII. erexerunt in Cathedrales, ſexaginta quinque Caſtella ſubdita fuiſſe, ex hoc tabulario ſatis addiſco. Miraris forte, Cenni, Yepeſium ampliſſima Benedictinis privilegia adtribuiſſe? Sed ſi vel leviter legas, quae ab aliis Scriptoribus enarrantur, nullas ſane cauſſas reperies, cur Yepeſium talia praedicantem ſtupefactus intuearis. Quid de Abbatibus Caſinate, (*f*) & S. Ambroſii Mediolanenſis (*g*) dices, quos per ſceptrum ab Imperatoribus in poſſeſſionem deductos fuiſſe conſtat? Quid de Campidonenſi, (*h*) Rivipullenſi, (*i*) ac S. Vedaſti, (*k*) quibus jus utriuſque gladii conceſſum fuerat? Quid demum de Cavenſi, (*l*) qui in Regnis utriuſque Siciliae, nec non de Glaſtonienſi, ejuſque Monachis, (*m*) qui in toto Angliae Regno, quos obvios habuerint, ad

M. Ant. Scipio,

Petrus Ven.

Helyotius.

De Abbatibus per ſceptrum in poſſeſſionem deductis.

De habentibus ius utriuſque gladii.

De iis, qui conſueverant vita donare raptos ad ſupplicium,

F ſup-

(*a*) *In Hiſt. Ord. Relig. p. 4. cap.* 30. (b) *In Elog. Abbat. Caſin. cap.* 3. (c) *Cap* 5. (d) *Petrus Ven. de Mirac. lib* 1. *cap. ult.* (e) *Helyot in Hiſt. Relig. p.* 4. *cap.* 34. (f) *Apud Alriſ. Sect.* 2. *cap.* 1. (g) *Tambur. de jur. Abbat. T.* 1. *diſp.* 3. *q.* 4. (h) *Alriſet. ibid.* (i) *Tamb. ibid.* (k) *Helyot. p.* 4. *cap.* 33. (l) *T.* 1. *Bullar. Caſin. Conſt.* 9. (m) *Tom. XI. Concil, col.* 943.

Digitized by Google

DISSERT. I. De iis, quibus jus fuit cudendi monetas.

ſupplicium raptos vita donare conſueverint; aut de Abbatibus Cluniacenſi, (a) Sylviniacenſi, (b) Divionenſi, (c) Corbejenſi, (d) S. Dionyſii apud Pariſios, (e) S. Galli, (f) S. Claudii in Burgundia, (g) quibus jus fuit cudendi monetas, & de Abbate Lirinenſi, cujus effigie ſignatum nummum argenteum ipſemet Ravennae conſpexi? Num tibi Yepeſius monſtra dicere videtur, dum de magna apud Imperatores, & Reges Benedictinorum exiſtimatione commemorat? At, ſi loqueris de Conſiliariis, quis neſciat, Pippino Francorum Regi Fulradum Sandionyſianum Abbatem, (h) Carolo Magno Adalhardum Corbejenſem, (i) Alcuinum S. Martini Turonenſis Abbatem, (k) & Angilbertum Centulenſem; (l) Ludovico Pio eumdem Adalhardum, (m) Marcuvardum Prumienſem, (n) & Benedictum Anianenſem; (o) Lothario Italiae Regi Uvalam Corbejenſem; (p) & tamdem Ludovico VII. Galliarum Regi Sugerium Sandionyſianum (q) ab intimis ſecretis & conſiliis fuiſſe, pleroſque in Palatio adſidue remoratos? Si ſermo ſit de Cancellariis, quiſnam ignoret, a Carolo Magno Ruotfridum Abbatem Elnonenſem, a Carolo Calvo Ludovicum Abbatem Sandionyſianum, (r) a Philippo Petrum Sangermanenſem, a Ludovico VI. Natalem Resbacenſem, (s) a Ludovico Pio Heliſacharem Centulenſem, (t) & Hugonem Sithienſem, (u) & demum a Ludovico Bajoariae Rege Baldricum Abbatem (x) eo titulo fuiſſe decoratos? Nonne Abbatem Caſinatem (y) Lotharius Imperator Romani Imperii Cancellarium, Capellanum, & Principem pacis conſtituit? Nonne Abbas Coxanenſis inter Catalanos Proceres etiam nunc Cancellarii dignitatem obtinet? Quid diceres, ſi Benedictinos ſummo Archicancellarii honore, quem poſtea vel Archiepiſcopi ambierunt, auctos deprehenderes? Et ſane ſub Pippino Hiterium S. Martini Turonenſis Abbatem, (z) ſub Carolo Magno Radonem Vedaſtinum, (1) ſub Carolo Calvo Gauzlenum, (2) & ſub Hugone, & Lothario Italiae Re-

De Abbatibus Imperatorum, & Regum Conſiliariis.

De Abbatibus Imperatorum, & Regum Cancellariis.

De Abbatibus Archicancellariis.

(a) *Alviſet ibid.* (b) *Querc etan. in notis aa Biblioth. Cluniac.* (c) *Thom. ſſ. T.* 3. *lib.* 1. *cap.* 31. (d) *In Chart. Corbeien. pag.* 34. (e) *Doubletius pag.* 407. (f) *Vadian. in Olear. Iſag. pag.* 24. (g) *Helyot. p.* 4. *cap.* 17. (h) *Stephan. III. Epiſt.* 3. *ad Pippin.* (i) *Hincmarus in Epiſt. ad Epiſcop. Franciae.* (k) *Thomaſſ. T.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1051. (l) *Anſcher. in Vita S. Angilberti.* (m) *Paſchaſius in Vit. S. Adalhard.* (n) *Theganus cap.* 53. (o) *Ardo in Vit. S. Bened.* (p) *Eginhard. ad Ann.* 822. (q) *S. Bernard. Epiſt.* 222. (r) *Lupus Ferrar. apud Thomaſſ.* (s) *Mabill. de re diplom. pag.* 122. (t) *Agobard. de diſpenſ.* (u) *Perard. pag.* 59. (x) *Saec. IV. Bened. part.* 1. *pag.* 501. (y) *Chron. Caſin. lib.* 4. *cap.* 125. (z) *Mabillon. ibid. p.* 118. (1) *Idem ibid. p.* 119. (2) *Concil. Pontigon.*

Digitized by Google

Regibus Gerlannum (*a*) Abbates Archicancellarios egiſſe certum exploratumque eſt. Sed nonne etiamnum Germania Abbatem Fuldenſem a quadringentis annis Romanorum Imperatricis Archicancellarium ſuſpicit, & admiratur? (*b*) Num aegre fers, Yepeſium etiam in Archicapellanorum numerum Benedictinos adgregaſſe? At eos incuſa, qui hoc in gradu poſitos, a Pippino Rege Launum S. Eparchi Abbatem, (*c*) & Fulradum Sandionyſianum; (*d*) a Carolo Magno Angilbertum; (*e*) a Ludovico Pio Hilduinum item Sandionyſianum, (*f*) & Fulconem S. Hilarii Pictavienſis Abbatem; (*g*) a Carolo Calvo Gozlinum Sangermanenſem; (*h*) & a Ludovico III. Grimaldum Sangallenſem, (*i*) omni aſſeveratione confirmant. Quid? Quod Abbatibus S. Maximini Trevirenſis Romanorum Imperatricis jam olim Archicapellani honorem Zilleſius (*k*) delatum fuiſſe teſtatur.

De Abbatibus Regum, & Imperatorum Archicapelanis.

Num ſtupes legationibus, quas, referente Yepeſio, Imperatorum, Regumque juſſu Benedictini obierunt? Aſt ſi Benedictina Saecula, ſi Annales Mabillonii percurreris, a Carolo Martello Grimonem Abbatem Corbejenſem ad Gregorium III. a Carolomanno Beraldum Epternacenſem ad Stephanum IV. a Pippino Fulradum ad Zachariam, & Haribertum Morbacenſem ad Paullum I. a Carolo Magno Gulfardum Sanmartinianum ad Hadrianum I. Adalhardum, Angilbertum, & Smaragdum ad Leonem III. & Gervoldum Fontanellenſem ad Offam Merciorum Regem; a Ludovico Pio Adalungum Vedaſtinum ad Paſchalem I. Marcuvardum ad Lotharium, & Anſegiſum in Hiſpaniam; tamdem, ut innumeros alios omittam, a Sanctio Ramiro Rege Aquilinum Abbatem S. Joannis Pennatenſis ad Alexandrum II. Oratores miſſos fuiſſe pernoſces.

De Abbatibus Legatis Imperatorum, & Regum.

Culpandum forte Yepeſium eo nomine cenſebis, quod Regnorum adminiſtrationem Benedictinis (non loquor de Monachis ad Regnum adſumtis, quales fuere S. Caſimirus, Uladislaus, Ramirus, & alii) concreditam adſeruerit. Verum, ut de *Placitis* interim ſileam habitis ab Adalhardo, Mancione, & Alaboldo Abbatibus, (*l*) nonne *Adalhardo Italia* ſub Pippino Rege juniore *commiſſa fuit*, (*m*) hicque iterum *Regnum*

De Abbatibus Regnorum Adminiſtris.

(a) *Du-Cang. in Gloſſar. med. & infim. Latin. V. Archicancell.* (b) *Brovver. de antiquit. Fuld. Lib. 1. cap. 15.* (c) *Monachus Egeliſmen. ad Ann. 769.* (d *Alcuinus Carm. 123.* (e) *Anſcher. in Vit. S. Angilb.* (f *Agobard. in Epiſt. ad Proceres Palat.* (g) *Vulfinus in Hiſt. Translat. S. Juniani.* (h) *Gallandus de Franco Alodio.* (i) *Herman. Contract. ad Ann. 841.* (k) *In defenſ. d. Monaſt.* (l) *In collect. Rer. Italic. & Antiquit. med. aevi.* (m) *Paſchaſius Radbert. in Vit. S. Adalhardi.*

Digitized by Google

Langobardorum gubernare debuit, donec Filius Pippini, Bernhardus nomine creſceret? (*a*) Nonne Sugerio Abbati Sandionyſiano Rex Ludovicus VII. *Hieroſolymam proficiſcens Regnum ſpecialiter regendum commiſit?* (*b*) Nonne Matthaeum laudati Monaſterii Abbatem S. Ludovicus *in Africam iter adripiens ad Regni adminiſtrationem reliquit*, (*c*) eoque in munere Philippus III. confirmavit, & redux illum Regni curatorem conſtituit? (*d*) Praetereo Abbates, qui in Regni Comitia, & ſupremas Curias Angliae, aliorumque Regnorum ſolebant convenire, necnon poſt mortem Henrici VI. in ſuffragiis ferendis de electione Imperatoris ipſi Bohemiae Regi, (*e*) & in electione Caroli Calvi, Ducibus, & Comitibus (*f*) praeivere. Non ſolum enim Ducibus, Comitibus, & Optimatibus, ſed etiam quatuor Abbatibus Fuldenſi, Campidonenſi, Sigeblacenſi, & Veiſemburgenſi Imperium Occidentis conflatum erat; (*g*) ad quorum gloriam deinde evecti ſunt, & Principes Imperii deſignati Abbates Morbacenſis, Lurrenſis, Einſidlenſis, S. Galli, S. Lamberti, & alii. At quid opus eſt, ut plura loquamur, dum, ſi vel ſolos Imperatores, ac Reges, Imperatrices, & Reginas, ſupremoſque Principes, qui Purpuram cum Benedictino Cucullo commutarunt, ſpectes, nihil prorſus a Benedictini Ordinis ſplendore alienum ab Yepeſio dictum comperies? Mitto heic Academias a Monachis inſtitutas, Horologia, & Organa a Gilberto reparata, Coſmographiae tabulas a Nicolao inſtauratas, paludes exſiccatas, deſertorum agrorum culturam, ſervorum manumiſſionem, & plura alia, quae Benedictinis accepta referuntur. Non memoro tamdem artes muſivam, & typographicam, quarum primam Deſiderio Abbati Caſinenſi, qui eam revocavit, (*h*) alteram Sublacenſibus Monachis, qui illam introduxerunt, (*i*) Italiam noſtram debere non inficiaberis.

De Abbatibus in Comitia, & ſupremas Curias convenire, & ſuffragium ferre ſolitis.

Imperatores, Reges, Imperatrices, Reginae & Supremi Principes, qui B. Benedicto nomen dederunt.

Benedictinorum merita in Populos.

XVIII.

Ex iis, quae ſuperius dixi, minuetur tibi, ſuaviſſime Cenni, ſtupor, quem iniicere poſſent ea etiam tam mira, quae de Spirituali, & Eccleſiaſtico Benedictinorum ſtatu Yepeſium praedicaſſe decantaſti. Initium duc a ſumma, quae in terris eſt, Maximorum Pontificum dignitate; & miſſis illis, qui aut triginta novem, aut quadraginta

Benedictini Ordinis Summi Pontifices.

(a) *Anonym. Corbeien. de Translat. S. Viti.* (b) *Vvillelm. in Epiſt. Encycl. de Sugerii obitu.* (c) *Naugius in Chron.* (d) *In Hiſt. Religioſ. part. 4. cap. 12.* (e) *Nebrid. Antiquit. Monaſtic. Epiſt. 122.* (f) *Concil. Ticinen.* (g) *Munſter. in Geograph.* (h) *T. 4. Rer. Italic. col. 442.* (i) *In geſtis Paulli II. pag. XV.*

DISSERT. I.

ginta, & eo plures adſcribunt Benedictino Ordini, audi Gregorium XV. ita dicentem: (*a*) *Tot ad Summi Apoſtolatus Apicem evectos fuiſſe conſtat, ut longa & continuata multorum Saeculorum ſerie Eccleſia ipſa nullos alios, quam Familiae Benedictinae Alumnos Summos Pontifices habuerit*.

S. R. E. Cardinales.

Iis accedunt S. R. E. Cardinales, quos Trithemius (*b*) tibi non plures, quam ducentos fuiſſe dicet, quibus ſi adjungas alios ad haec uſque tempora creatos, longe majorem numerum ſane deprehendes.

Archiepiſcopi.

Hos ſubſequuntur Archiepiſcopi, quos mille quingentos ſexaginta quatuor ex Engelgravi (*c*) fuiſſe intelliges.

Epiſcopi.

His ſuccedunt Epiſcopi, quorum quater millia Genebrardus (*d*) commemorabit.

Scriptores.

Si ſermo ſit de Scriptoribus, accipe quid adferat Uvionius: (*e*) *Feruntur fuiſſe quindecim millia ſcriptis & eruditione celebres*, quorum

Eccleſiae Patres.

aliqui ſunt Eccleſiae Patres, ut Gregorius Magnus, Leander, Caſſiodorus, Ildefonſus, Beda, Paullus Diaconus, Alcuinus, Rabanus, Haymon, Lanfrancus, Anſelmus, Petrus Damiani, Bruno Signienſis, Rupertus, & Bernardus,

Doctores Eccleſiae.

inter quos vides quinque Eccleſiae Doctores numerari, videlicet Gregorium Magnum, Leandrum, Bedam, Anſelmum, & Bernardum.

Expoſitores Sacrae Scripturae.

Alii Sacram Scripturam explanarunt, ut Alcuinus, qui etiam Vulgatam editionem ab exſcriptoribus miſere vitiatam, teſte Baronio (*f*) emendavit, Beda, Rabanus, Haymon, Strabo Gloſſae ordinariae Auctor, Gregorius Magnus, Anſelmus, Angelomus, Ansbertus, Rupertus, Berchorius, Iſidorus Clarius, Lauretus, Genebrardus, & Calmetius.

Haereſum Oppugnatores.

Alii ſcriptis haereticos oppugnarunt, ſic Fulbertus, Lanfrancus, Albericus, & Guitmundus Sacramentarios, (*g*) Ratherius Antropomorphitas, (*h*) Angilbertus, Beatus, & Alcuinus Felicianos, (*i*) Ildefonſus Helvidianos, (*k*) Petrus Ven. & Bernardus Henricianos, (*l*) Anſelmus Graecorum errores, (*m*) Petrus Damiani Nicolaitas, (*n*) Genebrardus Lutheranos, & Calviniſtas. (*o*)

Canonum Collectores, & Interpretes,

Alii Sacros Canones vel collegerunt, ut Martinus Dumienſis, Burchardus, Gratianus, & Joannes Nivicellenſis; vel explicarunt, ut Lapus, Nicolaus Tudeſcus, Engelius, & alii.

Martyrologiorũ Scriptores.

Sed & Martyrologia nonne ſcripſere Beda, Florus, Uſuardus, Uvandelbertus, Notherus, Rabanus, Nevelo, Ado,

(a) *T. 1. Bullar. Caſinen. Conſt.* 287. (b) *De Vir. illuſtr. Ord. S. Bened. lib.* 1. *cap.* 5. (c) *De Caelo Empyr. in Feſt. S. Bened.* (d) *In Chronograph.* (e) *Lign. Vit. lib.* 2. *cap.* 61. (f) *Ad Ann.* 778. (g) *Haeſtht. lib.* 2. *diſq.* 1. (h) *Idem.* (i) *Idem.* (k) *Uvion. Lig. Vit. lib.* 5. *cap.* 63. (l) *Haeſtht. ibid.* (m) *Idem.* (n) *Idem.* (o) *Idem.*

Digitized by Google

DISSERT. I.

Ado, Maurolycus, & Aegidius de Dammis? At quamnam, quaeſo, rem non pertractarunt Benedictini? Immo quid non excogitarunt, vel non egerunt pro Eccleſia Dei, & Animarum ſalute? Probe norunt Anglia, Franconia, Uveſtphalia, Toxandria, Germania, Friſia, Svecia, Helſinga, Vaſconia, Bohemia, Hungaria, Polonia, Livonia, Pruſſia, Ruſſia, Lituania, Pomerania, Rugia, Frigio-Saxonia, Brabantia, Flandria, Hollandia, aliaeque regiones, quas Auguſtinus, Chilianus, Evvoldus, Lambertus, Bonifacius, Stephanus, Abbo, Adalbertus, alius Bonifacius, Bruno, Otto, alius Adalbertus, Svitbertus, Amandus, Uvilfridus, aliique Benedictini Apoſtoli ad Chriſti fidem adduxerunt, (a) Quid? Quod Antipodas ipſos, quos Antiquitas ut fabuloſos reiiciebat, Americanos, inquam, veros a Columbo repertos, Benedictinorum primitias digna pro ſuis meritis remuneratione Deus eſſe voluit, quum Bueillus cum duodecim Monachis eos primus novi Orbis Apoſtolus Chriſto, & Eccleſiae adquiſierit. (b) Si peſtifero ſchiſmate proſcindebatur Eccleſia, nonne conſpirarunt Monachi ad tuendas Innocentii, & Alexandri Pontificum cauſſas? (c) Nonne Monaſteria Caſinenſe, & Cluniacenſe fuerunt Romanorum Pontificum aſyla? (d) Nonne Eugenium IV. Arſenius S. Paulli Monachus Romanorum furori ſubduxit? Quid miraris igitur, Cenni? Sed progrediamur. Quum Benedictini de univerſa Eccleſia quam optime meriti fuerint, nonne aequum erat, ut eos ampliſſimis honoribus unuſquiſque augere certaret? Et ſane Calliſtus II. juſſit, ut Abbates Cluniacenſes ſemper titulo Cardinalis fruerentur. (e) Alexander II. Abbatibus Vindocinenſibus conceſſit *Eccleſiam S. Priſcae cum dignitate Cardinalis*. (f) Abbates Montis Caſini, (g) S. Paulli, & S. Laurentii de Urbe (h) cum Abbatis titulo etiam Cardinalatus honorem adſequebantur. Hadrianus Papa Abbati, & Monachis Sandionyſianis eligendi ſibi in Epiſcopum aliquem Monachum, quem in Monaſterio haberent, ad ea peragenda, quae nonniſi Epiſcopus exercere poteſt, poteſtatem permiſit. (i) Ejuſcemodi privilegium alii Summi Pontifices Monaſteriis S. Martini Turonenſis, Laubienſi, Mediano, Hohenovienſi, Seno-

Apoſtoli.

Schiſmatis exſtirpatores.

Abbates Cardinales.

Epiſcopi Monaſteriorum.

(a) *Haepht. lib. 2. diſq. 1.* (b) *Urion. Lig. Vit. lib. 5. cap. 62.* (c) *Thomaſſ. part. 1. lib. 3. cap. 18.* (d) *Idem cap. 28. & alibi.* (e) *Helyot. in Hiſt. Religioſ. part. 4. cap. 18.* (f) *Tomaſſ. T. 1. lib. 3. cap. 41.* (g) *M. Anton. Scipio in Elog. Abbat. Caſin.* (h) *Nuceus in cap. 26. lib. 3. Chron. Caſinen.* (i) *T. 8. Concilior. col. 539.*

Epiſcopi Abbatibus ſubjecti.

nonenſi, Montis Romarici irrogarunt. (a) Neque credas velim, Monaſteriorum Epiſcopos juriſdictione Abbatis exemtos, quum ei Apoſtolicis Litteris omnino parere jubeantur: quod inſolens tibi videri non debet, dum Hiberni Abbatis *juri*, teſte Beda, (b) *& omnis Provincia, & ipſi etiam Epiſcopi debebant eſſe ſubjecti*, non ſecus atque Caſinati, aliiſque Italiae Abbatibus Civitatum Dominis obſequebantur Epiſcopi, qui immo vel Archiepiſcopus Neapolitanus Aiglerius haud dedignati ſunt Abbatis Caſinenſis eſſe Vicarii Generales. (c) Si te adhuc tuae ſententiae tenacem putarem, Epiſcopos Aragonenſes, ut de aliis ſileam, nonniſi ex Monaſterio Rupenſi, & Pompelonenſes nonniſi ex Monaſterio Leirenſi (d) adſumtos, Cantuarienſem Cathedram a Monachis fere ſemper occupatam, Abbates Benignianos Lingonenſibus Epiſcopis, Dervenſes Trecenſibus ad regimen ſocios proferrem; (e) Abbates Trajectenſes, & Inſulae barbarae Eccleſiis Paſtore viduatis praeeſſe ſolitos oſtenderem; (f) Abbates Majoris-Monaſterii, & S. Mariae, abſentibus Archiepiſcopis Turonenſi, (g) & Florentino, (h) in Feſtis praecipuis ſacra ſolemniter peregiſſe, & SS. Euchariſtiam per urbem geſtaſſe monſtrarem; In omnibus Eccleſiis Cathedralibus Angliae; (i) in Catanenſi, Syracuſana, Liparitana, Pactenſi, ſicuti etiam nunc in Metropolitana Montis Regalis; (k) in Ratiſponenſi, Friſingenſi, Moguntina, Saltzburgenſi, Trajectenſi, Bremenſi, Eiſtetenſi, Magadaburgenſi, Mimigardefordenſi, Uvirtzburgenſi, Trevirenſi, Herbipolenſi, Hildeſiana, Buriburgenſi, Erpesfurtenſi, Vormatienſi, Schierſenſi; (l) in Lucionenſi, Tomerienſi, Altenſi, Vabrenſi, Caſtrenſi, Tutelenſi, Sarlatenſi, Condomenſi, Tullenſi, Malleacenſi; (m) in Toletana, (n) Oxomenſi, Aſturicenſi, (o) & pluribus aliis Hiſpaniarum Cathedralibus, (p) in Othonenſi, (q) in Beneventana, (r) & in Nardenſi, (s) immo & in Patriarchalibus Eccleſiis Lateranenſi, S. Petri, (t) & S. Paulli, ut alias taceam, Monachos Canonicorum munere functos memorarem. Gregorio Magno Maximianum, Auguſtinum, Mellitum

Epiſcopi è Monaſteriis educendi.

Benedictini Monachi Canonici Cathedralium in Anglia, in Sicilia, in Germania.

in Gallia.

in Hiſpania.

in Italia.

in Urbe.

Conſiliarii, &

(a) *Calmet. in cap. 62. Reg. S. Bened.* (b) *In Hiſt. Angl. lib. 3. cap. 4.* (c) *T. 12. Concil. col.* 136. (d) *Gattula in Praef. ad Hiſt. Abbat. Caſinen.* (e) *Mabill. Praef. 1. Saec III. Bened.* (f) *Mabill. ibid.* (g) Chart. X. *in Append. T. 6. Annal. Bened.* (h) *Puccinell. Chron. Abbat. Flor.* (i) *Marshamus in Praef. ad Monaſt. Anglic.* (k) *Tornam. in Hiſt. Monaſt. lib. 3. cap. 2. §. 1.* (l) *Mabill. in Praef. ad Saec. V. Bened. & alii.* (m) *Idem ibid. & alii* (n) *Roderic. Tolet.* (o) *Creſcent. Alviſet. & alii.* (p) *Thomaſſ. T. 1. lib. 3. cap.* 70. (q) *Creſcent.* (r) *Tornam.* (s) *Tomaſſ. T. 1. lib. 3. cap. 18.* (t) *Anaſtaſ. Baron.*

Cubicularii Apoſtolici.

litum, Marinianum, Probum, & Claudium; (*a*) Joanni IV. Joannem; (*b*) Eugenio IV. Arſenium, Placidum Pavanellum, Cyprianum Rinaldinum; (*c*) Pio II. Donatum; Paullo II. eumdem Donatum, & Modeſtum; (*d*) Gregorio XV. Conſtantinum Cajetanum, (*e*) a conſiliis, & cubiculo, & in Palatio Apoſtolico retentos tibi ſuggererem.

Legati a latere.

Si Abbates omnes, quos Summi Pontifices de Eccleſiae maximis rebus ad Imperatores, & Reges legatos miſerunt, vellem recenſere, impendio loquacior eſſem; ideoque ſatis habeas id ſcire, Gregorium videlicet VII. Hugoni Abbati Cluniacenſi commiſiſſe negotia Galliae, Bernardo Maſſilienſi Hiſpaniae, & Germaniae, Tertzoni Britanniae, Deſiderio Caſinati Italiae; (*f*) & a Clemente V. Arnaldum Abbatem Tutelenſem, Piliſortem Lubarienſem, & Bertrandum Montis Albani; (*g*) ab Innocentio VI. Andruinum Cluniacenſem; (*h*) a Bonifacio IX. Joannem Abbatem S. Paulli, (*i*) & a Martino V. Petrum de Roſacio, ſive in Provincia Anconae, ſeu Flaminiae, & Patrimonio datos fuiſſe Vicarios.

Praeſidentes Conciliis.

Nec ignorare debes Ludovicum Abbatem S. Dionyſii Vernenſi, Leonem S. Bonifacii de Urbe Moſomenſi, & Rhemenſi, Hugonem Cluniacenſem Avenionenſi, Ricardum Maſſilienſem Burgenſi, laudatum Abbatem de Roſacio Papienſi, mox Senenſi, & Ludovicum S. Juſtinae Baſileenſi Legatos de latere praeſediſſe Conciliis. (*k*)

Sancti

De Sanctis Benedictini Ordinis non loquor, quum unus non ſit omnium ſenſus, dum aliqui triginta millia, alii quinquaginta millia, fuiſſe referunt. Innumera alia praetereo, quae doctiſſimi Viri (*l*) ſententia concludam: *Nil fere in Eccleſia bene inſtitutum, quod ab iſto Sacratiſſimo* ORDINE *non proceſſerit*.

DIS-

(a) *Jo. Diac. in Vit. S. Greg.* (b) *Thomaſſ. T. 1. lib. 2. cap.* 100. (c) *Hieron. Aleott. in Epiſt.* (d) *Bibliotb. Caſin.* (e) *Bullar. Caſin. T. 1. pag.* 300. *& ſeq.* (f) *Nebrid. Antiquit. Monaſt. Epiſt.* 122. (g) *Ex Archivo Metropolit. Raven.* (h) *Ex Archivo S. Florae.* (i) *Ex MS. Jo. Baptiſtae Arrighi.* (k) *Ex laudatis Conciliis.* (l) *Uvionius in Prologo Lig. Vit.*

Digitized by Google

DISSERTATIO II.

De Origine, Fundatione, & Inſtitutis Monaſteriorum Hiſpaniae.

CAPUT I.

De Origine Monaſteriorum Hiſpaniae.

I.

ANtiquitatis Eccleſiae Hiſpanae peritiſſimus Cennius, qui ex Diſſertationibus ea de re elucubratis inſigne ſibi elogium illud comparavit: *multum ei debebit Chriſtiana Reſpublica, multum litterae, multum Sacerdotium & Regnum*, Monaſteriorum Hiſpaniae origine diligenter diſcuſſa, hanc tamdem ſententiam aperit: (*a*) *Oſtendam ſexti Saeculi dimidio antiquiorem non eſſe eorum originem*. Sed proh dolor! Quis crederet tantum virum in primo VI. Diſſertationis limine alucinatum fuiſſe? Profecto ita eſſe, ut praedico, perſpicue evincunt argumenta, quibus ſuam tuetur opinionem. Primum ducit ab Scriptoribus Eccleſiaſticis, qui mentionem faciunt de Monaſteriis Dumienſi, cujus fundationem ad Annum 560. adligat, & Servitano, cujus originem reiicit in Annum 570. *Origo Monaſteriorum Hiſpaniae*, inquit, (*b*) *adeo certa ſuppetit ex antiquitatis Eccleſiaſticae documentis, ut dubitari de eadem nequaquam poſſit. Duo tantum Monaſteria omnium prima memorantur: in Gallaecia, ſeu Regno Svevorum unum: alterum in Regno Gothorum. Ea vero ſunt* Dumienſe, & Servitanum, *de quorum fundatoribus Iſidorus & Ildefonſus doctrinae & ſanctimoniae, laude celeberrimi Scriptores, conſtanſque omnis Hiſpaniarum antiquitas mentionem faciunt maxime luculentam*. Et inferius:

Falſa Cennii opinio de origine Monaſteriorum in Hiſpaniis dimidio VI. Saeculi adfixa.

Primum eius fundamentum poſitum

in auctoritate S. Iſidori, & S. Ildefonſi.

G

(a) *Cap.* 1. n. 1. (b) *Ibid.* n. 2.

DISSERT. II. CAP. I.

rius: (*a*) *Floruiſſe eum* (Martinum) *conſtat ab Anno* 560. *ad* 580. *Annoque ipſo* 560. *tardius Monaſterii Dumienſis fundationem ab eo factam non poſſe conſtitui*. De Servitano autem loquens ait: (*b*) *Servitanum Monaſterium decem tantum annis poſt Dumienſe fundatum eſſe compertum mihi eſt, atque exploratum*. Alterum argumentum petit a Conciliis Hiſpanis; & primo quidem a Barcinonenſi habito Anno 540. quod *de Monachis*, ait, (*c*) *decernens, ab Synodi Chalcedonenſis ſtatutis non recedit; quae quidem ſunt, ut Monachi, aut ſint per provincias, aut per civitates, Epiſcopis ſint ſubjecti: jejunio, & orationi vacantes, Eccleſiaſticis, civilibuſque rebus non implicentur; non aedificent Monaſteria, aut Oratoria praeter voluntatem Epiſcopi; aliaque his ſimilia, quorum nihil abludit a praedicto Monaſteriorum ingenio, quorum ſcilicet Monachi nullo tenebantur Inſtituto, ſeu Regula, cujus primus in Hiſpaniis auctor fuit Donatus, teſte Ildefonſo*.

Secundum in Conciliis Hiſpanis, ſcilicet Barcinonenſi, quod de Monachis decernit nõ ſecus ac Chalcedonenſe,

„ *Verba autem Concilii ſatis perſpicua ſunt*: De Monachis „ vero, *inquit*, id obſervari praecipimus, quod Synodus „ Chalcedonenſis conſtituit. *Perinde eſt de Ilerdenſis Concilii Canone, quem expreſſerunt Patres ex Agathenſis, & Aurelianenſis Decretis principio ſexti Saeculi latis in Gallia, qui*„ *bus putaverunt*: Hoc tantummodo adiiciendum, ut pro „ Eccleſiae utilitate quos Epiſcopus probaverit, in Cle„ ricatus officio cum Abbatis voluntate debeant ordinari; „ *tametſi quae continuo ſequuntur*: Ea vero, quae in jure „ Monaſterii de facultatibus offeruntur, in nullo Dioece„ ſana lege ab Epiſcopo contingantur: *innuere videntur Monaſteria Coenobiticam formam praeſeferentia*. *Qua equidem ſuper re, ad Gallicana quod adtinet Monaſteria, quicquam definire non auſim; uam quodcumque eſſet Monaſteriorum hujuſmodi ingenium, Ildefonſi ſententiam fruſtrari non poſſumus; qui Donatum Inſtituti, & Regulae Monachorum in Hiſpaniis parentem agnovit. A cujus adſirmatis non diſcrepat Canon nuper laudatus, qui de Baſilicis laicalis fundationis de*„ *cernens*: Nequaquam, *inquit*, ſub Monaſterii ſpecie, ubi „ congregatio non colligitur, vel Regula ab Epiſcopo non „ conſtituitur, eam a Dioeceſana lege audeat ſegregare. *Quae porro ſi comparentur cum iis, quae Concilium Tole*„ *tanum III. de Monaſteriis definit*: Si Epiſcopus unam de „ Parochitanis Eccleſiis ſuis Monaſterium dicare voluerit, „ ut

& in Ilerdenſi, quod non receditj ab Agathenſi, & Aurelianenſi, aliquibus tantummodo adjectis, quae ſerio minus examinata.

Cennius reiicit in Gallicana Monaſteria.

(*a*) *N.* 4. (*b*) *N.* 10. (*c*) *N.* 14.

Digitized by Google

„ ut in ea Monachorum regulariter Congregatio vivat &c. *Evidens erit diſcrimen illud ingens, quod Monaſteriis ante Donatum cum Monaſteriis poſt eum excitatis interceſſit: antea enim ex Cellulis hac illac diſpoſitis conveniebant ad ejuſmodi Eccleſias; poſtea vitam in iiſdem agebant, quod eſt.* Monaſticae obſervantiae uſum & Regulam *noſſe*.

II.

Haec ſunt rationum momenta, quibus innititur Cennii opinio de origine Monaſteriorum Hiſpaniae, quae utpote elicita ex purioribus fontibus, Lector illis belliſſimis verbis contentus, quam firmiſſima judicaret; ſed ſi penitius rem expenderit, tamquam futilia prorſus reiiciet. Diligenter contemplemur quid Iſidorus, quid Ildefonſus dicant. Primus de Martino Dumienſi ita loquitur: (*a*) *Martinus Dumienſis Monaſterii Sanctiſſimus Pontifex in Orientis partibus navigans, in Gallaeciam venit; ibique converſis ab Ariana impietate ad fidem catholicam Svevorum populis, regulam fidei & Sanctae Religionis conſtituit, Eccleſias confirmavit, Monaſteria condidit, copioſaque praecepta piae inſtitutionis compoſuit.* Cui concinit Concilium Toletanum X. in quo ita legitur: *Teſtamentum glorioſae memoriae S. Martini Eccleſiae Bracarenſis Epiſcopi, qui & Dumienſe Monaſterium viſus eſt conſtruxiſſe.* Alter vero de fundatore Monaſterii Servitani ita ſcribit: (*b*) *Donatus & profeſſione & opere Monachus cujuſdam Eremitae fertur in Africa extitiſſe diſcipulus. Hic violentias barbararum gentium imminere conſpiciens, atque ovilis diſſipationem, & gregis Monachorum pericula pertimeſcens, ferme cum ſeptuaginta Monachis, copioſiſque Librorum codicibus navali vehiculo in Hiſpaniam commeavit. Cui ab inluſtri religioſaque femina Minicea ſubſidiis ac rerum opibus miniſtratis, Servitanum Monaſterium viſus eſt conſtruxiſſe. Iſte prior in Hiſpaniam Monaſticae obſervantiae uſus & regulam* DICITUR *adduxiſſe.* Ex his celeberrimis Scriptoribus nil aliud certo percipimus, quam Dumienſe Monaſterium a Martino, Servitanum a Donato fuiſſe conſtructum. Etſi enim Ildefonſus Cennio videatur ſuffragari, non adeo tamen perſpicue loquutus eſt, ut Donatum Inſtituti ac Regulae Monachorum in Hiſpaniis parentem agnoviſſe ſit credendus, quum famae parum fidens ſubdubius dixerit: *Iſte prior in Hiſpaniam Monaſticae obſervantiae uſum & regulam* DICITUR *adduxiſſe.* Nihilo-

Convellitur primum. S. Iſidorus ſolum adfirmat, Martinum Dumienſem

Monaſteria condidiſſe.

S. Ildefonſus de Donato loquens

Servitani Monaſterii fundatore, ſubdubius dixit, eum in Hiſpaniam adduxiſſe Monaſticae obſervantiae uſum & regulam,

famae parum fidens.

(a) *De Vir. illuſtr. Cap.* 35. (b) *De Vir. illuſtr. Cap.* 4.

DISSERT. II. CAP. I.

quum revera Dumienſi, & Servitano, Venantio Fortunato teſte coaevo, Aſanenſe Monaſterium antiquius fuerit, ceu conſtructum Anno 506. quod & docet Mabillonius.

hilominus haec ratio omnino jaceret, ſi nullum aliud Monaſterium Dumienſi, ac Servitano antiquius Scriptores Eccleſiaſtici commemorarent; ſed luculentiſſimum teſtimonium habemus Venantii Fortunati Auctoris Synchroni, ex quo diſcimus Aſanenſi Monaſterio, ceu condito Anno 506. primas eſſe concedendas. Quum enim Victorianus primus Abbas Aſanenſis Monaſterii obierit Anno 566. illique praefuerit, prout ait Fortunatus, (a) duodecim luſtris, neceſſario infertur, Aſanenſe Monaſterium Anno 506. fuiſſe excitatum. Quod & docet Cl. Mabillonius, dum ait: (b) *Donato in propaganda apud Hiſpanos re Monaſtica praeiviſſe videtur Victorianus Abbas Aſanenſis, qui, teſte Fortunato*, plurima per patriam Monachorum examina fudit, *ſuumque ipſius Aſanenſe Monaſterium* bis ſenis luſtris, *hoc eſt ſexaginta annis, rexit*. Fortunatus Epiſcopus Pictavienſis Victoriani Epitaphium compoſuit ſub hoc titulo in ſinceris ac pervetuſtis codicibus: *Epitaphium Victoriani Abbatis de Monaſterio Aſanae*, & in veterrimo exemplari Corbejenſi ſic titulus habet: *Epitaphium Domni Victoriani primi Abbatis de Monaſterio Aſani in Spania*, cujus non pigeat hos verſus, qui ad rem faciunt, audire.

Porro quae Fortunatus de Victoriano, primo Abbate Aſanenſi ſcribit;

Plurima per patriam Monachorum examina fundens
Floribus aeternis mellificavit apes.
Bis ſenis rexit patrio moderamine luſtris
Rite Deo placitas paſtor opimus oves.

cohaerent cum Actis a Bollando editis, qui aſſerit S. Victorianum potuiſſe Regulam S. Benedicti ſuis Monachis obſervandam praeſcribere: quod Mabillonius ſicut probare non poteſt, ita facile non inficiatur.

Quae plane cohaerent cum Actis S. Victoriani a Bollando relatis ad diem 12. Januarii, in quibus Victorianus *duodecim luſtris Monaſterio praefuiſſe, certamque* Monachis *vivendi Regulam ac normam praeſcripſiſſe* legitur. Immo Bollandus momento ſuo ponderans Uvionis, Dorganii, Menardi, aliorumque Scriptorum Hiſpaniae de Monachatu Benedictino S. Victoriani opinionem, adſerere non dubitat, eum potuiſſe Regulam S. Benedicti ſibi, ſuiſque jam aevo maturum adſciſcere, quum annis circiter viginti S. Benedicto ſupervixerit: quod Mabillonius, *ſicut probare*, ait, (c) *in promptu non eſt, ita facile inficiari non licet*. Porro hoc Monaſterium ſaltem ab obitu S. Victoriani Benedictinae Regulae fuiſſe addictum, in eaque diu perſeveraſſe, docet

(a) *Lib. 4. Cap. 11.* (b) *Lib. 3. Annal. Bened. n. 28.* (c) *Saec. I. Benedi.*

Digitized by Google

docet Concilium Jaccetanum habitum Anno 1060. cui ſubſcribit *Garuſus Abba Aſinenſis*. Ad Aſanenſia Coenobii antiquitatem Aemilianenſe proxime accedit; quia vero de eo inferius ſermo erit, ne eamdem canam cantilenam, ab illius oſtendendis primordiis heic penitus abſtineo. Quare quum ex probatiſſimis ac coaevis Eccleſiaſticis Scriptoribus, qui certo conſulendi erant, Aſanenſe Monaſterium ſexto ineunte Saeculo conſtet fuiſſe fundatum, neſcio qua ratione ductus Cennius omnium prima conſtituerit Dumienſe, & Servitanum, quae tam longe poſt fuerunt aedificata, & nonniſi dimidio ejuſdem Saeculi Coenobiorum Hiſpaniae quam fidenter poſuerit initia.

III.

Deſtruitur alterum fundamentum poſitum in Conciliis,

Supereſt modo, ut inveſtigemus, quam vim habeant argumenta, quae Cennius petere conatur a Conciliis Hiſpanis ad probandum Coenobiorum originem dimidio Sexti Saeculi non eſſe antiquiorem. Ante quam vero id adgrediar, ſtatuatur oportet, antiquitus aliquando Monaſterium inter & Coenobium multum interfuiſſe; Iſidorus enim ait: (*a*) *Inter Coenobium & Monaſterium ita diſtinguit Caſſianus, quod Monaſterium etiam unius Monachi habitatio poſſit nuncupari: Coenobium autem nonniſi plurimorum*. De his porro habitationibus, ſeu Cellis, earumque habitatoribus contendit Auctor Diſſertationum loquutos fuiſſe Patres Hiſpanos in allatis Conciliis, quoties de Monaſteriis, & Monachis aliquid decreverunt: *In regione*, inquit, (*b*) *Coenobiorum inſcia, ejuſque generis Monachis adſueta, qui hac illac diſperſi orationi vacabant in cellulis eremitarum more &c.* Mirum eſt, quantopere tergiverſetur, quot effugia quaeritet, & quam varie Canones contorqueat, mutiletque, ut faciat ſuos. Rem ita eſſe, experiundo ſciemus. Cauſſam a ſe ſtructurus ſuam Barcinonenſe Concilium profert, quod farta tecta Chalcedonenſis Synodi de Monachis decreta habenda conſtituit; ſed quid Chalcedonenſes Patres de Monachis decreverint, recenſet partim, alia praetermittens ſubdit: *Aliaque his ſimilia*. Quum autem quae ex Canone quarto recitat, etiam Monachis, qui Eremitae dicuntur, congruere poſſint, ne det verba minus cautis, audiamus alia, quae omittit, *his ſimilia: Viſum eſt .... Monachos .... in quibus ordinati ſunt locis fortiter perſeverantes, nec Eccleſiaſticis, nec Saecularibus negotiis ſe ingerere, vel communicare, pro-*

quorum Patres contendit Cennius loquutos eſſe de Monachis, qui in Cellulis eremitarũ more manebant; at ad rem probandam mutilat Canones, ut faciat ſuos.

Sic profert Barcinonenſe, habitum An. 540. quod Chalcedonenſis de Monachis decreta adoptat, ſed ea partim recenſet, alia praetermittens ſubdit: *aliaque his ſimilia*; ideoque datur integer Canon quartus Chalcedonenſis,

(a) *Lib. 2. de Off. Eccleſ. Cap.* 15. (b) Cap. 1. n. 13.

DISSERT. II. CAP. I.

propria relinquentes Monaſteria, niſi quandoque a civitatis Epiſcopo eis permiſſum fuerit: nullum autem in Monaſteriis ſervum recipi ad hoc, ut ſit Monachus, praeter voluntatem ſui Domini. Profectò Canonem iſtum non loqui de Monaſterio, ſeu cellula, in qua reſideat unicus Monachus, nec de eremitis, conſtat ex interpretatione Dionyſii Exigui, qui ultima verba ita legit: *Nullum vero recipere in Monaſteriis ſervum, ut ſit cum eis Monachi obtentu*, id eſt *obtentu profeſſionis Monachicae*, ut habet MS. Corbejenſe, *praeter ſui Domini conſcientiam*. Nec alia eſt Iſidori Mercatoris expoſitio, dum ait: *Et neminem ſervorum ſuſcipi in Monaſterium, ut ſit cum eis Monachus, niſi cum Domini proprii conſcientia*. Quod vel magis perſpicuum redditur ex iis, quae in eodem Canone ſubſequuntur: *Civitatis autem Epiſcopum oportet eam, quam par eſt, Monaſteriorum curam gerere*, hoc eſt, ut legit verſio Arabica, *Epiſcopus autem Monaſteria viſitet, eaque, ut par eſt, in cura habeat*. Edunt ne Patres Chalcedonenſes, a quibus, vel fatente Cennio, Concilium Barcinonenſe non recedit, de Monachis decreta *alia & his ſimilia*? Sed non pigeat & Canonem ſextum audire, qui ſtatuit, *nullum abſolute ordinari nec Presbyterum, nec Diaconum, nec omnino aliquem eorum, qui ſunt in ordine Eccleſiaſtico, niſi ſpecialiter in Eccleſia Civitatis, vel pagi, vel Martyrio, vel Monaſterio is, qui ordinatur, deſignetur*. His adde Canonem viceſimum quartum: *Quae ſemel voluntate Epiſcopi conſecrata ſunt Monaſteria, perpetuo manere Monaſteria, & res, quae ad ea pertinent, ſervari, eaque non amplius fieri Saecularia habitacula*. Poſſunt ne clarius hi Canones exprimere naturam Monaſteriorum, in quibus plures adſint Monachi Coenobiticam vitam agentes? Ut quid proibitio Monachis facta, ne reciperent ſine voluntate Domini ſervum, ut eſſet Monachus cum eis; & praeceptum datum Epiſcopis, ut Monaſteria viſitarent, eorumque curam gererent, ac rerum ad ea ſpectantium conſervationi operam impenderent; illumque dumtaxat Presbyterum, aut Diaconum ordinarent, qui Eccleſiae Civitatis, aut pagi, aut Martyrij, vel etiam Monaſterii eſſet adſcriptus, ſi illa Monaſteria Eccleſiis & reditibus deſtituta forent habitacula unius Monachi, qui cum aliis *hac illac diſperſis in unam Eccleſiam arbitrio Epiſcopi* convenire deberet? O inſignis inhibitio, providum praeceptum, celebris viſitatio! Sed quid opus eſt commen-

quem loqui de Coenobitis pateat ex Dioniſio Exiguo, ex MS. Corbejenſi, ex Iſidoro Mercatore,

& ex iis, quae ſubſequuntur in eodem Canone.

Rurſus idem perſpicitur ex Canone ſexto,

& viceſimo quarto,

ſecus ridicula praecepta.

mentis, quando in Dioeceſi Chalcedonenſi tempore laudati Concilii complura erant Coenobia? Lege Bultoi Hiſtoriam Monaſticam Orientis, lege Acta S. Hypatij Abbatis a Papebrochio edita, (*a*) lege geſta S. Auxentii Archimandritae ab Henſchenio producta (*b*) & in vicinia Chalcedonis inter alia Monaſteria, in quibus Monachi Coenobiticam vitam agebant, illud comperies, quod Rufinus in honorem Apoſtolorum Petri & Paulli conſtruxit: *Monachos etiam*, inquit Sozomenus, (*c*) *prope collocavit, qui Clericorum munus eadem in Eccleſia obirent*.

IV.

Cennio negotiū faceſſit Canon tertius Ilerdenſis Concilii habiti Anno 546. Ideoque effugium quaerit; ſed praeſtat, eū fateri Coenobiticam vitam Monachorum, de qua Ilerdenſes Patres loqui conſtat ex Canone tertio, qui de Monachis decernit quod Synodus Agathenſis, vel Aurelianenſis;

Sed age jam Cennium ſequamur, quem ſcilicet tricis implicitum fugere non poſſe ſcimus. Et plane illi negotium faceſſit Canon tertius Ilerdenſis Concilii Anno 546., ut Pagii ſententia eſt, habiti, a quo dum ſe exſolvere conatur, magis irretitus detinetur. Ejus vim ſentiens, primum adſerit, Patres Ilerdenſes laudatum Canonem expreſſiſſe *ex Agathenſis, & Aurelianenſis Decretis principio Saeculi ſexti latis in Gallia*. Deinde paucis ex iis, quae fuerunt adjecta, repetitis, nec omnino adſerens, ſed nec plane negans inquit: *tametſi quae continuo ſequuntur, innuere videntur Monaſteria, Coenobiticam formam praeſeferentia*. Inde tergiverſans ait: *Qua equidem ſuper re, ad Gallicana quod attinet Monaſteria quicquam definire non auſim*. Mox Canonem ad ſuae cauſſae commodum torquens, inquit: *A cujus* (Ildefonſi) *adſirmatis non diſcrepat Canon nuper laudatus*. Ut Cennius omni turba ſe evolvat, remedium praeſentius comparare non poteſt, quam ut fateatur, Canonem tertium Ilerdenſis Concilii patenter oſtendere, in Hiſpaniis fuiſſe Monaſteria, in quibus Monachi Coenobiticam vitam ſequebantur. Me fucum, ut dicitur, non facere, unuſquiſque intelliget, qui Canonem diligenter expenderit, quem iccirco integrum produco: *De Monachis vero id obſervari placuit, quod Synodus Agathenſis, vel Aurelianenſis noſcitur decreviſſe: hoc tantummodo adiiciendum, ut pro Eccleſiae utilitate, quos Epiſcopus probaverit in Clericatus officio, cum Abbatis voluntate debeant ordinari. Ea vero, quae in jure Monaſterii de facultatibus offeruntur, in nullo Dioeceſana lege ab Epiſcopis contingantur. Si autem ex laicis quiſquam a ſe factam Baſilicam conſecrari deſiderat, nequaquam ſub Monaſterii ſpecie, ubi congregatio non colligitur,*

vel

(a) *Ad diem* 17. *Junii*. (b) *Ad diem* 14. *Febr.* (c) *Lib.* 8. *Hiſt. Eccleſ. Cap.* 17.

DISSERT. II. CAP. I.

vel Regula ab Epiſcopo non conſtituitur, eam a Dioeceſana lege audeat ſegregare. Accurate modo examinemus ſingula, quae in Canone includuntur, ut liqueat, an Cennii interpetratio bene ceſſerit. Primum itaque, quod animadvertendum occurrit, eſt, Patres Ilerdenſes pro Monachis Hiſpanis ratos habere, quos pro ſuis condiderunt, Canones Agathenſes, & Aurelianenſes. Quum enim Cennius adſirmet, (*a*) Barcinonenſe Concilium non recedere ab Synodi Chalcedonenſis ſtatutis, & merito, quia ſic ſtatuit: (*b*) *De Monachis vero id obſervari praecipimus, quod Synodus Chalcedonenſis conſtituit*, major cauſſa non eſt, cur fateri non debeat, Ilerdenſe Concilium pro Monachis Hiſpanis Synodi Agathenſis, & Aurelianenſis decreta probare, quum eadem loquendi ratione utatur: *De Monachis vero id obſervari placuit, quod Synodus Agathenſis, vel Aurelianenſis noſcitur decreviſſe*. Quae quum ita ſint, non pigeat audire quid

ex Concilio Agathenſi,

de Monachis decernat Agathenſe Concilium: (*c*) *Servandum quoque de Monachis, ne eis ad ſolitarias cellulas liceat a congregatione diſcedere, niſi forte probatis poſt emeritos labores, aut propter infirmitatis neceſſitatem aſperior ab Abbatibus Regula remittatur. Quod ita demum fiet, ut intra eadem Monaſterii ſepta manentes, tamen ſub Abbatis poteſtate ſeparatas habere cellulas permittantur*. Quid clarius, quid expreſſius dici poteſt ad oſtendendum; Coenobiticam vitam in Monaſteriis viguiſſe? Sed unum & alterum Aure-

Aurelianenſi,

lianenſis Synodi Canonem proferamus. Prior ſic habet: (*d*) *Monachi autem Abbatibus omni ſe obedientiae devotione ſubiiciant. Quod ſi quis per contumaciam extiterit indevotus, aut per loca aliqua evagari, aut peculiare aliquid habere praeſumſerit, omnia, quae acquiſierit, ab Abbatibus auferantur ſecundum Regulam, Monaſterio profutura*. Alter his verbis effertur: (*e*) *Nullus Monachus, Congregatione Monaſterii derelicta, ambitionis & vanitatis impulſu cellulam conſtruere ſine Epiſcopi permiſſione, vel Abbatis ſui voluntate praeſumat*. Poſſuntne apertius loqui de Monaſteriis hi Canones, in quibus Monachorum coetus conſiſtat? Habet Cennius in his Regulam, Abbates, Congregationem, obedientiam, paupertatem. Vultne caſtitatem? Audiat & hunc Canonem: (*f*) *Monachus ſi in Monaſterio converſus, vel pallium comprobatus fuerit accepiſſe, & poſtea uxori fuerit ſociatus, tantae prae-*

(a) *N.* 24. (b) Can. 10. (c) Can. 38. (d) Can. 19. (e) Can. 22. (f) Can. 21.

praevaricationis reus, numquam Eccleſiaſtici gradus officium ſortiatur. Verum ad reliqua Canonis Ilerdenſis pergamus, quae percipere nequeo, qua ratione a Cennio ad Monaſteria Gallicana transferantur, quum Patres ad Canones Agathenſes, & Aurelianenſes pro Monachis Hiſpanis adprobatos ſtatuendum adjecerint, ut *ea, quae in jure Monaſterii de facultatibus offeruntur, in nullo Dioeceſana lege ab Epiſcopis contingantur*. Quae profectо ad Monaſteria Hiſpana omnino pertinere vel Cennius fateri debet, ſi, quae ſequuntur, ad Hiſpaniam reſpicere ſibi concedi velit, ſicuti poſtulat. Ut autem, quod modo ex Canone Ilerdenſi recitatum eſt, rectius intelligatur, opus eſt, ut ſciamus quid ſit lex illa Dioeceſana. Eam quidem diſcimus ex Concilio Carpentoractenſi Anno 527. celebrato, in quo ad cohibendam quorumdam Epiſcoporum cupiditatem, qui quae a fidelibus in Parochiales Eccleſias collata erant, omnia fere in ſuos uſus transferebant, decernitur, *ut ſi Eccleſia civitatis ejus, cui Epiſcopus praeeſt, ita eſt idonea, ut nihil indigeat: quicquid Parochis fuerit derelictum, Clericis, qui ipſis Parochiis deſerviunt, vel reparationibus Eccleſiarum rationabiliter diſpenſetur. Si vero Epiſcopum multas expenſas, & minorem ſubſtantiam habere conſtiterit, Parochiis, quibus largior fuerit collata ſubſtantia, hoc tantum, quod Clericis, vel ſartis tectis rationabiliter ſufficiat, reſervetur; quod autem amplius fuerit, propter majores expenſas Epiſcopus ad ſe debeat revocare*. Quum autem Epiſcopi idem jus in Monaſteria exercere vellent, non ſolum in Hiſpaniis Decreto Ilerdenſi, ſed etiam alibi Synodalibus ſanctionibus hoc eis interdictum fuit. Ea molitio nec ſic cohiberi potuit, immo Epiſcopos Monaſteriorum pretioſae ſupellectili, vaſiſque ſacris aliquoties non peperciſſe compertum eſt. Huic vitio eſt exemplo Arnaldus Epiſcopus Arretinus, de quo S. Petrus Damiani (*a*) ſcribit ad Deſiderium Abbatem Caſinatem & Cardinalem, mox Summum Pontificem Victorem III. vocatum. Hic quum cuidam Monaſterio calicem aureum eripuiſſet vel praeferentem titulum anathematis a nobili femina, quae eum obtulerat, inſculptum, ne ab ullo tolleretur, etſi a Martino Eremita fuiſſet, ſed inutiliter, de reſtitutione admonitus, repentino vehementique capitis dolore correptus, vix ſalutari Hoſtia

Quid ſit lex Dioeceſana, docet Concilium Carpentoractenſe,

cui Epiſcopi volebant obnoxia Coenobia,

H

(*a*) *Lib. 2. Epiſt. 15.*

ſtia percepta, ſpiritum exhalavit. Quare mirum videri non debet, ſi haec cupiditas tot aliis cauſſis adjuncta, quas paſſim Sacroſancta Concilia recenſent, occaſionem dederit privilegiis illis, quibus Monaſteria complura ab Epiſcoporum ditione fuerunt exemta. Ut ergo ad id, unde digreſſus ſum, me referam, quum Hiſpaniarum Concilia Epiſcoporum avaritiae vellent modum adhibere, decreverunt de rebus, quae Eccleſiis offerebantur, nonniſi tertiam partem ab Epiſcopis fore accipiendam: *Tertia ex omnibus* (ait Concilium Tarraconenſe habitum Anno 516. (a) *per antiquam traditionem, ut accipiatur ab Epiſcopis, novimus ſtatutum*. Quod & confirmatum lego a Toletano IV. (b) & Bracarenſi II. (c) & Emeritenſi. (d) Patres Ilerdenſes ab danda Epiſcopis etiam hac tertia parte exemerunt Monaſteria, in quibus Monachorum congregatio colligitur, & ab Epiſcopo praeſcribitur, ſeu probatur Regula obſervanda, non autem illa domicilia, quae in Monaſterii modum ſunt compoſita, in quibus nec Monachorum coetus reperitur, nec Regula ab Epiſcopo praefinitur, ut, quae Patres ſubiiciunt, verba palam oſtendunt: *Si autem ex laicis quiſquam a ſe factam Baſilicam conſecrari deſiderat, nequaquam ſub Monaſterii ſpecie, ubi congregatio non colligitur, vel Regula ab Epiſcopo non conſtituitur, eam a Dioeceſana lege audeat ſegregare*. Sane apud Hiſpanos nullo ſexus diſcrimine conjugati ſimul cum uxoribus, liberis, ac ſervis domicilia ſibi inſtar Monaſterii confingebant, rectore ſibi praepoſito, qui quicquid eis placuerit illum dicere, diceret, & ſuas Eccleſias conſecrari poſtulantes, eas falſo nomine Monaſteria nuncupabant. Id ab ipſis ideo inventum erat, ut ſic a publicis curis, & tributis ſub ſpecie Monaſticae profeſſionis eximerentur, & talium Monaſteriorum erectione a lege Dioeceſana, nempe a tertia parte oblationum Epiſcopo perſolvenda, ut ibid. ait Gloſſa apud Gratianum, (e) ſe vindicare nitebantur: quod Ilerdenſi Concilio minime placuit. Poterat id antiquitatis Eccleſiae Hiſpanae peritiſſimus ſcriptor addiſcere ab Regula, quam laudat, (f) S. Fructuoſi, qui ejuſmodi inſtitutum graviter inſectatur; (g) ſicque percepiſſet diſcrimen inter Monaſteria, in quibus Monachi aequo, ac pari jure vivunt, & Baſilicas ſub Monaſteriorum ſpecie excitatas, de quibus loquuntur Patres

[Margin: ſed Concilium Ilerdenſe ab ea exemit Monaſteria, in quibus eſt coetus Monachorum, non vero domicilia in Monaſterii modum compoſita,]

[Margin: in quibus conjugati cum uxoribus, liberis, ac ſervis degebant,]

[Margin: ut a publicis curis & tributis ſub ſpecie Monaſterii]

[Margin: ſe vindicarent;]

[Margin: quod inſtitutum S. Fructuoſus graviter inſectatur.]

(a) Can. 8. (b) Can. 33. (c) Can. 7. (d) Can. 14. (e) 10. q. 1. (f) Cap. 3. n. 16. (g) *Reg. comm. Cap. I.*

tres Ilerdenſes, qui Agathenſis Synodi Acta ob oculos habentes, Monaſteria a ſolitariis cellulis quam optime ſciebant internoſcere. Ne vero ulterius fruſtra torqueatur animus, nonne quae Agathenſe Concilium vocat Monaſteria, vel ipſe S. Iſidorus Coenobia appellat? *Unum Abbatem*, inquit illud, (*a*) *duobus Monaſteriis interdicimus praeſidere*. Quid dicat S. Iſidorus in Codice Veterum Canonum, (*b*) quem eidem Cennius tribuit, audi: *Unus Abbas duobus Coenobiis non praeferatur:* Cui omnino reſpondet titulus laudato Canoni praefixus: *Ne unus Abbas duobus Coenobiis praeponatur*. Quid plura? Conſule Acta S. Maximini, & Miciacenſe Monaſterium apud Urbem Aurelianenſem, a Chlodoveo Anno 498. conditum reperies in gratiam B. Euſpicii, ſub cujus mortem Euſebius Epiſcopus *a Civitate*, ut ibidem legitur, (*c*) *ad Monaſterium venit, S. Maximinum, fratreſque cohabitantes & lugentes conſolaturus*. Percurre Vitam S. Severi Abbatis, qui obiit Anno circiter 500. & Agathenſe S. Andreae Monaſterium deprehendes, cui *trecentorum ferme, vel eo amplius*, ut ibidem habetur, (*d*) *in commune viventium fratrum auctoritate Severus Paſtor expeditus Rector & pius Paſtor invitus praeficitur*. Ex quibus omnibus patet, Cennium producendo Ilerdenſem Canonem, gladio, ut dicunt, ſe ſuo jugulare, dum ex eo Coenobia in Hiſpaniis dimidio ſexti Saeculi antiquiora fuiſſe evidenter oſtenditur.

Ceterum Gallicana Concilia vocant Monaſteria, quae S. Iſidorus Coenobia appellat, quae ſane erant in Gallia.

V.

Supereſt modo, ut demonſtretur Coenobiorum origo in Hiſpaniis antiquior duobus ferme Saeculis ante quam a Cennio ſtabiliatur. Et quidem Monachos inibi fuiſſe, diſcimus ex Concilio Caeſarauguſtano, quod habitum fuit Anno 381. Quandoquidem, ut reprehendat Clericos, qui ob adfectatam Monaſticam veſtem, inconſulto Epiſcopo, ad Monaſteria concurrebant, ita ſtatuit: (*e*) *Si quis de Clericis propter luxum, vanitatemque praeſumtam de officio ſuo ſponte diſceſſerit, ac velut obſervatorem legis Monachum videri voluerit eſſe magis quam Clericum, ita de Eccleſia repellendum, ut niſi rogando, atque obſecrando pluribus temporibus ſatisfecerit, non recipiatur*. Licebat quidem Monachatum amplecti, non tamen vero quum quis hunc ſtatum ex Clericatus contemtu, aut ex animi levitate, aut inconſulto Epiſcopo ſuſciperet, ut docet Auctor notarum ad Acta Ec-

Origo Monaſteriorum Hiſpaniae antiquior duobus Saeculis antequã a Cennio ſtabilitur, perſpicitur ex Concilio Caeſarauguſtano habito Anno 381.

quod ab Eccleſia repellit Clericum factum Monachum,

inconſulto Epiſcopo, ut docet quidam Auctor,

 cle-

(a) *Can.* 57. (b) *Lib.* 2. *tit.* 1. (c) *Sacc. I. Bened.* (d) *Ibid.* (e) *Can.* 6.

clesſiae univerſalis. (*a*) Quare S. Auguſtinus ait: (*b*) *De ſolis Clericis fuiſſe ſtatutum, ut undecumque venientes non recipiantur in Monaſterium.* Et ideo poſtea Concilium Toletanum IV. Canone quinquageſimo ita decrevit: *Clerici, qui Monachorum propoſitum adpetunt, quia meliorem vitam ſequi cupiunt, liberos eis ab Epiſcopo in Monaſteriis largiri oportet ingreſſus, nec interdici propoſitum eorum, qui ad contemplationis deſiderium tranſire nituntur.* Sed Monaſteria fuiſſe in Hiſpaniis, non minus clarum eſt ex Epiſtola Siricii Papae, qui Anno 385. ad Himerium Epiſcopum Tarraconenſem de Monachis & Virginibus propoſitum non ſervantibus ita reſpondet: (*c*) *Praeterea Monachorum quoſdam, atque Monacharum, abjecto propoſito Sanctitatis, in tantam proteſtraris demerſos eſſe laſciviam, ut prius clanculo, velut ſub Monaſteriorum praetextu, illicita, ac ſacrilega ſe contagione miſcuerint: poſtea vero in abruptum conſcientiae deſperatione perducti, de illicitis complexibus libere filios procrearint: quod & publicae leges, & Eccleſiaſtica jura condemnant. Has ergo impudicas, deteſtabileſque perſonas a Monaſteriorum coetu, Eccleſiarumque conventibus eliminandas eſſe mandamus: quatenus retruſae in ſuis ergaſtulis, tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio poſſint poenitudinis igne decoquere, ut eis vel ad mortem ſaltem ſolius miſericordiae intuitu per communionis gratiam poſſit indulgentia ſubvenire.* Quae lex reſtituta fuit a Zacharia Papa in Epiſtola ad Pippinum Majorem Domus; & ad Epiſcopos, Abbates, & Proceres Francorum. (*d*) Sed & inferius idem Siricius loquens de promotione Monachorum ad Clerum ita inquit: (*e*) *Monachos quoque, quos tamen morum gravitas, & vitae, ac fidei inſtitutio ſancta commendat, Clericorum officiis adgregari & optamus, & volumus . . . . . . Nec ſtatim ſaltu ad Epiſcopatus culmen adſcendant.* Omnia autem, quae ea in Epiſtola continentur, non in Provincia Tarraconenſi tantum obſervari voluit Summus Pontifex, ſed etiam in Carthaginienſi, Baetica, Luſitania, atque Gallaecia cuſtodiri mandavit; ex quo coniicere poſſumus, quot Monaſteria in Hiſpaniarum regno vel eo tempore fuerint. Et ſane quarto Saeculo Coenobitas Monachos in Hiſpaniis extitiſſe demonſtrat factum Paulini Nolani Epiſcopi, qui Anno 382. eo

Ideoque Tolet. IV. vult, Epiſcopos largiri facultatem Clericis libere intrandi Monaſteria;

& ex Epiſtola Siricii Papae, qui Monachos, & Monachas

impudice viventes a Monaſteriorum coetu mandat eliminari, & retrudi in ſuis ergaſtulis.

Monachos vero graves & probos Clericorum officiis vult adgregari;

& ex facto Paulini

(a) *Not. ad hunc Canon.* 6. (b) *Epiſt.* 235. (c) *Cap.* 6. (d) *Epiſt.* 7. n. 26. (e) *Cap.* 13.

Digitized by Google

eo ſe contulit ex Italia, Monaſticam vitam profeſſurus: *Superius oſtendimus Anno* 382. inquit Vaſaeus, (a) *Paullinum Monachum, ut Religioni Monaſticae commodius vacaret, relicta patria, in Hiſpaniam ſeceſſiſſe: quod haud dubie non feciſſet, niſi in ea diſciplina Monaſtica viguiſſet.* Nec a Vaſaeo diſſentit cl. Muratorius, qui in Epitome Vitae S. Paullini ad Annum 389. quo in Hiſpaniis morabatur, ita ait: *Paulinus ſe Deo dicat, & conſecrat, ac Monaſticam vitam amplectitur.* Quae in medium hucuſque protuli, ſi Cennius prorſus non probaverit, quo ei plenius ſatisfaciam, producam Tarraconenſe Concilium celebratum Anno 516. cujus Patres, neſcio, an potuerint diligentius nos de Hiſpaniae Monaſteriis certiores facere, in quibus Abbas cum Monachis reſideret, dum de Clericis viſitantibus conſanguineas ita decernunt: (b) *Ipſi vero pro viſendis eis quum ingreſſi fuerint, celeri ſalutatione recurrant, nec inibi faciant manſionem: qui tamen quum ad earum viſitationem pergunt, teſtem ſolatii ſui fide & aetate probatum adhibeant ſecum. Si quis haec a nobis ſtatuta contemſerit, ſi Clericus eſt, loci ſui dignitate privetur, ſi vero Religioſus, vel Monachus, in cella Monaſterii recluſus poenitentiae lamentis incumbat, ubi ſingulari adflictione panis & aquae victum ex Abbatis ordinatione percipiat.* Mitto Canonem undecimum, ubi iidem Patres ita ajunt: *Monachi a Monaſterio foras egredientes, ne aliquod miniſterium Eccleſiaſticum praeſumant agere, probibemus, niſi forte cum Abbatis imperio. Similiter ut nullus eorum forenſis negotii ſuſceptor vel exſecutor exiſtat, niſi id, quod Monaſterii expoſcit utilitas.* Tam clare de Coenobiis loquuntur laudati Canones, ut in dubio longius perſtare nemo poſſit, niſi cui altercandi lubido veritate potior eſt.

& ex Concilio Tarraconenſi habito Anno 516.

quod Monachos viſitantes conſanguineas ſtatuit celeriter ſeſe expedire, & habere probatum teſtem. Secus mandat, eos in cella Monaſterii retrudi, & panis, & aquae victum, ex Abbatis praeſcripto, percipere.

Inſuper prohibet, ne Monachus è Monaſterio egreſſus Eccleſiaſticum miniſterium obeat ſine imperio Abbatis, nec forenſe negotium tractet, niſi Monaſterii expoſcat utilitas.

VI.

Objectiones diluuntur.

Rem ita habere omnino, ex iis, quae Cennius ad eludendos hos Canones adfert, quiſque perſpiciet. Audiamus ejus eruditiſſimam interpretationem: *De id genus Monaſteriis*, inquit, (c) id eſt, de unius Monachi habitationibus, *ſermonem habere Siricium eſt evidens, dum ejuſmodi Monachos, Monachaſque prius* clanculo ſub Monaſteriorum praetextu, *id eſt in ſolitudine longe ab hominum commercio, contaminatos ait; deinde eoſdem arcet* a coetu Monaſteriorum, *nempe a ſolitariorum congreſſu, ut vacarent oratio-*

Cennius vult Siricium uſum fuiſſe Metonymia.

(a) *In Chron. Hiſp. ad Ann.* 569. (b) *Cap.* 1. (c) *Diſſert.* 2. *Cap.* 2. n. 15.

rationi, *aliiſque piis officiis*, *ſtatim ſubjungens* Eccleſiarumque conventibus, *quod nihil omnino pugnat cum iis*, *quae diximus*. Jucundae pol animadverſiones, quae non parum Lectori voluptatis adferant! Si Siricius tenebat nomen Monachi, eccur non dixit ejuſmodi perſonas arcendas a Monachorum coetu? Cuinam in mentem venire poterat, Siricium voluiſſe uti Metonymia, innuendo continentem pro re, quae continetur, Monachum vocando Monaſterium? Porro Siricium loquutum fuiſſe de Monaſteriis, in quibus degebat Monachorum congregatio, ejus verba apertiſſime manifeſtant; quum enim dixerit quoſdam Monachos, Monachaſque ſub Monaſteriorum praetextu ſe miſcuiſſe, ſatis oſtendit duplex Monaſterium, virorum ſcilicet, ac puellarum, cujus ſaepiſſime Benedictini Annales mentionem faciunt, vel ſaltem illorum Monaſterium ab altero iſtarum non longe diſſitum: quod ne deinceps fieri contingat, Agathenſis Synodus Anno 506. habita, & recepta quoad Monachos a Patribus Ilerdenſibus, inhibuit, ſtatuens, (a) ut *Monaſteria puellarum longius a Monaſteriis Monachorum .... conlocentur*. Sed & clarius id, quod ſubdit Summus Pontifex, Coenobia demonſtrat; dum ejuſmodi perſonas mandat eliminandas a *Monaſteriorum coetu*, id eſt congregatione, quae eſt in Monaſteriis, in quibus ſane, non in Cellulis, ſunt ergaſtula, in quibus eas vult retrudi. Denique quid multis ago? Quin planiſſime fateor, & Siricium, & laudatos Canones nec de ſolitariis, nec de Cellulis, ſeu unius Monachi habitationibus, ſed de Coenobitis, ac Coenobiis tam perſpicue loquutos fuiſſe, ut illis tantum res omnis in incerto ſita ſit, qui ad ea, quae S. Iſidorus refert Monachorum genera intentum animum non adjecerint: „ Sex ſunt genera Monachorum, inquit S. Doctor. (b) „ Primum eſt Coenobitarum, ideſt in commune viventium. „ Secundum eſt Eremitarum, qui deſerta loca habitare „ perhibentur, & quibus per certa intervalla temporum „ panis pro cibo defertur. Tertium eſt Anachoretarum, „ qui Coenobiali converſatione perfecti includunt ſemetipſos in cellulis. Quartum eſt eorum, qui, in primordii ſui fervore quodam brevi, Coenobii perfectionem videntur expetere; ſed continuo repefacti, ſubdi ſeniorum „ imperio dedignantes ſeparatas expetunt cellas, ut a ne- „ mine

Monachum vocando Monaſterium. Sed de Monachis Coenobitis loquutum fuiſſe, docent ejus verba,

quae duplex Monaſterium innuunt virorũ & puellarum, quod deinceps fieri inhibuit Synodus Agathenſis,

& quae in Coenobiis,

non in cellulis eſſe ergaſtula ſuadent.

Sed & idem planum fit ex S. Iſidoro, qui ſex Monachorum genera refert, ſcilicet Coenobitas, Eremitas,

Anachoretas,

eos, qui cito Coenobiorum pertaeſi

ſeparatas cellulas expetunt,

(a) Can. 28. (b) *De Off. Eccl. Lib. 2. Cap. 15.*

„ mine laceſſiti, manſueti & humiles aeſtimentur. Quintum eſt Circellionum, qui ſub habitu Monachorum uſquequaque vagantur. Sextum eſt Sarabaitarum, qui ſe a Coenobiali diſciplina ſequeſtrantes conſtruunt ſibi cellulas, quas falſo nomine Monaſteria nuncupant, liberique ab imperio ſeniorum, ſuo arbitrio vivunt. Siricium Papam, ac laudatos Canones nullum verbum feciſſe de illis Monachis, qui Circelliones vocabantur, liquet ex eo, quod ii diverſas Provincias circumibant *uſquequaque vagantes*; Clerici autem illi, qui injuſſu Epiſcopi ab Officio diſcedebant Monaſticum habitum ſuſcepturi, illis in Monaſteris morabantur, ſecus non reprehenderentur, ut pote qui vellent *Monachi magis videri, quam Clerici*; nec Monachos vagos, quos nec *morum gravitas*, nec *vitae ac fidei inſtitutio ſancta commendat*, Summus Pontifex *Clericorum Officiis adgregari & optaſſet, & voluiſſet*. Loquuntur ergo de alio ex ſex generibus Monachorum. Quocumque ſe vertat Cennius, palmam mihi deferat, oportet. Si de primo: igitur in Hiſpaniis erant Monaſteria, in quibus a Monachis Coenobitica vita tranſigebatur: ſi de iis negaverit, ac de reliquis conceſſerit fuiſſe ſermonem, etiam tum fuiſſe Coenobia fateri cogetur; Sarabaitae enim a Coenobiis non recedebant, niſi ſibi Cellulas conſtructuri. Eremitis vero, & Anachoretis, quo nomine quartum Monachorum genus etiam S. Iſidorus comprehendit, tunc temporis victus ſuppeditabatur a Coenobiis, a quibus diſceſſerant, ſubditi tamen Abbatibus, Severo Sulpitio teſte, qui ait: (a) *Tranſgreſſis ad Eremum Abbatis illius ordinatione panis, & quilibet cibus alius adminiſtratur*. Verum iis Cennius ſic occurrit: (b) *Parum refert; a Coenobiiſne, quae in Hiſpaniis non erant, diſceſſerint, an a Clero*. Porro reſponſiones omnes hoc verbo eripit. Monachi igitur illi, qui innumeri propemodum erant in Hiſpaniis, videlicet, ut verbis utar Siricii Papae, in *Provincia Tarraconenſi*, *Carthaginienſi*, *Baetica*, *Luſitania*, *atque Gallaecia*, vel erant omnes Circelliones, quod laudati Pontificis, ac Conciliorum decretis adverſari perſpeximus, vel digreſſi erant, ex Galliae Coenobiis, ex quibus cibaria eſſent expectaturi, quod dictu facilius, quam creditu eſt; vel conſtituebant Monachorum claſſem Caſſiano, Benedicto, & Iſidoro prorſus inco-

DISSERT. II. CAP. I.

Circelliones, Sarabaitas.

Siricium, & Canones non loqui de Circellionibus, liquet ex eo, quod ii vagabantur,

ideoque non poterant Monachi magis videri, quam Clerici. nec vagos, quorum probitas nota non eſt, Papa Clericorum officiis adgregari voluiſſet.

Si loquuntur de primo genere; ergo in Hiſpaniis erant Monachi Coenobitae.

Si de Sarabaitis, etiam tum, quia a Coenobiis recedebant,

& pariter ſi de Eremitis, & Anachoretis, quibus victus ſuppeditabatur a Coenobiis, ut teſtatur Severus Sulpitius.

Cennius, parũ referre, ait, a Coenobiis, quae in Hiſpaniis nõ erant, diſceſſerint, an a Clero.

Monachi igitur illi, qui ibi innumeri erant, vel erant omnes Circelliones, quod Canonibus adverſatur, vel digreſſi ex Galliae Coenobiis,

(a) *Dial.* 1. (b) *Diſſert.* 2. *Cap.* 2. *n.* 16.

DISSERT. II. CAP. I.

ab iis cibaria exſpectaturi; vel conſtituebant claſſem ſoli Cennio notam.

Sed ſi ibi nulla Coenobia erant, ad quid Concilia delinquentes in cella Monaſterii recludi, victum ex Abbatis ordinatione percepturos, nullumque negotia ſuſcipere forenſia, niſi Monaſterii expoſcat utilitas, ſtatuunt? Eremus igitur habebat carcerem, praedia, & Eccleſiam,

in qua mos eſſet

pſallendi in Matutinis, & Veſpertinis Officiis ſecus ac in Clericorum Eccleſiis.

Ex Mabillonii auctoritate male concludit Cennius

incognitam, & ſoli Cennio revelatam. Sed ſi ante Martinum, ante Donatum Coenobia nulla in Hiſpaniis erant, quomodo conſiſtent, praeter ea, quae retulimus, alia Conciliorum de Monachis decreta? Ad quid Tarraconenſes Patres, Monachum apud conſanguineas manſionem facientem *in cella Monaſterii* recludi, *paniſque, & aquae victum ex Abbatis ordinatione* percipere jubent? Ad quid inhibent Monacho, ne *forenſe negotium ſuſcipiat, niſi id, quod Monaſterii expoſcit utilitas?* Cellula igitur unius Monachi habebat cellam, ſeu carcerem, in quem, ſi res poſtularet, eſſet coniiciendus, habebat & praedia, pro quorum juribus propugnandis forum adire permittebatur? Ulterius (ſi ſuperis placet) habebat & Eccleſiam, in qua Solitarius ille Officium Divinum ſolemniter perſolvebat. Verum ſi Coenobia non erant, ad quid Bracarenſes Patres Anno 561. ſic ſtatuerunt: (*a*) *Placuit omnibus communi conſenſu, ut unus atque idem pſallendi ordo in Matutinis, vel Veſpertinis Officiis teneatur, & non diverſae, & privatae, neque Monaſteriorum conſuetudines cum Eccleſiaſtica Regula ſint permixtae?* Sed ſi Eremitae illi una in Eccleſia congregabantur arbitrio Epiſcopi, quomodo poterat induci mos in Monaſteriis, ſeu habitationibus unius Monachi, ut vult Cennius, pſallendi in Matutinis & Veſpertinis Officiis ſecus atque in Clericorum Eccleſiis ea celebrarentur? Fierine poterat, ut unius anni ſpatio, quod Monaſterii Duminenſis conſtructionem inter & Concilium Bracarenſe intermiceſſit, tot Monaſteria erigerentur, in quibus hujuſcemodi *conſuetudo* invaleſceret, ad quam inſuper conſtituendam diuturnitas temporis requiritur, ut inquit Gloſſa? (*b*) Ex Concilio igitur Bracarenſi conſtat, alia fuiſſe Monaſteria prius excitata, quibus eſſent *conſuetudines* canendi Matutinum, & Veſperas privatae, & abſimiles illi, quam habebat Eccleſia princeps, praeſcriptae a Regula, quam profitebantur. Quam ob rem demiror, Cennium in malarum cauſſarum patronum Mabillonium adſumere, cujus auctoritate ſuam opinionem tueri arbirratur. Siquidem ait: (*c*) *Itaque Hiſpaniarum Coenobiis, Monaſticoque Inſtituto origo iſta altior* (Anno 570.) *non poteſt tribui. Qua quidem in ſtabilienda erudito cuivis haeſit aqua. Ipſe Mabillonius S. Ildefonſi auctoritate motus, ubi apud Venantium Fortunatum*

legit

(a) Can. 1. (b) *In Cap. fin. tit. de Conſuetudine.* (c) *Cap.* 1. *n.* 14.

Digitized by Google

legit de Victoriano Abbate Aſanenſi: „ Plurima per patriam „ Monachorum examina fundens „ *illum Donati aequalem facit, ut conſtent, quae Fortunatus adſirmat, nec Donato ſua eripiatur laus.* At praeterquamquod Mabillonius Donato Victorianum praefert in propaganda re Monaſtica in Hiſpaniis, ut ſupra oſtendi, praeterea eam jamdiu dilatatam apertiſſime demonſtrat. *Verum,* ait, (*a*) *longe ante id tempus Monaſticum Inſtitutum in Hiſpaniam fuerat propagatum probante Siricii Papae Epiſtola ad Himmerium Tarraconenſem Antiſtitem, qui varia de Monachis, ac Sanctimonialibus dubia Damaſo Siricii deceſſori propoſuerat. Idipſum adſtruunt canones Conciliorum, Tarraconenſis, Ilerdenſis, & Barcinonenſis editi ante medium Saeculum ſextum; immo Caeſarauguſtani canon ſextus, convocati Saeculo quarto contra Priſcillianiſtas, quae prima eſt Monachorum mentio apud Hiſpanos.* Et poſt pauca concludit: *Erant ergo tunc temporis Abbates Monachorum, erant & Monaſteria in Hiſpaniis ante Donatum, qui forte, quod ſeveriores Monachis praeſcripſit leges, prior Monaſticae obſervantiae uſum, & Regulam induxiſſe dicitur ab Ildefonſo.* Porro, inquit Vaſaeus, (*b*) *quod vitae Monaſticae Regulam & formam in Hiſpaniam hoc Sancto Viro* (Donato) *auctore inlatam refert, id ego intelligendum arbitror poſt Hiſpaniam a barbaris nationibus deformatam.* An haec ratio loquendi efficiat, ut conſtent, quae Fortunatus adſirmat, nec Donato ſua eripiatur laus, lectorum eſto judicium.

DISSERT. II. CAP. I.

Quod oſtenditur.

C A P U T II.

De Fundatione Monaſteriorum Hiſpaniae.

I.

De Monaſteriorum fundatione confuſa Cennii opinio

QUum ſatis ſuperque probaverim Monaſteriorum Hiſpaniae originem longe antiquiorem ea eſſe, quam Cennius adſignat, adſerere haud vereor, ex hoc ſatis conſtare, quid de ceteris ejus conatibus opinari debeam, illis potiſſimum, qui in Monaſteriorum fundatione verſantur: nam qui in origine ſtatuenda a veritate adeo aber-

I

(a) Lib. 3. *Annal. Bened.* n. 27. (b) *In Chron. ad Annum* 569.

Digitized by Google

berravit, de fundatione loquuturus collineabit? Diſcuſſurus itaque hanc partem argumenti ſuperiori admodum adfinis non mentiar, ſi heic me Cennii inconſtantia valde ſollicitatum fatear: huc atque illuc currit, nulli certo argumento inhaeret, ſecum mirabiliter pugnat. Rei veritatem periclitemur. Initio ſextae Diſſertationis, dixerat: (*a*) *Oſtendam fundationem recte tribui Epiſcopis a Viro doctiſſimo, qui ejuſmodi diſciplinam ſervari conſueviſſe autumat toto Occidente, eamque viguiſſe apud Hiſpanos uſque ad Saracenicam irruptionem*. Quis non exſpectaſſet ex tam conciſa Cennii ſententia magiſtram probationem? Et tamen ubi de illa agit, propoſiti oblitus, tuetur fundationem primam Monaſteriorum Hiſpaniae falſo Epiſcopis adtribui: *Nec vero*, ait, (*b*) *inſtaurari per me aliquis putet de laudatis tribus Monaſteriis ſermonem, quaſi Thomaſſino adverſari cupiam: quandoquidem Servitanum, & Biclarenſe fundata certiſſime fuerunt a Monachis, quorum alter occubuit Monachus, Epiſcopatum alter diu poſt fundationem eſt adeptus. Qua enim Vir doctiſſimus adfirmat Monaſteria nulla fuiſſe excitata, quae aut Epiſcopi ipſi, aut eorum conſenſu & auctoritate alii non fundaverint, ſecum mihi conſtat: qua vero in Hiſpaniis fundationem nullam eſſe factam contendit, quam ipſimet Epiſcopi non fecerint, ſecum mihi diſcrimen aliquod intercedit*. Et inferius probans jus illud nondum Epiſcoporum privatum fuiſſe: *Chronicon*, ait, (*c*) *Joannis Biclarenſis fidem facit Donatum Monaſterii ſui Abbatem deceſſiſſe, ... quemadmodum ab eodem fuiſſe conditum id Monaſterium Ildefonſus adfirmat. Quamobrem neque ut Thomaſſino adhaereamus, ab Ildefonſo diſcedendum, neque in Hiſpanias invehenda per nos diſciplina eſt, quam certo ſcimus inibi obtinuiſſe ſolum poſt haereſis deteſtationem . . . . Itaque duplex fundationis genus apud Hiſpanos conſiderandum fuit, Coenobiorum videlicet, quae ante Reges Gotthorum Catholicos fuerunt poſita, & eorum, quae poſtea ſunt excitata*. Paullo poſt autem ubi oſtendit, Reges Gotthorum Catholicos Monaſteriorum fundatoribus opitulatos: *Rem*, inquit, (*d*) *puto, videar plus aequo differre, dum ad Annum 589. Monaſteriorum fundationis Epiſcopale jus produco. Triennio ſiquidem ante quam Concilium Toletanum III. celebraretur, Biclarenſis de Reccaredo Rege loquens:* „ Eccle-

„ ſia-

(a) *Cap.* 1. *n.* 1. (b) *Cap.* 2. *n.* 1. (c) *N.* 2. (d) *N.* 3.

„ ſiarum, *inquit*, & Monaſteriorum conditor, & ditator „ efficitur. „ *Si enim regia auctoritas Epiſcopalem praevenit: ante igitur quam Epiſcopi id ſibi juris adſererent, condita a Regibus Monaſteria eſſe videntur, (quae aliquot Recentiorum opinio eſt) duplexque eorum genus fuiſſe apud Hiſpanos, quorum alia Epiſcopos, Reges alia habuerint conditores. Opinionem vero iſtam falſam omnino eſſe oſtendunt, quae mox proferam documenta.* Denique demonſtrare putans Epiſcopos jus omne in Monaſteria ſibi vindicaſſe: *Poſtremo*, inquit, (*a*) *certum ſciri oportet, quod ſoli Epiſcopi aliena licet ope utentes, jus omne fundandi Monaſteria habere coeperunt eodem in illo exordio inſtaurati dogmatis.* Haec in medium adtuli, ut quae iſte homo inter ſe diſcrepantia loquitur, unuſquiſque adverteret.

II. *Jus fundandi Monaſteria & penes Epiſcopos, & alios ab Epiſcopis, non ſolum in Italia.*

Quidquid ſit, ante & poſt haereſis deteſtationem, quae, Auguſtino Calmetio teſte, (*b*) ad Annum 587. referenda eſt, oſtendam ego conſuetudinem & jus fundandi Monaſteria nullo diſcrimine fuiſſe & penes Epiſcopos, & alios ab Epiſcopis toto in Occidente, & praeſertim in Hiſpaniis. Ab Italia initium ducam, & omiſſis Monaſteriorum fundationibus ante laudatum Annum factis, de quibus nec Cennius dubitare videtur, proferam tantum illas, quae praefatum Annum fuerunt ſubſequutae. Et quidem Saeculo ſeptimo Bobienſe Monaſterium a S. Columbano Abbate fuiſſe conſtructum tradit Jonas Monachus in ejus Vita, & confirmat Theodorus Papa in Privilegio, (*c*) quo Bobolenum Abbatem cohoneſtavit: *In quo*, (Ebobio) inquit Summus Pontifex, *Ven. Columbanus ex partibus Hiberniae, in quibus ortus fuerat, ſanctis ſtudiis fervens, cum largitate Regia in Regno gentis Langobardorum, poſtquam alia fundavit Monaſteria, accedens, Monaſterium conſtruxiſſe perhibetur.* Tres nobiliſſimos Beneventanos condidiſſe Coenobium S. Vincentii ad Vulturnum teſtatur Ambroſius Autpertus in Elogio primorum ſuorum Inſtitutorum, & comprobat Paullus Diaconus, qui haec habet: (*d*) *Monaſterium vero S. Vincentii Martyris, quod juxta Vulturnis fluminis fontem ſitum eſt, & nunc magna Congregatione refulget, a tribus nobiliſſimis fratribus, hoc eſt Tato, Taſo, & Paldo, jam tunc aedificatum, ſicut viri erudititiſſimi Autperti ejuſdem Monaſterii Abbatis in volumine, quod*

(a) *N. 4.* (b) *In Brev. Chronol.* (c) *Bullar. Caſin. T. 1. Conſt. 2.* (d) *De geſtis Langobar. Lib. 4. Cap. 14.*

DISSERT. II. CAP. II.

de hac re compoſuit, ſcripta ſignificant. Praetereo Monaſterium S. Georgii Coronatenſe prope Comum a Cuniperto Italiae Rege excitatum, & complura alia a laicis erecta, quae paſſim Annales Benedictini recenſent. Tranſeo in Galliam, & Beſuenſe ab Amalgario Duce Burgundiae, Pariſienſe S. Dionyſii a Dagoberto Rege, S. Martini Mettenſe a Sigiberto item Rege Coenobia fuiſſe exſtructa deprehendo. (*a*) Sed & S. Uvalaricum Leuconaënſis, S. Sigirannum Millebeccenſis, ac S. Geremari Flaviacenſis Monaſteriorum, omnes Abbates, ut conſtat ex eorum Actis, auctores addiſco. Si eſt, ut luſtrem Hiſpaniam, S. Claudii Monaſterium in Gallaecia a Monachis Legionenſibus poſt Martyrium S. Vincentii Abbatis conſtitutum offendo: *Monachi ergo fuga ſibi conſulentes in Gallaeciam ſe contulerunt, ubi aliud Coenobium aedificarunt, cui ex relicto nomenclaturam indiderunt, S. Claudii ſimiliter appellantes*, habent Acta SS. Ramiri, & Sociorum Martyrum a Mabillonio edita, (*b*) a quibus minime diſcrepant, quae Henſchenius, & Papebrochius eruditiſſimi Viri pervulgarunt, (*c*) ubi ita legitur: *Novumque Monaſterium ſtruxerunt in Gallicia, quod S. Clodio dicarunt*. Si ex iſto loco aliquantulum excedam, S. Fructuoſum decem Monaſteria condidiſſe intueor; novem, quum Abbatem tantum ageret, alterum vero, quum eſſet Epiſcopus. Legantur apud Henſchenium (*d*) ejus Acta ab Auctore coaevo ſcripta, & ex illis inſuper aliud Monaſterium Caſtri-Leonis dictum a Theodiſelo fundatum apparebit. Supervacaneum duco alios ab Epiſcopis Monaſteriorum fundatores ingeminare, ne Lectores Eccleſiaſticae Hiſtoriae peritiſſimos in re tam clara majori taedio adficiam, eo vel magis, quod ipſa monumenta Hiſpana aperte declarant, Monaſteria & ab Epiſcopis, & ab aliis fuiſſe conſtructa. Legat Cennius documentum C. Anni 962. in Adpendice Marcae Hiſpanicae, & quae ſequuntur inveniet: *Ceſſante denique, Chriſto favente, perſecutionis procella, a quibuſdam Regibus ſeu Principibus, qui jam effecti fuerant membra ejuſdem Eccleſiae, paſſim ubique, veluti quaedam ramuſcula, aedificia Eccleſiarum coeperunt exſurgere ac pullulare, Monaſteria vero ad ſerviendum Chriſto Domino devotiſſime conſtrui ab ipſis proceribus, vel ab ipſis Praeſulibus*.

ſed etiam in Gallia.

& in Hiſpania.

Non

(a) *T. 1. Annal. Bened. Mabill.* (b) *Saec. I. Bened.* (c) *T. 2. Martii.* (d) *T. 2. April.*

Non temere me dixiſſe putem: *in re tam clara*, quum perbelle cognoſcam, Cennii opinationem falſo inniti fundamento. Rationem enim reddens, cur Epiſcopi in exordio reſtaurati dogmatis jus omne fundandi Monaſteria ſoli habere coeperint, ita inquit: (*a*) *Fidelium opibus deficientibus, Parochiales ipſas Eccleſias in Monaſteria convertere, dotemque iis tribuere* (Epiſcopi) *haud prohibebantur:* Si Epiſcopus unam, *ait Concilium Toletanum III.* (*b*) de Parochianis Eccleſiis ſuis Monaſterium dicare voluerit, ut „ in ea Monachorum regulariter congregatio vivat, hoc de „ conſenſu Concilii ſui habeat licentiam faciendi; qui etiamſi de rebus Eccleſiae pro eorum ſubſtantia aliquid, „ quod detrimentum Eccleſiae non exhibeat, eidem loco „ donaverit, ſit ſtabile. Rei enim bonae ſtatuendae Sanctum „ Concilium dat adſenſum. „ Et revera optima eſſet interpretatio, ſi licentia a Patribus Toletanis data cuilibet Epiſcopo convertendi, ſi voluerit, unam de Parochianis Eccleſiis ſuis in Monaſterium, illudque dotandi, importaret jus privativum quoad alios, ita ut eis non liceret Monaſteria conſtruere; ſed includit tantum gratiam, per quam alicui licet, quod non licebat, ut docet Fagnanus. (*c*) Conceditur quippe libertas Epiſcopis tribuendi aliquid de bonis Eccleſiae pro victu Monachorum, quos ſtatuunt in Eccleſiis Parochialibus, ſed illam praeripuerant Canones, & Canones illi, quorum Codicem ſub S. Iſidori Hiſpalenſis nomine in lucem emittendum curavit ipſe Cennius. In eo quidem (*d*) exſtat Titulus *de cuſtodiendis, & non alienandis Eccleſiarum rebus*, qui complures Canones complectitur, quibus cautum erat, ne quid Epiſcopi de Eccleſiae bonis diminuerent. Quibus conſentaneum eſt quidquid S. Leo ſcribit ad Epiſcopos Siciliae, dum ait: (*e*) *Sine exceptione decernimus, ne quis Epiſcopus de rebus Eccleſiae ſuae quidquam donare, vel commutare, vel vendere audeat, niſi forte aliquid horum faciat, ut meliora proſpiciat, & cum totius Cleri tractatu, atque conſenſu id eligat, quod non ſit dubium profuturum Eccleſiae*. Quae forſitan verba animadvertentes Patres Toletani decreverunt licere Epiſcopis non ſolum unam de Parochianis Eccleſiis ſuis Monaſterium conſtituere, ſed etiam aliquid de rebus Eccleſiae ſuae eidem pro Monachorum alimentis conferre, dummo-

Argumentū petitum a Concilio Toletano

refellitur.

(a) *Cap.* 2. n. 4. (b) *Cap.* 4. (c) *In* 3. *Lib. Decretal. de Inſtitut. Cap.* 1. n. 64. (d) *Lib.* 3. *tit.* 39. (e) *Epiſt.* 104.

dummodo & Concilii ſui conſenſus accederet, & Eccleſia detrimentum non acciperet. Quod & paullo ante, Canone ſcilicet tertio definierant dicentes: *Haec Sancta Synodus, nulli Epiſcoporum licentiam tribuit res alienare Eccleſiae, quoniam & antiquioribus Canonibus prohibetur. Si quid vero, quod utilitatem non gravet Eccleſiae, pro ſuffragio Monachorum, vel Eccleſiis ad ſuam Parochiam pertinentibus dederunt, firmum maneat.* Quare non immerito Gratianus quaerens, an Eccleſiae bona alienari poſſint ſine culpa, definit inter alia, Religionis quoque intuitu ea, in quibus Eccleſia detrimentum non patitur, Monaſteriis tradi poſſe ab Epiſcopis, idque confirmat auctoritate laudati Toletani Canonis, cui & quintum IX. pariter Toletani ſequentem ſubdit: (*a*) *Bonae rei dare conſultum, & praeſentis habetur vitae ſubſidium, & aeternae remunerationis exſpectare cernitur praemium. Quiſquis itaque Epiſcoporum in Parochia ſua Monaſterium conſtruere forte voluerit, & hoc ex rebus Eccleſiae, cui praeſidet, ditare decreverit, non amplius ibidem, quam quinquageſimam partem dare debebit, ut hac temperamenti aequitate ſervata, & cui tribuit, competens ſubſidium conferat, & cui tollit, gravia damna non infligat.* Ex quibus Canonibus, an vere fundandi Monaſteria jus privatum Epiſcoporum eliciatur, unuſquiſque intelligit. Ceterum ſi Concilia ſtatuerunt non poſſe conſtrui Monaſteria, niſi adprobante Epiſcopo, ſicuti conſtat ex Agathenſi, (*b*) cujus Canones quoad Monachos ab Herdenſibus Patribus confirmatos ſuperius liquet, & hac de re agentes in vulgato Codice Iſidoriano (*c*) eruditi legunt, argumentum certiſſimum eſt, non ſolos Epiſcopos fundandi Monaſteria jus omne habuiſſe, ut modo oſtenſum fuit.

IV.

Monaſteria poſt deteſtationem haereſis tantum conſueviſſe condi in honorem Sancti alicujus.

Dictitat mihi animus, Cennium in ſuis ſcribendis Diſſertationibus nonniſi res Hiſpanas invertendi pruritu laboraſſe. Et quidem ſoli inſignes bardi non praeſentirent nugas eſſe magnas, Coenobia ſcilicet poſt deteſtationem haereſis excitata in honorem Sancti alicujus, ejuſque nomen praeſeferre conſueviſſe, ac ſi quae antea fuerunt condita, titulari Sancto caruiſſent: *Idque per ſe ipſa*, inquit, (*d*) *demonſtrant Coenobia poſtmodum excitata, quippe quae in honorem Sancti alicujus condi, ejuſque nomen ſibi vindicare conſueverunt. Suntque rei teſtimonium praeſens Concilia Toleta-*

(*a*) 12. *q.* 2. (*b*) *Can.* 27. (*c*) *Lib.* 2. *tit.* 1. (*d*) *Cap.* 1. *n.* 15.

letana, *quibus Abbates Monaſteriorum ſubſcribunt*. In hoc quam parum virium falſitas habeat, vel ex iis intelligi poteſt, quae Auctores Synchroni litteris conſignarunt. Et quidem Sagunthenſe Coenobium, cujus Abbas nomine Didacus Anno 1088. Fuſſelenſi Concilio ſubſcripſit, ante ejuratam haereſim fuiſſe conſtructum, Sanctoque Martino dicatum, teſtatur Gregorius Turonenſis Antiſtes, (*a*) dum ad illud acceſſiſſe Leuvigildum Regem, motis armis in Hermenegildum filium, Monachoſque, relicto iſtic Abbate ſene, in inſulam maris profugiſſe, & advenientibus Gotthis, Monaſterium direptum, enſem in Abbatem vibratum commemorat. Rem non pigeat ab ipſo Gregorio audire, quam his verbis deſcriptam Cennius ipſe (*b*) legit: *In Hiſpaniis nuper factum cognovi. Quum Leuvigildus Rex contra filium ſuum ambularet, atque exercitus ejus, ut adſolet, graviter loca Sancta concuteret, Monaſterium erat S.* MARTINI *inter Saguntum atque Carthaginem Spartariam. Audientes autem Monachi, quod hic exercitus ad locum illum deberet accedere, fugam ineunt, & ſe, relicto Abbate ſene, in Inſulam maris abſcondunt. Advenientibus autem Gotthis, ac diripientibus res Monaſterii, quae ſine cuſtode remanſerant, Abbatem ſenio incurvatum, ſed ſanctitate erectum offendunt, extractoque unus gladio quaſi amputaturus cervicem ejus, reſupinus ruit, ac ſpiritum exhalavit*. Profecto id civile bellum Biclarenſis Abbas in Chronico geſtum eſſe docet Anno tertio Tiberii Imperatoris, qui in Annum incidit 580. quo nondum in Hiſpaniis Arianorum haereſim ejuratam fuiſſe, perſpicuum facit alter Gregorius vere Magnus, dum ita ſcribit: (*c*) *Poſt cujus* (Leuvigildi) *mortem Recaredus Rex non patrem perfidum, ſed fratrem* (Hermenegildum) *Martyrem ſequens, ab Arianae haereſeos pravitate converſus eſt, totamque Viſigotthorum Gentem ita ad veram perduxit fidem, ut nullum in ſuo regno militare permitteret, qui regni Dei hoſtis exſiſtere per haereticam pravitatem non timeret*. Verum quid ille alter, aeque nobilis Scriptor Emeritenſium Patrum vitas referens, Paullus Diaconus de ſuo Monaſterio loquatur, ut curioſius conquirerem, vel idem ipſe Cennius auctor fuit. Miratus ſum ſane, cl. Virum, vix citato capite nono ejuſdem Paulli, adfirmaſſe, (*d*) Coenobia poſt deteſtationem haereſis ex-

citata

DISSERT. II. CAP. II. quam falſum ſit, oſtenditur auctoritate S. Gregorii Turonenſis, & Paulli Diaconi & Monachi Emeritenſis.

(a) *De glor. Conſ. Cap.* 12. (b) *Cap.* 1. *n.* 15. (c) *Lib.* 3. *Dial. Cap.* 31. (d) *Cap.* 1. *n.* 15.

DISSERT. II. CAP. II.

citata in honorem Sancti alicujus condi conſueviſſe, quando Paullus Monaſterium ſuum S. Eulaliae ſacrum aperte palamque capite primo confitetur: *In domo*, inquit, *egregiae Virginis Eulaliae ſui ſervitii miniſterium, quod ei a Praepoſito Cellae, venerabili viro, fuerat delegatum &c.* & capite decimo octavo: *Dominum, qui praeeſt Cellae S. Eulaliae*. Si autem Cennius Cellae notionem ignoraverit, poterat addiſcere eo nomine Monaſterium fuiſſe ſignificatum ab eodem Paullo, qui laudato capite primo ait: *Poſt haec vero cuncta, quae audieram, Sanctiſſimo Viro Domino & Abbati meo nuntiare procuravi*. Poterat etiam id addiſcere a doctiſſimo Mabillonio, qui ita docet: (*a*) *Neque enim infrequens eſt apud veteres, ut Cellae nomine Monaſterium deſignetur*. At ſi Mabillonium audire nolit, credat S. Gregorio Magno ſic dicenti: (*b*) *Indicantes & Oratorium B. Mariae, quod nuper in Cella fratrum aedificatum eſt, ubi Marinianus Abbas praeeſſe cognoſcitur*. Credat Lupo Abbati Ferrarienſi, qui ait: (*c*) *Cellam S. Judoci, quam Magnus Carolus Alcuino &c.* Emeritenſe autem S. Eulaliae Coenobium ante deteſtationem haereſis fuiſſe conſtructum, nec Cennius inficiari videtur, dum inquit: (*d*) *Quamobrem quod de Mauſona Emeritenſi Epiſcopo Paullus Diaconus ejuſdem Metropolis teſtatur:* (*e*) „In exordio „Epiſcopatus ſui Monaſteria multa fundavit, praediis ma„gnis locupletavit &c. *ita quis accipiat, ut Monaſteriis hiſce obſervantiam, & Regulam eſſe tribuendam exiſtimet. Neque id multo poſt Servitani fundationem; quippe Mauſona, ut Joannes Biclarenſis docet, ſedere coepit Anno 572. nempe poſt triennium a Coenobio illo excitato.* Sed & Dumienſe Monaſterium cur Cennius non dixit in S. Martini honorem fuiſſe conſtructum? Num oblitus eſt Epitaphium, quod protulit? (*f*) Iterum igitur illud legat, & dicat, quid ſibi velit hic verſus:

& S. Martini Abbatis & Epiſcopi Dumienſis.

Confeſſor Martine, tua hac dicatus in aula.

Tot igitur tamque inſignibus teſtibus evictus, minime dubitem, quin fateri debeat, Coenobia in Hiſpaniis & ante & poſt deteſtationem haereſis Arianae in honorem Sancti alicujus conſueviſſe condi.

Pro-

(a) *Lib. 3. Annal. Bened. n. 32.* (b) *Lib. 1. Epiſt. 54. vet. edit.* (c) *Epiſt. 11* (d) *Cap. 1. n. 15.* (e) *Cap. 9.* (f) *Cap. 1. n. 5.*

DISSERT. II. CAP. II.

V.

Recẽtis opinionis fundamentum evertitur Conciliorum teſtimonio.

Profectò majori animi fortitudine a ſua Cennius decedet ſententia, ſi quod hujus recentis opinionis fundamentum jecit, attentius expenderit. Siquidem in ſui erroris teſtimonium praeſens Concilia Toletana adducit, *quibus Abbates Monaſteriorum ſubſcribunt*. Sed cedo, quas ipſemet ſuis oculis Abbatum ſubſcriptiones in Conciliis Toletanis viderit, ante execrationem haereſis celebratis, praeferentes nomen Loci, in quo eſt ſitum Monaſterium, non Sancti, in cujus honorem excitari poſtea conſuevit? Si Concilia Toletana, ad quae tanta confidentia provocavit, per ſe obſervaſſet, utique nonniſi Concilio Toletano VII. habito Anno 646. ideoque poſt deteſtationem haereſis, unum coepiſſe ſubſcribere Abbatem, Loci, & Sancti ſuppreſſo nomine deprehendiſſet, dum ita legitur: *Chriſpinus in Chriſti nomine Abbas agens vices Domini mei Neufridi Olyſipponenſis Eccleſiae haec ſtatuta definiens ſubſcripſi*. Sed non ſecus eſſe factum in Conciliis Toletanis VIII. IX. & X. in quibus Abbates nec Locum, nec Sanctum indicant, didiciſſet, dum ita ſubſcribunt: *Anatolius Abbas ſubſcripſi. Ildefonſus Abbas*: & *Argefredus Abbas Egilani Epiſcopi Eccleſiae Oxomenſis agens vicem*. In Concilio Toletano tantum XI. Anno 675. congregato Abbates nomen Sancti, in cujus honorem conſtructum eſt Monaſterium, expromunt tali pacto: *Julianus Eccleſiae Monaſterii S. Michaëlis Abbas haec geſta Synodica a nobis definita ſubſcripſi*; & unus tum Loci, tum Sancti nomen exprimit: *Avila Eccleſiae Monaſterii S. Juliani Agalienſis Abbas haec geſta Synodica &c.* Ceterum in aliis Toletanis nec Sanctus, nec Locus enuntiatur. Praeterquamquod ſi Abbatum ſubſcriptiones nomen Loci praeferentes magno eſſent argumento ad internoſcenda Monaſteria ante deteſtationem haereſis aedificata ab iis, quae poſtea fuerunt condita, eſſet quod diceremus, ante eam fuiſſe conſtructa Coenobia Rodenſe, Giſſalenſe, Craſſenſe, Balneolenſe, Cuxanenſe, & complura alia. Siquidem Conventus Gerundenſis Actibus una cum Abbatibus nomen Sancti indicantibus Anno 1019. ita ſubſcribunt alii: *Petrus Abbas Rodenſis*: *Landricus Abbas Giſſalenſis*; & Concilio Gerundenſi Anno 1068. *Dalmatius Abbas Craſſenſis*; & tandem Concilio Nemauſenſi Anno 1096. *Benedictus Balneolenſis Abbas*: *Petrus Cuxanenſis Abbas*. Quis igitur noſtrum Cennium Dia-

K lecti-

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. II. VI.

lectorum quaſi jaculis oneratum acutis in certamen proceſſiſſe, ſed plumbeos pugiones jactaſſe inficiabitur?

Praeter Dumienſe, Servitanum, ac Biclarenſe

Sed admiratione dignum illud quoque eſt, quod iiſdem armis, ut tria ſola Monaſteria in Hiſpaniis certa tueatur, cetera conetur evertere: *Dumienſe in Gallaecia*, ait, (*a*) *in Provincia Carthaginienſi Servitanum, & Biclarenſe in Tarraconenſi certa ac ſola Hiſpaniarum Coenobia ſunt ante deteſtationem Arianae haereſis. Idque per ſeipſa demonſtrant Coenobia poſtmodum excitata, quippe quae in honorem Sancti alicujus condi, ejuſque nomen ſibi vindicare conſueverunt. Suntque rei teſtimonium praeſens Concilia Toletana, quibus Abbates Monaſteriorum ſubſcribunt. Tria vero praedicta eo mihi ab iis diverſa magis ſunt, quo remotiora ab iiſdem conditione; Loci enim, non Sancti cujuſquam nomen praeſetulere*.

fuerunt in Hiſpaniis ante deteſtationem haereſis alia certa Monaſteria, Sagunthenſe, Emeritenſe, Aſanenſe,

Haec quam plena ſint falſitatis, unuſquiſque ex modo dictis intellexit: praeter ea enim Coenobia, quae ante deteſtationem haereſis fuiſſe condita ab Scriptoribus coaevis proxime didicit, nempe Sagunthenſe S. Martini a Gregorio Turonenſi, S. Eulaliae Emeritenſe a Paullo Diacono & Monacho ejuſdem Monaſterii; Aſanenſe S. Martini, inde S. Victoriani nomine inſignitum apud Aragones, haud procul ab Urbe Oſca, ad fluvium Cingam eſſe unum ex certis Monaſteriis ante ejuratam haereſim constructum, ſuperius (*b*) audivit a Venantio Fortunato, qui, teſte Caveo, claruit Anno 560. Nec minus certum fuiſſe ſcimus aliud in agro Emeritenſi Coenobium, vocabulo

Caulianenſe,

Caulianum, quod ab Emerita Urbe ferme octo millia paſſuum diſtabat, dum laudatus Paullus Diaconus ejus Abbates, & Monachos in Libro de Patribus Emeritenſibus non ſemel commemorat, & praeſertim, ubi ait: (*c*) *Dum in Monaſterio, cui Cauliana vocabulum eſt, Reverendiſſimus Vir piae memoriae Renovatus Abbas praeeſſet, poſtque etiam Emeritenſi Urbi Pontifex exſtitit mirificus, atque ſagaci ſolicitudine, ut pote Vir perſpicax, & nimium acris ingenii, multumque in omni diſciplina, ac timore Domini ſtrenuiſſimus cunctos illic commorantes Monachos ſedulo per bonam converſationem, & Sancti operis exempla ad Supernam Patriam provocaret &c.* Num vero incertum erit S.

Vergegienſe,

Aemiliani Monaſterium prope Vergegium? Sed de hoc inferius. Hinc patet, quam levis ſit momenti Achilleum,

quod

(a) Cap. 1. n. 15. (b) Cap. 1. n. 2. (c) Cap. 2.

quod putat Cennius, argumentum a ſubſcriptionibus Abbatum in Conciliis Toletanis petitum ad evellenda ex Hiſpaniis tot alia certa Monaſteria, quae, Synchronis Scriptoribus facem praeferentibus, nuper recenſui. Immo ſi Cennius Toletana Concilia ſtudioſius excuſſerit, dilucide perſpiciet tantum abeſſe, ut ſubſcriptiones Abbatum ſibi tria ſola certa fuiſſe Coenobia contendenti ſuffragentur, ut mihi potius faveant multo plura propugnanti. Quum enim Concilio Toletano VIII. habito Anno 653. undecim interfuerint Abbates, & Toletano XIII. Anni 683. decem & ſeptem ſubſcripſerint, aliquibus forte ſenectute, vel morbo praepeditis, quo minus ſui poteſtatem facerent, eſt prorſus a ratione alienum tam brevi Annorum ſpatio, quod haereſis execrationem inter, & laudata Concilia interceſſit, tot Coenobia fuiſſe excitata, eo vel maxime, quod ipſomet fatente Cennio, (a) *fidelium opes defecerant*.

& multo plura, ut conſtat ex Conciliis Toletanis, quibus interſunt,& ſubſcribunt Abbates.

VII.

Cur autem Abbates in ea Concilia convenerint, promta Cennii ſententia eſt: (b) *ut* ſcilicet *definita confirmarent, quae ad Monachos ſibi ſubditos continendos adtinebant*: Sed quid quaeſo confirmarunt Abbates in Conciliis Toletano XIV. cui undecim, & Toletano XV. cui decem interfuerunt, in quibus de Monachis ne verbum quidem? Et tamen in altero eorum ita leguntur ſubſcriptiones: *Aſfalius Dei nutu Abbas haec geſta Synodica a nobis definita ſubſcripſi*. Complura Concilia alia ab Hiſpanis poſſem producere ad oſtendendum, quam inaniter loquatur Cennius, ſed unum Cabillonenſe ſufficiat Anno 873. celebratum, in quo, etſi tres ſubſcripſerint Abbates, de Monachis tamen nihil fuiſſe decretum, quiſquis ejus Acta legerit, compertum habebit. Quid? Quod Joannes VIII. Abbatem Altinenſis Monaſterii, & Gregorius VII. quoſdam alios Abbates, qui ad Concilia Romana venire neglexerunt; excommunicationis cenſura aeque ac Epiſcopos perculere; licet in iis nullae de Monachis latae fuerint leges. Exploratum porro mihi eſt, Abbates Occidentis, de quibus loquor (nam in Oriente longe antea Conciliis interfuerunt) primo in Conciliis adfuiſſe tamquam Epiſcoporum Vicarios, ut conſtat ex Concilio Aurelianenſi Anno 541. celebrato, in quo ita legitur: *Amphilochius Abbas directus a Domino Amelio Epiſcopo Civitatis Pariſiacae ſubſcripſi*. Nec minus perſpicuum

Abbates in Concilia conveniſſe, ut definita confirmarent, quae ad Monachos continendos adtinebant, exploditur Actis Conciliorum Toletani XIV. & XV.

&Cabillonenſis.

Negligentes accedere ad Concilia aeque ac Epiſcopi excommunicantur.

Primo interſunt tamquam Epiſcoporum Vicarii.

K 2

(a) *Cap.* 2. n. 4. (b) *Diſſert.* IV. *Cap.* 4. n. 23.

Digitized by Google

deinde jubentur intereſſe,

cuum mihi eſt, Abbatibus deinde datam fuiſſe legem accedendi ad Concilia, quod plane oſtendit Autiſiodorenſe Anno 578. habitum, in quo ſeptem fuerunt Abbates, dum in eo decernitur, (*a*) *ut Kalendis Novembris omnes Abbates ad Concilium conveniant*. Et Gregorius VII. *Sub eadem etiam*, inquit, (*b*) *auctoritate, & determinatione omnes Abbates ... ad praeſatum Concilium invitamus, nullamque in hac obedientia fictitiam excuſationem praetendere admonemus atque praecipimus*. Et ſane imperio poena firmato. *Statuimus*, ait Galterius Archiepiſcopus, (*c*) qui obiit Anno 923. *ut Abbates, & Priores Conventuales, qui nec venerint ad Synodum, nec ſe excuſaverint, praetendendo canonicum impedimentum, per octo dies ab ingreſſu Eccleſiae ſuſpendantur*.

& ſane ſub poena:

impediti, non ſecus ac Epiſcopi, tenentur mittere procuratores;

Immo qui legitime impediti erant, non ſecus atque Epiſcopi, procuratores tenebantur adlegare: *Per Apoſtolica ſcripta praecipimus*, inquit Innocentius III. (*d*) *quatenus vos taliter praeparetis, quod a praeſenti Dominicae Incarnationis* 1213. *Anno uſque ad duos annos & dimidium, praefixis vobis pro termino Kalendis Novembris noſtro vos conſpectui praeſentetis .... Et qui canonica forte praepeditione detenti perſonaliter venire nequiverint, idoneos pro ſe dirigant reſponſales .... Nullus itaque ſe fallaciter excuſando ab executione tam ſancti operis ſubtrahat, ſi canonicam vult effugere ultionem*. Et Patres Vaurenſes Anno 1368. *Praeſentis auctoritate Concilii*, ajunt, (*e*) *duximus ſtatuendum, ut Archiepiſcopi, & Epiſcopi Abbates eis ſubjectos ad Synodos ſuas per cenſuram Eccleſiaſticam venire compellant. Vel ſi forſan legitimo impedimento detenti fuerint, quo minus perſonaliter ad illas accedere non poſſint, procuratores deſtinent ad talia expertos, idoneos, & diſcretos, & de eorum ordinibus ſibi ſufficientes exſiſtant*.

quod & fecerunt.

Et re quidem vera a quibuſdam Abbatibus fuiſſe miſſos procuratores aperte demonſtrant Acta Conciliorum, & praecipue Concilii Piſani Anno 1409. cui interfuit *Simon Canonicus Arretinus procurator Dominorum Abbatis de Capolona, & S. Florae de Arretio*, ut patet ex MS. Codice Domini Jo. Baptiſtae de Arrighis. His ergo poſitis, quum Monachi a Patribus Toletanis (*f*) dicti *illuſtris portio Chriſti*, *Servi Dei* ab utroque Gregorio, Magno, & Turonenſi, *ut Angeli reputati* in Regula Magiſtri, primis Inſti-

(a) Can. 7. (b) *Epiſt.* 43. *Lib.* 1. (c) Conc. *Senonenſe Cap.* 1. (d) *Epiſt. praefixa Concilio Lateranen. IV.* (e) Can. 7. (f) *Tolet. IV.* Can. 52.

ſtitutionis eorum Saeculis ſeveriori, quam Clerici, teſte ipſo Cennio, (a) navarent operam diſciplinae, & per arctam viam ad Caelum pervenire contenderent, quid Conciliorum decretis ad eos continendos opus erat? *Illi*, inquit Jordanus Epiſcopus in Concilio Lemovicenſi Anno 1031. habito, *noſtris legibus conſtringi non debent, qui ultra nos per arctam & anguſtam portam vitae ingredi adpetunt . . . . . Tales*, inquam, *legibus non oportet ſubiici Conciliorum, niſi forte reprehenſioni, vel contemtui patuerint*. Alia igitur cauſſa ſuberit, cur Abbates ad Concilia confluxerint, &, ſi quae inſit, verior reperiri non poterit, quàm quae ab ipſis Conciliis indicatur. Et quidem ſi animadvertam quae in laudato Concilio Lemovicenſi habentur, aliquam deprehendo, cur etiam Abbates in Concilia cogerentur: *Abbates regulares*, inquit idem Jordanus, *non ideo ad Synodum venire cogo hujus Sedis, ut arguantur: ſed* UT MIHI DE REBUS ECCLESIASTICIS MODERANDIS CONSULTUM PRAEBEANT; *quatenus ipſi ſpirituales viri dum mihi per diverſas multorum curas diſperſo opem ferunt ad ſublevandum onus, in retributione coronae mecum participentur. De cultu enim Eccleſiaſtico, & reverentia Corporis Domini, probavi ipſe oculis meis, regulares per Lemovicinum Monachos Altaria, & codices, veſtimenta, Calices, linteamina, & cuncta quae ad Altare pertinent, mundiſſima quotidie, & cum reverentia* SERVARE. Quibus ex verbis omnino colligitur, Abbates ſaltem tamquam conſiliarios ad Concilia fuiſſe arceſſitos. Si autem perpendam, quae Conſtantienſe Concilium Anno 1414. celebratum in medium profert, eos etiam veluti & tamquam judices admiſſos fuiſſe praeſentio: *Quando in Conciliis Generalibus*, inquit Cardinalis Cameracenſis, (b) *ſoli Epiſcopi habebant vocem diffinitivam, hoc fuit, quia habebant adminiſtrationem populi, & erant viri Sancti & docti & electi prae ceteris in Eccleſia Chriſtiana. Poſtea fuerunt additi Abbates eadem de cauſſa, & quia habebant adminiſtrationem ſubjectorum*, quibus adde Eccleſias non paucas Parochiales, & complura Caſtra, quae ſenſim in eorum jus ac ditionem conceſſerant. Quod tamquam rationi conſonum ſua auctoritate confirmare videtur Melchior Canus, dum ait: (c) *Conſiliarii, qui non ſunt ſimul judices, non ſolent*

Concilia ipſa indicant, cur Abbates iis intereſſe deberent, ſcilicet ut conſilium praeberent, ideoque tamquã conſiliarii, immo & veluti tamquam judices habentes vocem definitivam,

(a) Cap. 3. n. 2. (b) Seſſ. 1. (c) Lib. 5. de auct. Concil. Cap. 5.

DISSERT. II. CAP. II. quum Conciliis ſubſcribant,

ſolent judicio ſententiaeque ſubſcribere. Atqui in Synodali ſententia Abbatum quoque ſubſcriptiones adponuntur. Interſunt igitur ſine dubio etiam tamquam judices habentes ſuffragium definitivum, ut multis citatis Doctoribus probat Tamburinus. (*a*) Immo ſi eorum ſubſcriptiones diligenter expendantur, inter has, ac illas Epiſcoporum Cennius diſcrimen nullum adgnoſcet. Hanc in rem ſint teſtimonia ipſa Concilia Hiſpana, quae haud oſcitanter ſunt conſideranda, ut pote quae magis meum argumentum illuſtrent & corroborent. Quippe ſic efferuntur ſubſcriptiones in Toletano IX. *Eugenius regiae urbis Metropolitanus Epiſcopus. Tajo Caeſarauguſtanus Epiſcopus. Fugitivus Abbas. Ildefonſus Abbas*. In Toletano XI. *Ego Quiricus urbis regiae Metropolitanus Epiſcopus haec geſta Synodalia a nobis definita ſubſcripſi. Julianus Eccleſiae Monaſterii S. Michaëlis Abbas haec geſta Synodica a nobis definita ſubſcripſi*. In Toletano XV. *Vincentius Dumienſis Sedis Epiſcopus ſubſcripſi. Gerontius Abbas ſubſcripſi*. Tamdem in Toletano XVI. *Ego Felix indignus urbis regiae Epiſcopus haec decreta Synodica a nobis edita ſubſcripſi. Gabriel miſericordia Dei Abbas haec decreta Synodalia a nobis edita ſubſcripſi*. E ſummo puteo poteſtne aqua aquae ſimilior duci? Sed alio feſtinet oratio.

eodem prorſus modo, quo Epiſcopi,

ut conſtat ex Conciliis Toletanis,

in quibus ſe definiviſſe teſtantur.

VIII.

Quum proſequuturo mihi inſtitutam de Monaſteriorum Hiſpaniae fundatione diſputationem haec nota occurreret. (*b*) *Epiſcopi jus omne in Monaſteria ſibi vindicant*, occaſionem dicendi aliquid de Epiſcoporum poteſtate in Monaſteria fortuna datam minime dimittendam duxi. Legens itaque quid ea de re ſcriberet Cennius, etiam hoc offendi: (*c*) *Ponendum primo eſt, quod per totum Saeculum ſeptimum ſumma Epiſcoporum poteſtas fuit aeque in Clericos, ac in Monachos, quippe qui uno Religioſorum nomine adgnoſcebantur*. „ Si quis Religioſorum ab Epiſcopo uſque ad „ extremi ordinis Clericum ſive Monachum. „ (*d*) Jus igitur hoc omne, ſumma haec poteſtas in Monaſteria, & Monachos Epiſcopis Hiſpanis abs Cennio tributa aequis examinentur ponderibus, & plane palam fiet, ad quid tamdem redigantur. Et quidem ſi ſermo ſit de jure in Monaſteria ipſa, is ipſe fatetur, (*e*) *Monaſteria ſemel Divino dominio acquiſita nullatenus convelli umquam poſſe*, quod defini-

Summa Epiſcopis poteſtas in Monaſteria & Monachos abs Cennio tributa

circumſcribitur;

(a) *De Jur. Abb. T.* 1. *diſp.* 24. *q.* 2. *n.* 2. (b) *In margine ad n.* 4. *Cap.* 2. (c) *Cap.* 2, *n.* 4. (d) *Conc. Tolet. X. Cap.* 2. (e) *Cap.* 2. *n.* 10.

finitum fuit in Concilio Hiſpalenſi II. (*a*) *Poſcentibus Monaſteriorum Patribus, pari ſententia ſtatuimus, ut Coenobia nuper condita in Provincia Baetica, ſicut & illa, quae ſunt antiqua, immobili & inconcuſſa ſtabilitate permaneant ſolidata. Si quis autem, quod abſit, noſtrum, vel nobis ſuccedentium Sacerdotum quodlibet Monaſterium ... ſimulatione aliqua fraudis convellendum, vel diſſolvendum tentaverit, anathema effectus, maneat a regno Dei extraneus; nec proficiat illi bonum fidei, vel operis ad ſalutem, qui tantae & tam ſalutaris vitae deſtruxerit tramitem.* Sed nec finit., ab Epiſcopis Monaſteria in Saecularium domicilia poſſe converti, dum profert (*b*) Canonem Chalcedonenſem, (*c*) qui refertur in Codice Veterum Canonum: (*d*) *Quae ſemel voluntate Epiſcopi conſecrata ſunt Monaſteria, perpetuo manere Monaſteria, ... eaque non amplius fieri Saecularia habitacula. Qui vero hoc fieri permiſerint, Canonum correptionibus ſubjacebunt.* Nec aliud, etſi de Abbatibus loquerentur, reſpexere Patres Caeſaraugustani Anno 691. quando dixerunt: (*e*) *Sanctorum Patrum decrevit ſententia, ne Monaſteria diverſoria Saecularium fiant.* Huc ſi acceſſerit, Epiſcopos non potuiſſe in Monaſteriorum Eccleſiis cathedram locare, nec aliquam ordinationem facere, niſi Clericorum, ſi Abbates voluerint habere, coniicies, quo abierit omne jus illud, ſumma illa Epiſcoporum poteſtas in Monaſteria. Et ſane Carthaginienſe Concilium Anno 534. habitum ita ſtatuit: *Oportet in nullo Monaſterio quemlibet Epiſcopum cathedram conlocare: aut qui forte voluerint habere, nequaquam permittantur; nec aliquam ordinationem, quamvis leviſſimam, facere, niſi Clericorum, ſi voluerint habere.* Quare non immerito S. Gregorius Magnus (*f*) Felicem Piſaurenſem Epiſcopum graviter reprehendit, quod in Monaſterio, cujus auctor, & Abbas erat Joannes, cathedram poſuerit, juberque, ut eam, omni excuſatione ceſſante, exinde amovendam curet; demumque in Concilio Romano Anno 601. in ſuo decreto, quod Conſtitutum vocant, de libertate Monachorum, Carthaginienſe ſtatutum innovans ita ſancit: *Miſſas publicas ab eo* (Epiſcopo) *in Coenobio fieri omnino prohibemus; neque audeat ibi cathedram conlocare, ... nec aliquam ordinationem quamvis leviſſimam facere, niſi ab Abbate loci fuerit rogatus.* Si quis

DISSERT. II. CAP. II.

non enim poſſunt ea convellere, vel diſſolvere,

nec in Saecularium domicilia convertere,

nec in iis cathedram locare, nec ordinationem,

nec Miſſas publicas facere,

niſi ab Abbate rogati

(a) *Cap.* 10. (b) *Cap.* 2. *n.* 9. (c) 23. (d) *Lib.* 2. *tit.* 2. (e) *Caeſaraug. III. Cap.* 3. (f) *Lib.* 5. *Epiſt.* 46.

Digitized by Google

quis eorum, qui Cennio favent, forte miretur, me pro vindicandis Hiſpaniarum Monaſteriis a ſumma illa Epiſcoporum poteſtate, ac ditione, cui ea per totum Saeculum ſeptimum ſubjecta tam conſtanter decantantur, in medium proferre Carthaginienſe decretum: is, ſi mei conſilii cauſſam, rationemque cognoverit, una & id, quod facio, probabit, & aliquantum libertatis, de qua diſceptatur, illis Coenobiis adjudicabit. Quum enim in tot libris res Monaſticas pertractantibus, quos meas inter manus interdum verſari contigit, nuſquam gentium incurrerim in duriſſimum illud ſervitutis jugum, quod ab Epiſcopis Hiſpanis impoſitum ſuis Monachis contendit Cennius, aequo animo ferre nequaquam poſſum, hanc injuriam fieri tot Sanctiſſimis viris, quorum pleroſque e Monaſteriis ad Epiſcopatum adſumtos fuiſſe eruditorum nemo ignorat; eo vel maxime quod Canones ipſi Hiſpani ad ejuſmodi contumelioſum paradoxum refellendum, & ad ſtabilienda ea, quae pro Monaſteriis illius gentis ex Carthaginienſi Concilio produxi, addunt animum, & Canones illi, quibus ipſemet Cennius ſuas Diſſertationes adſperſit. Deus immortalis! Cujuſnam Concilii Canon eſt, quem citavit (a) ad oſtendendum auferri amplius non poſſe, quae Monaſteriis donabantur? Nonne Concilii Toletani IV.? (b) Quid autem decernit inter cetera? *Hoc tantum ſibi in Monaſteriis vindicent Sacerdotes, quod praecipiunt Canones.* Et paullo poſt: *Quod ſi aliquid in Monachos Canonibus interdictum praeſumſerint, non deerit ab illis ſententia excommunicationis.* Ad haec quoties in rem ſuam dedit teſtem Codicem Iſidorianum Veterum Canonum? Quoties ibidem eorum obſervatio repetitur? (c) Nonne viginti tribus vicibus iteratur? Ne autem ſuſpiceris, ibi ſermonem eſſe de Canonibus tantum Hiſpanis, audi, quid ibidem dicat Chalcedonenſe Concilium: (d) *Regulas a SS. Patribus in unaquaque Synodo uſque nunc prolatas teneri ſtatuimus.* Cui illico concinit Toletanum III. (e) *Omne, quod priſcorum Canonum auctoritas prohibet, ſit inhibitum: & agatur omne, quod praecipit fieri; maneant in ſuo vigore Conciliorum omnium conſtituta, ſimul & Synodicae Sanctorum Praeſulum Romanorum epiſtolae.*

IX. Inſuper Epiſcopi non poſſunt

Forte jus erit Epiſcopis in bona & facultates Monaſteriorum. Sed en Cennius dicit: (f) *Semel donata Monaſte-*

(a) Cap. 2. n. 5. (b) Can. 51. (c) Lib. 3. tit. (4). (d) Can. 1. (e) Can. 1. (f) Cap. 2. n. 5.

Digitized by Google

ſteriis convelli ab Epiſcopis non poterant: quod probat auctoritate Concilii Toletani III. ita ſtatuentis: (*a*) *Qui* (Epiſcopus) *etiam ſi de rebus Eccleſiae pro eorum ſubſtantia aliquid, quod detrimentum Eccleſiae non exhibeat, eidem loco donaverit, ſit ſtabile.* Et Toletani IV. (*b*) *Quod ſi uſurpare quippiam de Monaſterii rebus tentaverint, non deerit ab illis ſententia excommunicationis.* Si Epiſcopis jus tribuam exigendi a Monaſteriis tertiam partem tributorum, frugum, & oblationum, quam Concilium Toletanum IV. (*c*) eis permittit, ut ab aliis Eccleſiis conſequantur, noſter Cennius huic juri obiicit (*d*) Canonem tertium Ilerdenſis Concilii decernentis, ut *ea, quae in jure Monaſterii de facultatibus offeruntur, in nullo Dioeceſana lege ab Epiſcopis contingantur.* Et non immerito, quum Patres Concilii Toletani IX. ſtatutum memorent, (*e*) *ut de rebus parochialium Eccleſiarum pars Epiſcopo conferatur.* Si concedam, Epiſcopos poſſe cogere Monaſteria ad ſolutionem duorum ſolidorum Cathedratici nomine, quod eis Concilium III. Bracarenſe ab Eccleſiis pendendum jubet, (*f*) Patres Concilii Toletani VII. refragantur mihi ita dicentes: (*g*) *Non amplius quam duos ſolidos unuſquiſque Epiſcoporum praefatae provinciae* (Gallaeciae) *per ſingulas Dioeceſis ſuae Baſilicas juxta Synodum Bracarenſem annua illatione ſibi expetent conferri; Monaſteriorum autem Baſilicis ab hac ſolutionis impenſione ſejunctis.* Si dicerentur Epiſcopi jus habere a Monaſteriorum miniſtris accepti, & expenſi rationem repoſcendi, ſeſe mihi offert S. Fructuoſus, qui loquens de Praepoſito ita ait: (*h*) *Omnem Monaſterii ſubſtantiam Praepoſiti accipiant diſpenſandam ..... Quod per ſingulos menſes expenſum fuerit, per omnium capita menſium rationem ſuo Abbati faciat: & hoc cum tremore, & ſimplicitate, & vera cordis humilitate tamquam redditurus Domino rationem. Et quod fecerit, ſemper in arbitrio pendeat Abbatis.* Sed & S. Iſidorus mihi enuntiat quicquid ſcripſit in Regula: (*i*) *Omne, quod in Monaſterium in nummo ingreditur, ſub teſtimonio Seniorum accipiendum. Eadem pecunia in tribus partibus dividenda eſt: quarum una erit pro infirmis, & ſenibus, & pro aliquo coëmendo in diebus Sanctis cultius ad victum fraternum: alia pro egenis: tertia pro veſtimentis fratrum, &* pue-

DISSERT. II. CAP. II.

Monaſteriorum bona uſurpare vel ab ipſis donata,

nec exigere tertiam,

nec Cathedraticum,

nec accepti & expenſi ratione repoſcere,

(a) Can. 3. (b) Can. 51. (c) Can. 33. (d) Cap. 2. n. 3. (e) Can. 6. (f) Can. 2. (g) Can. 4. (h) Cap. XI. Reg. comm. (i) Cap. 18.

Digitized by Google

puerorum, vel quibuſve ad neceſſitatem Monaſterii coëmendis. Quas tres partes cuſtos Sacrarii ſuſcipiat, ac praecipiente Abbate ſub teſtimonio Praepoſiti, vel Seniorum de ſingulis partibus pro ſuis neceſſariis cauſſis expendat. Et rurſus: (*a*) *Et licet haec cuncta* (officia) *ſpecialiter ſingulis maneant diſtributa, omnia tamen a Patre Monaſterii ordinata ad curam Praepoſiti pertinebunt*. Obtinuerunt num Epiſcopi ex bonis Monaſteriorum commoda propinquis, amiciſve jus arceſſendi? Sed quanam lege? Numquam ſcripſerant Canones? Adi Canonem Antiochenum (*b*) inter eos, quos Martinus Dumienſis univerſo Concilio Lucenſi impertivit: *Si autem Epiſcopi loca Eccleſiae, vel fructus agrorum non cum Preſbyterorum, vel Diaconorum conſilio intaminaverint, aut fratribus, vel filiis, vel quibuſcumque propinquis ſuis dederint poteſtatem, ut per eos latenter res laedantur Eccleſiae, hos oportet obnoxios eſſe Concilio*. Lege Canonem (*c*) Toletani X. qui ait: *Quiſquis Pontificum deinceps aut ſanguini propinquis, aut favore ſibi perſonis quibuſcumque devinctis talia commodare lucra tentaverit auſu nefandae praeſumtionis; & quod viſum fuerit devocetur in irritum, & qui ordinarit annuae excommunicationis ferat excidium*. Quum enim quidam praepotentes Epiſcopi neceſſarios & conjunctos vel iniquos Monaſteriis praeficiendos ſaepe curarent, aut horum cupiditate & inſolentia, aut illorum incuria fiebat, ut Coenobia peſſum irent: Cui malo ut occurrerent Patres Concilii Toletani IX., ne gravior ex hoc oriretur aedificantibus maeror, quam in conſtruendo gaudii intervenerat labor, decreverunt, (*d*) *ut quamdiu earumdem fundatores Eccleſiarum in hac vita ſuperſtites extiterint, pro ejuſdem locis curam permittantur habere ſolicitam, & ſolicitudinem ferre praecipuam, atque rectores idoneos in iiſdem Baſilicis iidem ipſi offerant Epiſcopis ordinandos. Quod ſi tales forſan non inveniantur ab eis, tunc quos Epiſcopus loci probaverit Deo placitos, ſacris cultibus inſtituat cum eorum conniventia ſervituros. Quod ſi ſpretis eiſdem fundatoribus, rectores ibidem praeſumſerit Epiſcopus ordinare, & ordinationem ſuam irritam noverit eſſe, & ad verecundiam ſui alios in eorum loco, quos iidem ipſi fundatores condignos elegerint, ordinari*. Quo ex Canone quis non intelligit, fundatoribus, quoad viverent, praeſentationis,

nec propinquis, aut amicis de bonis Monaſteriorum providere,

eos ordinando vel iniquos,

Cui malo ut occurratur,

fundatoribus, quoad vixerint, permittitur

idoneos rectores Epiſcopis ordinandos praeſentare,

(a) Cap. 19 (b) 25. (c) Can. 3. (d) Can. 2.

Digitized by Google

nis, ut dicunt, jus fuiſſe conceſſum? Quod eis Cennius aegre permittit dicens: (a) *Fundationis profecto, & dotationis tituli, qui juſpatronatus etiam laicis peperere, non ſunt in Hiſpaniis antiquiores Saracenorum, ſeu Maurorum expulſione.* Ne autem, fundatoribus fato functis, Monaſteria ejuſcemodi aerumnis, rapiniſque paterent, laudati Patres in haeredes eorum, qui ea fundaverant, vel dote inſtruxerant, de bonis curam, cogitationemque contulerunt, eis poteſtatem dantes ad ſuperiores ordine vel potentia confugiendi, ut direptionibus obviam irent: *Verum ut rei hujus*, ajunt, (b) *potior ſoliditas habeatur, condignis filiis, vel nepotibus, honeſtioribuſque propinquis ejus, qui conſtruxerit, vel ditaverit Eccleſiam, licitum ſit hanc bonae intentionis habere ſolertiam, ut ſi Sacerdotem, ſeu Miniſtrum aliquid ex collatis rebus praeviderint defraudare, ut commonitionis honeſtae conventione compeſcant, aut Epiſcopo, vel judici corrigenda denuntient. Quod ſi talia Epiſcopus agere tentet, Metropolitano ejus haec inſinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat, Regis haec auditibus intimare non differant.* Hincque corruit tota moles, quam adſtruere Cennius conabatur eo loci: (c) *Eſtque heic notandum, quod horum Canonum aut cuſtodes, aut transgreſſores nulli, praeter Epiſcopos, in totis Hiſpaniae Conciliis memorati inveniuntur.* Si igitur ita eſt, in quonam omne Epiſcoporum jus illud in Monaſteriorum bona conſiſtet? Porro ſi Concilia Hiſpana evolvam, nonniſi Emeritenſe Anno 666. habitum invenero, quod decernit, (d) ut Abbates, *quandocumque contigerit, eum* (Epiſcopum) *juxta Canonicam ſententiam viſitare ſuam Parochiam, & digne eum ſuſcipiant, & prout habuerint, aut ratio permiſerit, illi praeparent, quae fuerint neceſſaria.* Si legendo percurram Codicem veterum Canonum, nonniſi Agathenſe Concilium offendero, quod ſtatuit, (e) *ut quicquid* ab Abbatibus *ſine Epiſcopi notitia venditum fuerit, ad poteſtatem Epiſcopi revocetur.*

& illis fato functis,

haeredes

Miniſtrum bona d'ripientem aut monitione compeſcant, aut Epiſcopo corrigendum denuntient.

Epiſcopum vero Metropolitano,

Metropolitanū Regi.

Epiſcopi tamen quum viſitant Dioeceſim, ius habent, ut ſibi praeparentur, quae erant neceſſaria.

& ad ſuam poteſtatem revocentur ab Abbatibus arbitrarie vendita.

Exſpectabam, ut Abbates viderem paxillo nudiores. X.
Eruditiſſimus Cennius ut plena manu ſummam Epiſcopis in Monachos poteſtatem deferret, ne rem ab Abbatibus videretur auferre cum pulviſculo, haud neſcius adagii: *Cui multum eſt piperis, etiam oleribus immiſcet*, temporalium

(a) *Cap.* 2. n. 16. (b) *Can.* 1. (c) *Cap.* 2. *n.* 10. (d) *Can.* 11. (e) *Can.* 56. *Lib.* 3. *tit.* 38.

DISSERT. II. CAP. II.

curam illis gratificari non indignatur, ita ut dici poſſit, *reliquit & Medis quippiam. Praeterquamquod*, ait, (*a*) *Abbatibus ceteriſque Officiis ſua ab Epiſcopis demandabantur munera, quibus defungi, obtemperare erat Epiſcopis, ipſis ſic volentibus. Summa eſt, quod in Monaſteria, Monachoſque Epiſcopi ſoli jus habuerunt in Hiſpaniis, antequam Saraceni eas invaderent. Quod qui perpetuo ex Conciliorum teſtimonio intelligit, haud miratur cum Thomaſſino* (*b*) *temporalium dumtaxat rerum curam committi Praepoſitis Monaſteriorum a S. Iſidoro:* „ Ad Praepoſitum pertinet ſolicitudo Monachorum, actio cauſſarum, cura poſſeſſionum, ſatio agrorum, plantatio, & cultura vinearum, diligentia legum, conſtructio aedificiorum, opus Carpentariorum, ſeu Fabrorum. „ Nunc demum iſthaec nata oratio eſt, noloque in ſerium convertere, quod per jocum Cennium dixiſſe forte opinor. Ceterum ſi obfirmato vultu loqueretur, eum falſa fuiſſe fabulatum firmiſſimis rationibus confirmarem. Primo enim producere poſſem Regulam S. Iſidori, ex qua liquido intelligitur, Abbatibus, ceteriſque Officiis ſua ab Epiſcopis nequaquam fuiſſe demandata munera, ſed ab Abbatibus plane ſuis Monachis fuiſſe adſignata. Siquidem dicit: (*c*) *Et licet haec cuncta* (officia) *ſpecialiter ſingulis maneant diſtributa, omnia tamen a Patre Monaſterii ordinata ad curam Praepoſiti pertinebunt*. Et rurſus: *Ad unum, quem Pater Monachorum elegerit, pertinebit &c.* Immo & Regulam S. Fructuoſi, quae inter alia decernit, ut non tantum ab Abbate, ſed etiam ab omnibus Monachis Cellerarii officium conferatur: *Eligatur*, inquit, (*d*) *Cellerarius bonae patientiae probatus, quem communis elegerit collatio*. Sed quid his immoror? Quandoquidem tantum abeſt, ut Epiſcopi munera in Abbates, & Monachos partienda, ſibi adrogarent, ut nec ſibi ſpiritualem Patrem Sanctimonialium, quas a Monachis voluerunt dirigi, eligendi jus retinuerint. Audiantur Patres Concilii Hiſpalenſis II. cui praefuit S. Iſidorus: *Conſenſu communi*, inquiunt, (*e*) *decrevimus, ut Monaſteria Virginum in provincia Baetica, vel ubicumque condita Monachorum adminiſtratione, ac praeſidio gubernentur .... Sane is, qui ab Abbate praeponitur, judicio ſui Epiſcopi comprobetur*. Quidnam his temporibus ultra adprobationem requi-

Non ab Epiſcopis, ſed ab Abbatibus demandabantur officia & munera,

non ſolum in ſuis Coenobiis,

ſed etiam in Monaſteriis Monialium,

(a) Cap. 2. n. 9. (b) P. 1. L. 2. c. 93. n. 17. (c) Cap. 19. (d) Cap. 6. Reg. comm. (e) Can. 11.

quirunt Epiſcopi a Monialium Confeſſariis, quae Abbatum ditione reguntur? Deinde vel ipſius Thomaſſini auctoritatem adferre poſſem, qua doceretur Cennius, Abbatibus temporalium rerum curam neutiquam fuiſſe commiſſam. Et, ſi forte evenerit, ut eos tamquam aetate plerumque provectos ejuſcemodi onere aliquanto immoderatius impoſito levem, quid agent Abbates in Monaſteriis, *in quae, Monachoſque Epiſcopi ſoli jus habere* dicuntur? Profecto ad Gaditanos poterunt ad legendas conchas ſuo arbitratu ſeſe conferre. Periclitemur, an res proſpere cedat, audiamuſque Thomaſſinum, cujus teſtimonio Cennius innititur, ita dicentem (*a*) XVII. *De Praepoſitis Monaſteriorum. Animadvertendum illud quoque eſt jam in Monaſteriis conſtitutas fuiſſe Praepoſituras, quaſi dicas Prioratus. Merae erant adminiſtrationes, ſed nec ſi rem ab origine repetas, aliud erant beneficia omnia, quam adminiſtrationes quaedam perpetuae. Praepoſiti, & Priores primas poteſtatis partes habebant in Monaſteriis. Poſtulavit a Gregorio Papa Joannes Abbas licentiam, ut Bonifacium in Monaſterio ſuo Praepoſitum ſibi creare poſſet:* (*b*) „ Petiit dilectio tua, ut frater Bonifacius in Monaſterio tuo a te debeat ordinari „ Praepoſitus „ *Praecepit alibi* (*c*) *idem Pontifex, ut Abbati ſocordi, & ignavo Praepoſitus adderetur pervigil & induſtrius, qui ejus vices ſuppleret. Roma Neapolim Monachum miſit, ut Monaſterii Praepoſitus fieret, & mox Abbas, ſi ei ſe dignitati parem interim probaret. In Dialogis autem* (*d*) *loquitur Gregorius de quorumdam Praepoſitorum magnanimitate, qui diſciplinae vigorem, vel obluctantibus ipſis Abbatibus, quos Graeco more Patres Monaſteriorum vocat, infracta animi virtute tuebantur. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus Praepoſitis temporalium maxime curam videtur mandare.* „ Ad Praepoſitum pertinet ſolicitudo Mo„ nachorum, actio cauſſarum, cura poſſeſſionum &c. ut ſupra. *Patebit infra ex totius hujus operis contextu in temporalium Monaſterii rerum adminiſtrationem uſque adeo ſe demerſiſſe Praepoſitos, ut id muneris aliquando etiam laici uſurparint.* Quae Thomaſſini verba, quaeque ex S. Gregorio Magno ipſe deſumſit, qui diligenter expenderit, & diſcrimen adgnoſcet inter Abbates & Praepoſitos, & ſimul *mirabitur cum cl. Viro temporalium dumtaxat rerum curam com-*

ad quos ridiculum eſt pertinuiſſe curam rerum temporaliũ

quae ſpectabat ad Praepoſitos Monaſteriorum

ab Abbatibus ratione diſcretos, ut patet auctoritate S. Gregorii Magni,

Thomaſſini,

(a) P. 1. *L.* 2. *c.* 93. *n.* 17. (b) *Lib.* 2. *ep.* 3. (c) *Lib.* 4. *Ep.* 4. (d) *L.* 1. *c.* 1. 7.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. II.

committi ab Iſidoro Praepoſitis Monaſteriorum, Cennii judicio, ab Abbatibus nulla notione diſcretis. Abbatem, & Monaſterii Praepoſitum non eſſe unum & idem percipere poterat noſter Cennius ex Concordia Regularum, quam non

Menardi.

ſemel laudavit, ubi Hugo Menardus ita ait: (a) *In hoc Regulae loco, & in auctoribus in hac Concordia citatis Praepoſitus non eſt Princeps Monaſterii, ſed alter ab Abbate: & duae olim erant hae dignitates, Abbas, & Praepoſitus, ut*

Concilii Turonenſis.

liquet ex Concilio Turonenſi II. Anno 567. habito, quod ſtatuit, (b) *ut ſchola labore communi conſtruatur, ubi omnes jaceant, aut Abbate, aut Praepoſito gubernante.* Et rurſus ait: (c) *Si Abbas in hac parte, aut Praepoſitus negligens apparuerit.* Et reapſe Menardum id recte & merito dixiſ-

Regularum

ſe, conſtat ex Regulis Patrum, quas ſi conſulamus, hanc inter utrumque diſcrepantiam deprehendemus. Et quidem

S. Benedicti.

ut a Regula S. P. Benedicti incipiam, omiſſis duobus capitibus, in quibus de Abbate, & Praepoſito Monaſterii ſeorſim agit, referam dumtaxat, quae ait (d) in Concordia Regularum, cujus ordinem Capitum omnino ſervabo: *Qui tamen Praepoſitus*, inquit, *agat cum reverentia quae ab Abbate ſuo ei injuncta fuerint.* Mox ſeſe offerens

S. Ferreoli.

S. Ferreolus ſic ait: (e) *Sub Abbate perſonam ſtrenuam, & diſciplinam valde amantem, quae dignam curam Praepoſiti nomenque ſuſcipiat, decernimus pro ſolatio Abbatis in-*

Tarnatenſis.

ſtitui. Non invitus his ſubnectam Regulam Tarnatenſem, in qua haec habentur: (f) *Praepoſito ſpecialiter obediatur, multo magis Abbati.* Ne autem ab Hiſpania digrediar,

S. Fructuoſi.

praetermiſſis aliis Regulis, audi S. Fructuoſum ita dicentem: (g) *Ipſe Praepoſitus hoc provideat, ut Abbas nullum laborem habeat.* Adnotatu dignum illud quoque eſt, quod

& Ipſius S. Iſidori, unde Thomaſſinus, & ex eo Cennius mutuati ſunt verba illa: Ad Praepoſitum pertinet, &c.

vel ex ipſa Regula S. Iſidori, ex qua Thomaſſinus, & ex eo Cennius mutuati ſunt verba ſuperius laudata, ſcilicet: *Ad Praepoſitum pertinet ſolicitudo Monachorum &c.* clariſſime cognoſcitur Abbatum, Praepoſitorumque diſtinctio. Siquidem S. Doctor ita inquit in Regula: (h) *Quaecumque autem operantur Monachi manibus ſuis, Praepoſito deferant; Praepoſitus autem Principi Monachorum.* Et iterum: (i) *Per ſingulas hebdomadas Abbas, ſive Praepoſitus lectulos cunctorum perſpiciat.* Et quia Graeci orationem nullam putant inluſtriorem ipſa evidentia reperiri poſſe, proferam ve-

tera

(a) Cap. 27. §. 1. (b) Can. 14. (c) Can. 16. (d) Cap. 27. §. 1. (e) Cap. 27. §. 4. (f) Cap. 27. §. 6. (g) Cap. 27. §. 12. (h) Cap. 6. (i) Cap. 14.

tera monumenta, ex quibus unuſquiſque apertiſſimam Abbatum, Praepoſitorumque differentiam intelliget. Anno 979. in charta venditionis ſpectante ad Monaſterium S. Facundi Hiſpanum haec reperiuntur: (a) *In qua loco eſt Felix Abba, & Job Praepoſitus cum magno choro Monachorum.* Et ut aliqua etiam ad Italiam noſtram pertinentia proferantur, Anno 972. Membranulae complectenti emphytheuſim Arretini Monaſterii SS. Florae & Lucillae hujuſmodi videntur adpoſitae ſubſcriptiones: (b) *Ego Petrus humilis Abbas. Ego Urſo Presbyter & Praepoſitus.* Anno 1030. permutationi quorumdam bonorum conſpiciuntur ſubſcripti: (c) *Rodulphus Abbas. Bonizo Presbyter & Monachus & Praepoſitus.* Anno 1109. redemtioni quarumdam rerum, quae pignori fuerant oppoſitae, ita ſubſcriptum legitur: (d) *Ego Theobaldus Abbas. Ego Berardus . . . . & Praepoſitus.* Abs recentioribus documentis abſtineo, quum deinceps in Monaſteriis noſtris qui Praepoſiti munere fungebatur, Prioris nomen adſumſerit. Ex quibus omnibus luce meridiana clarius patet, S. Iſidorum in Regula (e) recenſentem officia Monaſterii Honoriacenſis adſignaſſe Praepoſitis, non Abbatibus, curam rerum temporalium: *Ad Praepoſitum pertinet ſolicitudo Monachorum, actio cauſſarum, cura poſſeſſionum, ſatio agrorum &c.* Quod & confirmat Martenus, (f) dum ait: *Praepoſitus apud Monachos, qui primus poſt Abbatem erat, ut patet ex eorum paſſim Regulis.* Et inferius: *Hic tantum adnotare ſufficiat, praecipuum Praepoſiti officium fuiſſe, exteriora Monaſterii negotia procurare, ut patet tum ex citatis Regulis S. Iſidori, & S. Fructuoſi, atque ex Udalrico, tum ex Fauſto in Vita S. Mauri, ... tum denique ex his, quae ſcribit S. Gregorius Papa de Libertino Fundenſis Monaſterii Praepoſito, quem ſaepius repraeſentat utilitates Monaſterii foris procurantem.* Et hoc ipſum prius adverterat Hugo Menardus in Concordia Regularum, (g) ubi dicit: *Id olim uſu receptum fuit in quibuſdam Monaſteriis, ut omnis ſubſtantiae temporalis cura penes Praepoſitum eſſet.* Sed ab alieni inſtituti homine Monachalium Regularum peritiam non exigimus.

& veterum monumentoru Abbatum, Praepoſitorumque differentiam demonſtrantium;

Qui Praepoſiti, poſtea fuerunt vocati Priores; & eos incubuiſſe ad externa & temporalia, docet S. Iſidorus,

& confirmant Martene,

& Hugo Menardus

XI.

Abbates temporalium rerum tricis ſatis ſuperque exſolutos jam puto; tentare modo libet, num eos in ſuam pri-

(a) *Apud Peresium Diſſert. Eccleſ. pag.* 61. (b) *Capſ. I. n.* 3. (c) *Capſ. S. n.* 48. (d) *Capſ. E. n.* 30. (e) *Cap.* 19. (f) *In Comment. in Regul. S. B. Cap.* 65. (g) *Cap.* 27. §. 12.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. II.

priſtinam dignitatem reſtituere mihi contingat. Antequam vero hanc cauſſam adgrediar, quum mox oſtenderim non ad Abbatem, ſed ad Praepoſitum pertinere, quae S. Iſidorus praeſcripſit in Regula; id tamen non ſic a me dictum velim, ut Abbas omnem rei temporalis curam debeat, ſive poſſit abiicere: *Quiſquis enim*, ait S. Gregorius Magnus, (*a*) *regendis fratribus praeeſt, vacare funditus a curis exterioribus non poteſt*. Sua igitur vigilantia perficere debet, ut Monaſterii bona, reſque familiares a miniſtris, quos elegerit, fideliter adminiſtrentur, ac diſpenſentur, pariterque exquirere, num quae praeceperit, integre adimpleantur: quod dubium non eſt, quin ſupremam rerum temporalium diſpenſationis poteſtatem praeſeferat.

Diſpenſatio rerum Monaſterii penes Abbates, quibus,

De alia itaque juriſdictione Abbatum loquuturus, audio Cennium ita dicentem: (*b*) *Per totum Saeculum ſeptimum ſumma Epiſcoporum poteſtas fuit aeque in Clericos, ac in Monachos, quippe qui uno Religioſorum nomine adgnoſcebantur*: Si quis Religioſorum ab Epiſcopo uſque ad „ extremi ordinis Clericum, ſive Monachum: „ Quod ſentit Cennius, mihi prorſus non probatur.

non Epiſcopis, ut vult Cennius, jus erat in Monachos,

Si enim vel ſolum Abbatis nomen ſtudioſe expendam, aequam oppoſitionem meam judicare videtur eruditiſſimus Catalanus, qui de Benedictione Abbatis diſſerens ita inquit: (*c*) *Abbatis, ſeu Patris nomine optime exprimitur is, qui Monaſterio praeeſt; nam ut verbis utar Tertulliani in Libro de Oratione Cap. 2.* „ Appellatio iſta & pietatis eſt, & poteſta„ tis. „ *Pietatis, quia parentes, & ſuperiores filios, ſubditoſque debent diligere; poteſtatis vero, quia peccantes corrigere debent*. Hinc Smaragdus ait: (*d*) *Dicitur enim & vocatur Abbas, ideſt Pater. Si enim Pater eſt, paterno more filios, ideſt Monachos ſuos, nutriat, paterno more diligat, & quum neceſſe fuerit, paterno more caſtiget, arguat, obſecret, & cum increpatione corripiat, & ſi neceſſario excommunicationis cauterium, vel virgarum adhibuerit flagellum, non animi odio, ſed hoc faciat amore paterno*.

ut innuit Abbatis nomen,

Et Tamburinus multis confirmat, huic eidem nomini eſſe adnexam curam ſimul cum juriſdictione, (*e*) quam denotare videtur vel ipſe baculus paſtoralis, quem Abbatibus competiiſſe Acta S. Aicadri Abbatis Gemeticenſis, (*f*) & Poe-

& baculus paſtoralis ex omni memoria eis competens,

(a) *Lib. 1. Regiſt. c. 2.* (b) *Cap. 3. n. 4.* (c) *T. 1. in Pontif. Rom. tit. 15. n. 2.* (d) *In Cap. 2. Reg. S. Benedicti.* (e) *T. 1. de Jur. Abbat. diſp. I. q. 2.* (f) *Saec. II. Bened.*

Poenitentiale Theodori Archiepiſcopi Cantuarienſis, (*a*) qui Saeculo ſeptimo floruerunt, apertiſſime demonſtrant. Praeterea hanc Abbatum poteſtatem in Monachos omnino adſtruunt Concilia. Tarraconenſe habitum Anno 516. de Clericis, ſive Monachis, qui ad conſanguineas ſalutandas ſeſe conferentes, vel diutius ibi morantur, vel ſocium teſtem ſui ſolatii fide & aetate probatum non habent, ita decernit: (*b*) *Si quis haec a nobis ſtatuta contemſerit, ſi Clericus eſt, loci ſui dignitate privetur; Si vero Religioſus, vel Monachus, in cella Monaſterii recluſus poenitentiae lamentis incumbat, ubi ſingulari adflictione panis & aquae victum ex Abbatis ordinatione percipiat.* Et inferius (*c*) Monachis e Monaſterio egredientibus interdicit, ne, *niſi forte cum Abbatis imperio*, aliquod officium Eccleſiaſticum exſequantur. Nec minore claritate Abbatum poteſtatem in Monachos retegit Ilerdenſe Concilium Anno 546. celebratum, dum ita inquit: (*d*) *De Monachis vero id obſervari placuit, quod Synodus Agathenſis, vel Aurelianenſis noſcitur decreviſſe.* Quid autem prima decernit? (*e*) *Servandum quoque*, ait, *de Monachis, ut eis ad ſolitarias cellulas liceat a congregatione diſcedere, niſi forte probatis poſt emeritos labores, aut propter infirmitatis neceſſitatem aſperior ab Abbatibus regula remittatur. Quod ita demum fiet, ut intra eadem Monaſterii ſepta manentes, tamen ſub Abbatis poteſtate ſeparatas habere cellulas permittantur.* Audi alteram: (*f*) *Monachi autem Abbatibus omni ſe obedientiae devotione ſubiiciant.* Sed Ilerdenſi inſiſtamus, quae ibidem ita ſubdit de Monachis loquens: *Hoc tantummodo adiiciendum, ut pro Eccleſiae utilitate, quos Epiſcopus probaverit, in Clericatus officio cum Abbatis voluntate debeant ordinari*, nempe ad miniſteria in extraneis Eccleſiis pro nutu Epiſcopi exercenda, ut obſervat Mabillonius. (*g*) Carthaginienſe enim Concilium poſtquam prohibuit, ut ſuperius dixi, cuilibet „ Epiſcopo in Monaſteriis ordinationem quamvis leviſſimam, „ niſi Clericorum, ſi ipſa Monaſteria voluerint habere, il„ lico interdictionis cauſſam adjungit: *Eſſe enim debent Monachi in Abbatum ſuorum poteſtate.* Porro duo tunc erant, ut docet Mabillonius, (*h*) apud Monachos Clericorum ordines; Alii enim, petente Abbate, & coetu Monachorum ad uſum Monaſterii: alii, permittente Abbate, ad petitio-

& ut adſtruunt Concilia, Tarraconenſe.

Ilerdenſe.

Agathenſe.

Aurelianenſe, Iterumque Ilerdenſe,

M

(a) Cap. 3. de Ordinat. diverſ. (b) C. 1. (c) C. 11. (d) Can. 3. (e) Can. 38. (f) Can. 19. (g) Lib. 2. Annal. Bened. n. 37. (h) Lib. 1. Ann. B. n. 43.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. II. tionem Epiſcopi ordinabantur. Primi generis Clerici nequaquam a Monaſticis functionibus, & vinculis eximebantur, ſed intra Monaſterium, cui quodam modo adligati erant, conſiſtere debebant: poſteriores ab ejuſmodi vinculis expediti erant, quatenus exterioribus ordinis ſui muniis adverſabantur, & hi erant in poteſtate Epiſcoporum. Quare non immerito Concilia ſtatuerunt, ut Abbatis conſenſus requireretur ad hoc, ut Epiſcopi Monachos ad Sacros Ordines, & Eccleſiaſticum honorem poſſent promovere. Res magis elucet ex facto Candidi Urbis Veteris Epiſcopi. Hic quum in maxima Presbyterorum anguſtia verſaretur, S. Gregorio Magno ſcripſit, in quibuſdam ſuae Dioeceſis Monaſteriis quoſdam eſſe Monachos, qui ad id muneris apti erant, ſi modo ſibi eos ordinare liceret. Ita reſpondit S. Pontifex: (a) *Praeſentibus vobis licentiam damus epiſtolis, Monachos de Monaſteriis in tua Parochia poſitis cum conſenſu Abbatis ſui tollere, & Presbyteros ordinare.* Quod omnino conſonum eſt jam laudato Decreto Concilii Carthaginienſis, ut ſcilicet ſine bono teſtimonio Abbatis, vel „ conceſſione, nullus Monachum in aliqua Eccleſia teneat „ ad Clericatum, vel promoveat ad honorem; Hinc mirari ſubit, cl. Cennium nonniſi aegre concedere, Conſtitutum S. Gregorii pro libertate Monachorum, in Concilio Lateranenſi Anno 601. conditum, in Hiſpaniis ante Saracenorum invaſionem vim habuiſſe: (b) *Si mota, inquit eadem* (Monaſteriorum ſubjectio Epiſcopis) *eſſet, ut in Gregorii Conſtituto habetur, nihil inde laicis emolumenti acceſſiſſet.* Qui conferet S. Gregorii Magni Conſtitutum cum Decreto Concilii Carthaginienſis edito pro libertate Monaſteriorum, quod jam in Hiſpaniis viguiſſe ex hucuſque dictis ſatis perſpeximus, & ex dicendis dilucidius intelligemus, Gregorianum Conſtitutum, quod nonniſi laudati Decreti quaſi exemplar eſt, in Hiſpaniis adgnitum fuiſſe toto capite adnuet. Aedepol, ſi Cennius heic non falſus ſit, neminem umquam falſum mihi prorſus perſuadeam. Si haec autem non ſufficiant, aliorum Conciliorum auctoritati tenaciter adhaereſcens

Toletanum VII. poſſem ei obtrudere Concilium Toletanum VII. Anno 646. habitum, quod de Monachis vagis ita decernit: (c) *Quicumque ex Sacerdotibus, vel miniſtris vagantes repererint,.... Coenobiorum Patribus corrigendos adſignent.* Poſſem ei obiicere

(a) *Lib.* 5. *Ep.* 27. *T.* 6. *Concil.* (b) *Cap.* 2. *n.* 15. (c) *Can.* 5.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. II.

Caeſaraugustanum III. Toletanum XII.

bIicere Caeſarauguſtanum III. Anno 691. celebratum, quod ita loquitur: (a) *Quia novimus, quoſdam Abbates, quibus regulariter cura regendarum animarum commiſſa eſt &c.* Poſſem & ei opponere aliud Toletanum XII. decennio ante convocatum, a quo, perſpecta & cognita cauſſa Monaſterii Villulae Aquis, ubi S. Pigmenii Abbatis & Epiſcopi Dumienſis Corpus quieſcebat, Epiſcopali Sede aucti juſſu Uvambae Regis, ita definitum fuit: (b) *Praedictus locus ſub Monaſtica deinceps inſtitutione manſurus, non Epiſcopali ultra privilegio fretus, ſed ſub Abbatis regimine, ſicut hucuſque fuit, erit modis omnibus mancipandus.* Sed Conciliis omiſſis, ad antiquas Hiſpanas Regulas convolabo. Regula S. Iſidori ſic ait: (c) *Excommunicandi poteſtatem habebit Pater Monaſterii, ſive Praepoſitus.* Et alibi: (d) *Nullus Monachorum, inconſulto Abbate, audeat uſpiam progredi, nec aliquid praeſumere ſine imperio ejus, ſeu Praepoſiti.* S. Fructuoſus Capitulo quinto Regulae communis hunc praefixit titulum: *Qualiter debeant Monachi ſubditi eſſe ſuo Abbati.* Et alibi inquit: (e) *Pro animabus ſibi ſubditis auxilium Domini implorent, quia de ipſis in tremendo judicio cum grandi diſcuſſione ſperent ſe Deo rationem reddere.* Praeterieram paene S. Valerium Abbatem, quem S. Benedictus Abbas Anianenſis in Concordia Regularum de genere Monachorum loquentem inducit: *Rectores vero eorum,* inquit S. Abbas Hiſpanus, *etſi exiſtiment ſe graviter ante Deum eſſe culpabiles, ſed quia erga gregem ſibi creditum negligentes, & mala non prohibentes exſiſtunt, non ſolum propter propria delicta, ſed pro ſubditorum flagitiis dupliciter condemnabuntur.* Sed queri jamdudum mecum Eutropius Abbas Servitanus videtur, quod quum juniores teſtes excitarim, de ſua auctoritate nihil ſolicitus fuerim. Floruit autem hic Anno circiter 583. & ad Petrum Epiſcopum Ircabicenſem, in cujus Dioeceſi habuiſſe Monaſterium vicinitas ſuadet, ſcripſit Epiſtolam Apologeticam, quae eſt in Adpendice ad Codicem Regularum. Inter alia ibi haec leguntur: *Divinae potentiae ordo, & ineffabilis diſpoſitio praecipit, ut ſicut in Saeculo Princeps, in Eccleſia Paſtor & Pontifex, praeficiatur & in Monaſteriis Pater: at nefario operi, & actionibus ſceleſtis & impiis obſiſtere; & contra humani generis mores perpetratum facinus diſtrictionis & ſeve-*

& confirmant antiquae Regulae Hiſpanae S. Iſidori.

S. Fructuoſi.

S. Valerius Abbas.

S. Eutropius Abbas.

M 2 rita-

(a) Can. 3. (b) Can. 4. (c) Cap. 17. (d) Cap. 22. (e) Cap. 10. Reg. comm.

DISSERT. II. CAP. II.

ritatis poſſit gladio vindicare. Quanta autem fuerit etiam ante Saracenicam irruptionem Abbatum poteſtas in Monachos, nemo percipiet, niſi legerit pactum Regulae S. Iſidori praefixum, a Mabillonio editum, (a) in quo haec habentur: *Noſtrum ergo erit ab hodierno die & tempore tuis monitis obedire, praecepta ſervare, actus & conſcientias tuas revereri: tuum vero id omne, quod a majoribus legendo, vel audiendo didiciſti, nobis ſine cunctatione imperare*. Et clarius percipiet ex pacto, quod eſt in fine Regulae communis S. Fructuoſi, cujuſque fit mentio in eadem Regula. (b) Ex multis, quae illud complectitur, haec tantum delibentur: *Promittimus etiam Deo, & tibi Patri noſtro, ut ſi quis ſine benedictione fratrum, aut tuo imperio, per vitium ad alia loca ad habitandum tranſire voluerit, habeas poteſtatem incautam ejus perſequi voluntatem, qui hoc tentaverit, & comprehenſum cum ſajonibus judicum ad Regulae cenſuram reducere; & ſi aliquis eum defendere voluerit Epiſcopus, vel ejus qui ſequitur ordo, aut laicus, & tua admonitione audita, apud ſe eum retinere voluerit, communicatio illius cum Diabolo ſit, ... qui hoc fecerit*. Cum his, quae protuli, quomodo cohaerebunt, quae adfert Cennius? (c) *Per totum Saeculum ſeptimum ſumma Epiſcoporum poteſtas aeque in Clericos, ac in Monachos*. Et: (d) *Summa eſt, quod in Monaſteria, Monachoſque Epiſcopi ſoli jus habuerunt in Hiſpaniis, antequam Saraceni eas invaderent*. Nullumne igitur jus erat Epiſcopis in Monachos? Profecto illud ipſum tantum, quod ipſemet Cennius ex Concilio Toletano IV. Anno 633. habito recitavit, (e) in quo ſtatutum fuit, (f) ut *hoc tantum ſibi in Monaſteriis vindicent Sacerdotes, quod praecipiunt Canones, ideſt: Monachos ad converſationem ſanctam praemonere, Abbates, aliaque Officia inſtituere, atque extra regulam facta corrigere. Quod ſi aliquid in Monachos Canonibus interdictum praeſumſerint, . . . non deerit ab illis ſententia excommunicationis*. Quod omnino conſonum eſt iis, quae decernunt Concilium Oſcenſe habitum Anno 598. & Toletanum XVI. coactum Anno 693. Primum enim Can. I. ait: *Unuſquiſque noſtrum annuis vicibus omnes Abbates Monaſteriorum, vel Presbyteros, & Diaconos ſuae Dioeceſis ad locum, ubi Epiſcopus elegerit, congregare praecipiat, & omni-*

Pactum Regulae S. Iſidori praefixum.

Ac pactum in fine Regulae communi S. Fructuoſi.

Epiſcoporum jus in Monachos ad quid redigitur?

(a) *In Annal. Bened. Lib. XII. n. XLII.* (b) *Cap.* 8. (c) *Cap.* 3. n. 4. (d) *Ibid.* n. 9. (e) *Ibid.* n. 5. (f) *Can.* 51.

omnibus regulam demonſtret ducendi vitas, cunctoſque ſub Eccleſiaſticis regulis adeſſe praemoneat. Alterum autem Can. 7. inquit: *Coram eis pleniſſime omnia referet, quae eodem Anno in Concilio acta, vel definita eſſe noſcuntur*.

XII.

Doctiſſimus Cennius poſtquam Abbates poteſtate in Monachos exſpoliavit, fretus auctoritate mox laudati Canonis Concilii Toletani, Monachos jure eligendi Abbates denudare conatur. *Quum in calce ſuperioris capitis*, inquit, (*a*) *oſtenderim, Monaſteria Principatus Cataloniae inſtaurata, ſeu fundata eſſe poſt Saracenos expulſos ſub S. Benedicti Ordine, probaverimque electionem Abbatis juxta Regulam Sancti ejuſdem Patris; operae me facturum pretium exiſtimo, ſi contrariam conſuetudinem propoſuero, antequam barbari illi diſciplinam priſcam everterent*. Et rurſus: (*b*) *Benedictus Abbatem a Congregatione omni Monachorum eligendum ſtatuit..... Contra Iſidorus de electione nihil ſtatuit; ſacra enim lege Nationalis Concilii, cui ipſe praeerat, definitum pro Monaſteriis omnibus fuerat, Epiſcoporum proprium eſſe* „ Abbates, aliaque Officia inſtituere „ Qui in haec verba animum intendit, dubitare non poteſt, quin Cennius putet, verbum illud *inſtituere*, non admittere Abbatum electionem a Monachis faciendam, quos ob id eo jure privatos eſſe pronuntiat. Interpretatio iſthaec ſubtili, necne, Minerva facta ſit, prorſus ignoro. Hoc unum ſcio, me fore mentiturum, ſi eam meas aures impleſſe faterer. Si enim quem verbo illo ſenſum claudant Gloſſae illius Canonis, diligenter intuear, aut ordinationem Abbatum ab Epiſcopis peragendam illud innuere, ut vult Mabillonius, (*c*) aut electi confirmationem, ſeu inveſtituram, ut explicat Gloſſa apud Gratianum, (*d*) idem exprimere haud dubitanter deprehendo. Quocumque ſe vertat Cennius, hamum vorabit. Sub ſexti Saeculi exordium quam modo dicunt *Abbatum Benedictionem*, nuncupatam fuiſſe *ordinationem*, luculenter oſtendit S. P. Benedictus in Regula, qui non tantum Abbates, ſed etiam Monaſteriorum Praepoſitos fuiſſe ſolitos ſuo aevo ab Epiſcopis ordinari teſtatur, dum ait: (*e*) *Ab eodem Sacerdote, vel ab eiſdem Abbatibus, qui Abbatem ordinant, ab ipſis etiam & Praepoſitus ordinatur*. In quae verba ita Smaragdus Abbas: *Mos eorum tunc erat, ut quando Abbas*

Abbatum inſtitutio ab Epiſcopis facienda

vel eſt Ordinatio, ſeu Benedictio,

(a) *Cap.* 3. *n.* 15. (b) *N.* 16. (c) *Lib.* 12. *Annal. Bened. n.* 40. (d) 18. *q.* 2. *c. Hoc tantum ſibi*. (e) *Cap.* 65.

bas ordinabatur, tunc ab eodem Epiſcopo, & ab aliis coram adſtantibus Abbatibus & Praepoſitus ordinaretur. Et Hugo Menardus: *Non tantum ab Abbatibus ordinabantur Abbates, ſeu Praepoſiti, ſed etiam ab Epiſcopo, & Abbatibus*. Sed & idipſum confirmat Theodorus in Poenitentiali, dum inquit: (a) *In Abbatis ordinatione Epiſcopus debet Miſſam agere, & eum benedicere inclinato capite, cum duobus vel tribus teſtibus de fratribus ſuis, & donet ei baculum, & pedules*. Ante autem Theodorum S. Gregorius Magnus Abbatum ordinationis mentionem fecerat, dum ita ſcribit ad Marinianum Epiſcopum Ravennatem: (b) *Qui electus fuerit, ſine dolo, vel venalitate aliqua ordinetur*. Iterumque ad Fortunatum Epiſcopum Neapolitanum: (c) *Hunc poſt aliquantum temporis eorum Patrem debeas ordinare .... Si vero minus in humilitate proficit, ejus ordinationem differat, mihique renuntiet*. Et ne in hac cauſſa res Hiſpanas oblivisci videar, teſtem producam S. Valerium Abbatem, qui in Vita S. Fructuoſi Epiſcopi Bracarenſis ſic ait: (d) *Juſſit eum* (Decentium) *vocari, & imponens ei manum, ordinavit eum Abbatem*. Nec enim mirum videri debet, ſi heic audias Abbatem per impoſitionem manuum ordinatum, quum in ſeptima Synodo legatur: (e) *Si ipſi Abbati ab Epiſcopo manus eſt impoſita*. Ceterum inſtitutionem, ac ordinationem idem importare, unuſquiſque poteſt addiſcere ab ipſis Conciliis Toletanis, quae ad unum & idem ſignificandum promiſcue eas voces uſurparunt. Ne multus ſim, ſatis habeo, ſi argumentum petam a Toletano XII. quod ita loquitur: (f) *Hic tamen Caniuldus, qui contra majorum decreta illic* (in Monaſterio Villulae Aquis, de quo ſupra) *videtur* INSTITUTUS *fuiſſe Epiſcopus, nullis Canonum erit ad condemnationem ſui ſententiis ulciſcendus; quia non ambitione, ſed Principis impulſione illic conſtitit* ORDINATUS. Si cui tamen magis adrideat interpretatio Gloſſae, quae vult ad Epiſcopos pertinere Abbates inſtituere, ideſt confirmare, adhuc una res erit. Eo enim tempore ipſo, quo Epiſcopi Abbates ordinabant, illos confirmare dicebantur. Id docent Acta S. Maximini Abbatis Miciacenſis, qui obiit circa Annum 520. quae haec habent: (g) *Inſuper & benedictionem, qua Patres, Abbateſque Monachorum confirmari*

In qua dabantur eis baculus, & pedules,

fiebatque per impoſitionem manus;

vel eſt confirmatio, quae unum & idem erat atque Benedictio,

(a) *Cap. 2. de Ordinat. diverſ.* (b) *Lib. 7. Ep.* 18. (c) *Ibid. Ep.* 91. (d) *Saec. II. Bened. pag.* 564. *edit. Venet.* (e) *Can.* 14. (f) *Can.* 4. (g) *Saec. I. Bened. pag.* 567.

DISSERT. II. CAP. II.

ri ſolent, *ſuperaddidit* Euſebius Epiſcopus Aurelianenſis. Id probat S. Beda Venerabilis in Vita S. Benedicti Biſcopi Abbatis, (*a*) qui ſuum ſucceſſorem *accito* Epiſcopo Abbatem *conſueta benedictione firmari* precatus eſt. Et rurſus de alio loquens ait: (*b*) *Reverſo autem Domno Huvetberto, advocatur Epiſcopus Acca, & ſolita illum in Abbatis officium benedictione confirmat*. Poſſet heic demum dari locus inſtitutioni, quae habet inveſtiturae, ut dicunt, nomen apud Canonici juris interpretes, vocaturque miſſio in corporalem, & actualem poſſeſſionem, qualem Anno 1278. Guilhelmo electo Abbati SS. Florae, & Lucillae ab Alberto Canonico Maſſanenſi Vicario Generali & delegato Guillelmi Epiſcopi Arretini datam ex tabulis noſtris adlibco; (*c*) & etiam tunc integra Monachis Abbatum electio reſervatur. Nec enim id tamquam inuſitatum & novum Eccleſiaſticae diſciplinae illorum temporum opponi poteſt, quum Joannes IV. qui triennio poſt a Concilio Toletano IV. ſubrogatus fuit Severino Pontifici, ut docet Binius, rem hanc teſtatam reliquerit: (*d*) *Delegavit nobis*, ita Summus Pontifex reſcribit ad Haac Epiſcopum Syracuſanum, *pia manſuetudo veſtra, utrum Eccleſiae pro quiete Monachorum a Sanctis catholiciſque Epiſcopis eis traditae per Sacerdotes ab eis ordinatos & inveſtitos debeant inſtitui .... Decrevimus, ut amodo Eccleſiae Monachis traditae per ſuos Sacerdotes inſtituantur. Divinae enim leges habent, & Saeculares, ut cujus eſt poſſeſſio, ejus fiat inſtitutio .... Majus enim fuit poſſeſſionem dare, quam ſit veſtituram concedere. Quomodo autem poſſeſſoris jura cognoſcentur, & ſuorum ſibi tributa reddentur, ubi quod ſuum eſt per alterum datur, & quum voluerit auſertur? .... Deinceps omnino licentiam Monachis damus ſuarum Eccleſiarum inveſtitores fieri*. Hac igitur mente Patres Toletani ſtatuerunt, ut Epiſcopi poſſent *Abbates inſtituere*, ut eos a Monachis electos, &, ut dicunt, praeſentatos nonniſi ordinarent, confirmarent, ſeu in Abbatiae poſſeſſionem inducerent. De reliquo ſimile prorſus vero non videbatur, Hiſpanos Praeſules, inter quos e Monachis erant Juſtus Toletanae Eccleſiae Metropolitanus, & Nonnitus Gerundenſis, voluiſſe legem ferre omnino repugnantem, ac contrariam, non dicam, Concilio Carthaginienſi ſaepius laudato, in

vel poterat eſſe Inveſtitura, ſeu miſſio in corporalem poſſeſſionem.

quum electio ad Monachos pertinere ante etiam Saracenorum irruptionem.

ut patet ex Concilio Carthaginienſi.

(a) *Lib.* 1. *n.* 11. (b) *Lib.* 2. *n.* 19. (c) *Caps. N. n.* 120. (d) *Epiſt.* 3. *in T.* 6. *Conc. edit. Venet.*

DISSERT. II. CAP. II. in quo decernitur, ut *quando Abbates de corpore exierint, qui in loco eorum eligendi ſunt, judicio congregationis eligantur, nec officium hujus electionis ſibi vindicet, aut praeſumat Epiſcopus*, ſed Conſtituto S. Gregorii Magni in Concilio Lateranenſi jam edito, & ad Epiſcopos omnes directo, in quo ſtatuitur, ut *defuncto Abbate cujuſquam Congregationis, non extraneus eligatur, niſi de eadem Congregatione, quem ſibi propria voluntate concors fratrum ſocietas elegerit*, quando S. Gregorius Magnus tantae erat apud ipſos auctoritatis, & exiſtimationis, ut Tajo Caeſaraugaſtanus Epiſcopus Romam uſque miſſus fuerit ad conquirendam partem Moralium ipſius, quae in Hiſpania deſiderabantur; & quando S. Iſidorus, qui Concilio praeſedit, fuitque Canonum Auctor, magno in Monaſticum Ordinem ſtudio adſectus, optime norat, a Patribus Concilii Toletani III. cujus ſumma fuit penes S. Leandrum Epiſcopum ejus fratrem, & beatiſſimum Eutropium Monaſterii Servitani Abbatem, fuiſſe ſancitum, (a) ut *omne, quod priſcorum Canonum auctoritas probibet, ſit, reſurgente diſciplina, inhibitum, & agatur omne, quod praecipit fieri: maneant in ſuo vigore Conciliorum omnium Conſtituta, ſimul & Synodicae Sanctorum Praeſulum Romanorum Epiſtolae*. Perſpicuum ergo inde ſit, Epiſcopos nulla ratione Abbatum electiones ſibi potuiſſe adrogare, etſi Cennio noſtro durum id prorſus videbatur, cui profecto ſi explorata fuiſſent S. Fructuoſi Acta ab Auctore coaevo ſcripta, & a cl. Henſchenio edita, (b) numquam dictitaſſet, *opere ſe facturum pretium, ſi contrariam conſuetudinem*, eligendi ſcilicet Abbates, *propoſuerit, antequam barbari illi diſciplinam priſcam everterent*, quum S. Fructuoſus, ut ibidem legitur, non adhuc Epiſcopus in Complutenſi Monaſterio, a quo erat diſceſſurus humanae laudis declinandae gratia, Abbatem ſibi ſubrogaverit: quod ei numquam licitum fuiſſet, ſi Epiſcopis eligendi Abbates jus erat: *Confirmans cunctum regularem ordinem, conſtituenſque Coenobii Patrem &c.* Praeterquamquod incredibile, & ſimile portenti eſt, S. Iſidorum, qui in Regula Monachis Honoriacenſibus praeſcripſit, (c) ut eligerent Abbatem *inſtitutione ſanctae vitae duratum atque inſpectum, patientiae & humilitatis expertum*, Canonem voluiſſe condere

[Marginal notes: & ex Conſtituto S. Gregorii Magni, — quae Praeſules Hiſpani — conſtimerũt obſervari, — pariterque ex Actis S. Fructuoſi, — ex Regula S. Iſidori]

(a) *Can.* 1. (b) *Ad diem* 16. *Apr. Cap.* 1. (c) *Cap.* 2.

Digitized by Google

re non tantum ſuae Regulae, ſed etiam antiquae Eccleſiae conſuetudini oppoſitum, quae fuit, ut Monachi ſibi ſuum Abbatem deligerent, quum id fuerit veterum Patrum Regulis, & Eccleſiaſticis; civilibuſque ſanctionibus praefinitum, ut Menardus optime probat. (*a*) Quare non immerito Mabillonius de Lirinenſi privilegio loquens ait: (*b*) *Ad haec libera Abbatis electio Monachis adſeritur: quod non primum a Leontio Epiſcopo conceſſum, ſed ab ipſis Coenobialis vitae primordiis in more poſitum fuit, naturali aequitate dictante, ut ſuum quaevis familia ſuperiorem eligeret. Sic in Monaſteriis Pachomianis ab initio, ſic in aliis omnibus ſubinde uſus obtinuit.* Et ubi refert laudatum Canonem Toletanum praecipientem Epiſcopis, Abbates, aliaque Officia inſtituere, id eſt *ordinare*, ait, (*c*) *nam electio penes Monachos erat ex Regula Iſidori.* Et quidem *ordinare*; nam praeter Abbates, & Praepoſitos, (ut ſuperius dixi) etiam Decani ordinabantur, ſicut docent Marteneus, (*d*) qui eorum ordinationis formulam ex Regula Magiſtri producit, & Calmetius, (*e*) qui etiam Cellerariorum Benedictionem profert. (*f*) Epiſcopi ergo Hiſpani *Abbates, aliaque officia inſtituebant*, ideſt *ordinabant*, non eligebant. Quod evidentius fit ex pacto praemiſſo Regulae ejuſdem S. Doctoris in codice Lirinenſi vetuſtiſſimo, quod Monachi Honoriacenſes Abbati faciebant, (*g*) in quo haec leguntur: *Quum nos regularis antiquitas doceat Monaſticam non ſine Abbate ducere vitam; nec proficuum eſſe alicui Monachorum juxta ſuum praejudicium ſecum agere, elegimus te in primis loco Abbatis, cui contradimus animas noſtras, ſimulque & corpora &c.* Immo ut conſtaret, in Hiſpaniis acceptum fuiſſe ambabus ulnis S. Gregorii Magni Conſtitutum, quo cavetur, ne *extraneus*, ſed *de propria Congregatione* Abbas eligatur, S. Fructuoſus etiam ſtatuit in Regula, (*h*) *ut Abbas, vel Praepoſitus e proprii ſemper Coenobii Monachis eligantur*; & Capiti tertio Regulae communis hunc titulum praefigit: *Qualis debeat eligi Abbas in Monaſterio.* Quorſum hae Iſidori, ac Fructuoſi praeceptiones in Regulis, quum potius in Conciliis, ſi ad Epiſcopos, & non ad Monachos ſpectaſſet Abbatum electio? Quid? *Quod S. Ildefonſus, Abbate, qui ſe Monachum fecerat, poſt pau-*

ex antiqua Eccleſiae conſuetudine, ut probat Menardus, ac Mabillonius.

itemque ex pacto praemiſſo Regulae S. Iſidori,

ex Regulis S. Fructuoſi,

& ex Actis S. Ildefonſi;

N

(a) *In Concor. Regg. Cap.* 4. §. 1. (b) *Lib.* 1. *Annal. Bened. n.* 44. (c) *Lib.* 12. *Ann. Bened. n.* 40. (d) *In Comm. in Reg. S. Bened. Cap.* 21. (e) *In ſuo Comment. Cap.* 21. (f) *Ibid. Cap.* 31. (g) *Apud Mabill. ibid. n.* 42. (h) *Cap.* 20.

paucos annos defuncto, in locum ejus ab omnibus electus fuit, ut perhibent antiquiſſima ejus Acta, (*a*) quae ab Hiſpania Godeſcalchus Aquitaniae Epiſcopus tranſtulit, & Hermannus Monachus S. Bernardi aequalis commemorat: quod & docet Mariana, qui de S. Ildefonſo ſcribens ita ait: (*b*) *Monachi non alium ſibi praeferendum gubernatorem judicarant*. Quae quum ita ſint, nonniſi lippi, oculiſque capti vel ante Saracenorum irruptionem in Hiſpaniis liberam fuiſſe Monachis Abbatum electionem negare poterunt, quam ut ſibi aut ſervarent illaeſam, aut amiſſam a praepotentibus ſive Epiſcopis, ſive Saecularibus recuperarent, ad revincendam eorum potentiam, diplomata obtinuerunt, & privilegia a Regibus, Imperatoribus, ac Pontificibus Romanis, quae antiquam eorum libertatem tuerentur. Sic Resbacenſes Monachi a Dagoberto I. Francorum Rege, Farfenſes ab Joanne V. Arretini S. Petri de Monte Pingueli a Carolo Magno, itemque Arretini SS. Florae, & Lucillae ab Innocentio II. privilegia impetrarunt, quibus a ſe vim eorum propulſarent, qui liberae Abbatum electioni impedimento eſſent. Sic etiam, ne praetercam Hiſpanos, Arulenſes Monachi a Ludovico Pio, Suredenſes a Carolo Calvo, Urgellenſes S. Caeciliae a Carolomanno, Rivipullenſes a Ludovico IV. Cuxanenſes ab Agapito II. & Monſerratenſes a Benedicto VI. diplomata fuerunt conſequuti, quo ſecurius eligendi Abbates jure fruerentur.

quam electionē ut Monachi ſibi aut ſervarent illaeſam, aut amiſſam recuperarent, privilegia a Regibus, Imperatoribus, & Pontificibus Romanis obtinuerunt.

C A P U T III.

De Inſtitutis, ſeu Regulis Monaſteriorum Hiſpaniae ante Saracenos.

HAud omnia ſane ſophiſmatum plauſtra exoneravit Cennius; onuſtiora enim heic deoneranda ſervavit, ubi Benedictinam Regulam ut ab Hiſpaniis releget, nonniſi initio noni Saeculi reſtituendam, velis remiſque contendit; nunc clariſſimos Scriptores, qui eam inibi evidentiſſime comprobant, tamquam ſtudio partium abre-

(a) *Saec. II. Bened. pag.* 499. (b) *Lib.* 6. *de rebus Hiſp. Cap.* 10.

abreptos carpit, nunc Canones ad ſuae cauſſae commodum contorquet, auctorum mutilat textus, Monachorum genus inſtituit, quod numquam adgnovit Eccleſia. Id omnibus incredibile videbitur, & tamen experientia unuſquiſque percepit, quam immerito, non dicam, doctiſſimis, ſed religioſiſſimis Viris ejuſmodi macula inuſta fuerit; reliqua, ſicuti meam ſpes eximia mentem ſuſtentat, mox certo comperiet. Quum autem hanc provinciam eo tantum conſilio ſuſceperim, ut iis occurrerem, eaque refellerem, quae Cenius Regulae Benedictinae antiquitati in Hiſpaniis adverſantia producit. (quod Benedictinis ſatis erat ad id, ut in priſtina poſſeſſione conſiſterent) hoc tamen haud facile paſſus, ſubinde ſtatui probare etiam ejuſmodi Inſtituti propagationem, quo antiquiſſima traditio oppugnata quidem, ſed numquam everſa, ſarta tecta ab invidorum dentibus ineluctabilius evaderet in argumentum. Hinc fit, ut quum mihi plura dicenda ſint, neceſſitas quoque me ad hocce Caput in longius, quam aequa proportio poſcat, ducendum adiget: ideoque illud in paragraphos diſtribuam, qui ſimul rem magis perſpicuam faciant, & minori taedio Lectores adficiant.

DISSERT. II. CAP. III.

Ut quis in antiqua poſſeſſione conſiſtat, ſatis eſt, ſi refelluntur, quae producuntur adverſantia antiquiſſimae traditioni.

§ I.

I.

DEmonſtrata origine, ac fundatione Monaſteriorum Hiſpaniae, dicendum ſupereſt aliquid de Regula, quam eorum Monachi profitebantur, antequam eo S. P. Benedicti Regula adveheretur. Ut igitur mihi viam ſternam ad ea, quae ſum dicturus, memoria repetendum cenſeo, ex eodem S. Patre, (a) & ex aliis auctoribus triplicem diſtinguendam eſſe Regulam, quarum prima late ſumpta a ſermone Divinae auctoritatis Veteris, ac Novi Teſtamenti, a Sanctorum Patrum ſcriptis & exemplis minime differt. Secunda ita accipitur, ut non intelligatur niſi vera vivendi norma viris, ac virginibus impoſita, ad cujus praeſcriptum vitam dirigant, & ad quam ſervandam, emiſſo voto, ſe Sacramento adſtringant, & obligent, qualis eſt Re-

Monaſteriorum Regula triplex. Prima.

Secunda.

N 2 gula

(a) *Reg. Cap. ult.*

DISSERT. II. CAP. III. Tertia.

gula S. Benedicti. Tertia tamdem eſt illa, quae ex conſtitutionibus conſtat, declarationibus, inſtitutis, conſuetudinibus, & ceteris hujuſmodi obſervationibus, quibus illuſtratur, & determinatur principalis Regula, aut certe nil continet aliud, quam peculiarem cujuſlibet Monaſterii obſervantiam aut conſuetudinem, quae a Regula principali, aut ejus auctore non praeſcribitur, ſed ab uniuſcujuſque Monaſterii Abbate, Praepoſito, vel Decanis ſtatuitur, qualis eſt illa, de qua S. Benedictus loquitur: (a) *Qui Sacerdos Regulam a Decanis, vel Praepoſitis conſtitutam ſibi ſervandam ſciat.* Et haec Regula eſt veluti ſupplementum, ſeu Adpendix Regulae principalis, ſeu ſecundo modo dictae, quales eſſe illas SS. Iſidori, ac Fructuoſi, habita ratione Regulae S. Benedicti, unicuique inferius videre licebit.

Haec autem eſt Adpendix ſecundae.

His praenotatis, certo credam me opinione non falli, ſi adferam primis temporibus in Hiſpaniarum Monaſteriis non aliam ſervatam fuiſſe Regulam, quam primam late ſumtam, quae utique ab Abbatis voluntate pendebat; quae ſcilicet verbo, non ſcripto tradebatur, qualem fuiſſe Adeodati, ſeu Theodati Regulam, qui nullam ſcripſit, innuere videtur S. Gregorius Magnus, dum ait: (b) *Qui videlicet Romanus non longe in Monaſterio ſub Adeodati Patris Regula degebat.* In quae verba egregie Angelus de Nuce: (c) *Theodati Regula ipſe eſt Theodatus, ſeu Theodati regimen, directio, obedientia, ſub qua Romanus degebat; nempe non ſcriptus Canon, ſed Regula viva, nam Spiritus Sanctus ipſis erat Regula, ipſi vero Monachis.* Qua de re idem prius ſenſerat Caſſianus, quum dixit: (d) *Tot propemodum typos, & Regulas vidimus uſurpatas, quot etiam Monaſteria, Cellaſque conſpeximus.* Nec enim nobis confingenda heic eſt Regularum inſtructiſſima Bibliotheca, quarum tamen ne una quidem ad nos pervenerit, & omnes S. Benedicti Abbatis Anianienſis Collectionem effugerint. Caſſiano igitur Regula eſt Inſtitutum & norma vivendi, quam proprio quiſque Abbas Monaſterio conſtituebat, non ſcripto Canone, ſed vivis praeceptionibus, ac doctrinis. Quod & clarius indicavit Abbas Fundanus in Epiſtola ad Simplicium Caſini Abbatem, (e) dum inquit: *Experientia compertum eſt, multorum Rectorum mores varias vivendi normas in Monaſteriis peperiſſe.* Poſtmodum vero nunc hanc, nunc illam, modo

Primo in Monaſteriis Hiſpaniae fuiſſe ſervatam primam Regulam, vivam ſcilicet, non ſcriptam docet conſuetudo Monaſteriorum, ut monet Nuceus,

& ſenſerat Caſſianus,

& Abbas Fundanus.

Deinde Monaſteria non ita e-

(a) Cap. 62. (b) Lib. 2. Dial. Cap. 1. (c) In Chron. Caſin. in Cap. 1. Vitae. S. Bened. (d) Lib. 2. Inſtit. Cap. 2. (e) Apud Angel. de Nuce in Chron. Caſin. p. 353.

modo Baſilii, modo Caſſiani, nunc utriuſque, & aliorum Abbatum Regulas in uno eodemque Monaſterio fuiſſe receptas ex eo colligitur, quod non ita paſſim tunc temporis, ut rem bene exploravit Mabillonius, (*a*) addicta erant uni Regulae Monaſteria, quin & aliam inducerent, vel ſuperinducerent pro ſui Abbatis arbitrio. Et ſane in Coenobio Atanenſi apud Lemovices, teſte Gregorio Turonenſi, (*b*) *non modo Caſſiani, verum etiam Baſilii, & reliquorum Abbatum, qui Monaſterialem vitam inſtituerunt, celebrabantur Regulae*. Sic uſu veniſſe in Hiſpanicis Monaſteriis, antequam in ea S. Benedicti Regula inveheretur, connicere licet ex duobus Codicibus, qui in Monaſteriis Arlucenſi, & Caradignenſi, ut teſtatur Yepeſius, (*c*) adſervantur, in quibus nonniſi antiquiorum Patrum Regulae continentur. Uterque comprehendit Macarii, Pachomii, Caſſiani, & Baſilii Regulas, ultra illas Benedicti, Fructuoſi, & Iſidori; quod magno argumento eſt, vel cujuſdam ex illis quatuor, vel unius & alterius ſimul inſtituta viguiſſe, ante acceptam illis in partibus Benedictinam legem. Quae ultima verba haud inconſulte dixi, quum id diſcriminis ſit inter S. Benedicti, aliaſque aliorum veterum Patrum Regulas, ut ejus ſectatores illam dimittere minime poſſint, eam ob rem, quòd *ſtabilitatem, & converſionem morum* ſuorum *ſecundum Regulam* (*d*) ſe compoſituros promittant, ideoque obſervandae Regulae propoſitum in votum quodam modo cadere Interpretes conſtanter adfirmant, quod nulla alia antiquorum Patrum Regula praeſcribit. Monachos igitur Hiſpanos illo aevo pro more eorum temporum nulli certae Regulae fuiſſe addictos proxime ad verum accedit, quouſque S. Benedicti Regula vel per ejus diſcipulos, vel per ejus alumnos eas in partes penetravit.

raunt uni Regulae addicta, quin & aliam inducerent, vel ſuperinducerent pro Abbatis arbitrio, ſicuti in Atanenſi Coenobio factum legitur;

Quod & in Hiſpaniae Monaſteriis uſuveniſſe ſuadent Codices bini Regularum antiquiorum Patrum

ante acceptam illis in partibus S. P. Benedicti Regulam, quae in hoc differt ab aliis, quod eius ſectatores illam dimittere non poſſint propter votum ſtabilitatis & converſionis morum ſecundum Regulam.

II.

Nullum hominem auſum eſſe adfirmare, neminem ex Diſcipulis S. Benedicti in Hiſpanias profectum eſſe, quam falſo doceat Cennius, probatur auctoritate Scriptorum.

Profecto me irritaſſe crabrones arbitrabitur Cennius, audiens S. Benedicti Monachorum coloniam in Hiſpanias tam cito fuiſſe deductam; ideoque mihi obviam properans ait: (*e*) *In Hiſpanias certe nec diſcipulum ejus ullum profectum eſſe adfirmare huc uſque homo ullus eſt auſus, nec Regulam illam eſſe miſſam conjectura ſaltem eſt adſequutus*. Aedepol ſi Venuſina lucerna uſus eſſet, nequaquam haec dicere alacriori animo potuiſſet. Nonne Yepeſius, quem toties citat, S. P. Benedictum quoſdam e ſuis diſcipulis in

(*a*) *Lib.* 1. *Annal. Bened. n.* 13. (*b*) *Lib.* 10. *Hiſt. Cap.* 28. (*c*) *Anno* 646. *Cap.* 3. (*d*) *Cap.* 58. (*e*) *Cap.* 3. *n.* 6.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

in Hiſpaniam miſiſſe exquiſitis rationibus confirmat? (a) Nonne idipſum oſtendunt Bucelinus, (b) atque Menardus? (c) Nonne Lauretus (d) Monaſterii Caradignenſis monumentis hanc ipſam miſſionem probat? Proh igitur animoſitatem! *In Hiſpanias certe nec diſcipulum ejus ullum profectum eſſe, adfirmare hucuſque homo ullus eſt auſus*. Et ſane illos clariſſimos Scriptores non eſſe temere loquutos perſpicuum fit illo caeleſti oraculo, quod Fauſtus in Vita S. Mauri in medium adfert, & S. Zacharias Papa completum teſtatur. In ea enim viſione, quam de Caſinenſi clade caelitus habuit, S. Benedicto dictum legitur: (e) *Noli, probatiſſime ac dilectiſſime Benedicte, pro his, quae huic eventura didiciſti loco, moeſtum ullo modo gerere animum; quoniam . . . . . . aderit Omnipotentis quam uberrime propitia conſolatio, quae & locum hunc in priſtinum, immo in ampliorem, quam nunc videtur, tuis nihilominus meritis reſtituat gradum; & aliis nationibus perinde hujus lumen religioſitatis de hoc eodem iuradiabit loco: pro quo, ut interpellatus, vel etiam efflagitatus fueris, extemplo, quos probabiliores in hujus Sanctae Congregationis grege habes, quo depoſceris, mittere maturato, ſciens procul dubio, quoniam laboris eorum uberrimus fructus & tibi ad cumulum recipiendorum augmentabitur praemiorum, & illos ad habitationem perennis introducet beatitudinis*. Quam prophetiam, praeter Fauſtum S. Benedicti diſcipulum, Sanctique Mauri individuum comitem, narrarunt poſtea Adrevaldus, (f) Zacharias Papa, (g) & Leo Hoſtienſis. (h) Ne autem dicas, laudatam vaticinationem eventum non habuiſſe nonniſi aliquot poſt Saecula, ideoque nihil officere, atque obſtare Cennii ſententiae, ita pronuntiantis: (i) *neque ante nonum Saeculum Benedictini Ordinis principium in Hiſpaniis figi poteſt*. Audi, quomodo S. Zacharias Papa in ſuo pro Monaſterio Caſinenſi diplomate aperte loquatur: *Inter quae, dum ei revelatum fuiſſet, quod ſupradictus locus eſſet deſtruendus, & ob id inconſolabiliter fleret, Omnipotentis Dei ad ſe vocem audivit dicentem: Noli, probatiſſime ac dilectiſſime Benedicte, pro iis, que didiciſti, moeſtum gerere animum, quoniam . . . . & hujus Ordinis doctrina de hoc iterum per totum Orbem, radia-*

& Coeleſti oraculo, quod narrat Fauſtus in Vita S. Mauri,

& recenſent Adrevaldus, Zacharias Papa, & Leo Hoſtienſis;

Zacharias vero Papa

(a) *Cent.* 1. *ad Annum* 527. (b) *In Menol. ad diem* 11. *Septembr.* (c) *De orig. & increm. Ord. S. Bened. in Martyrol. Bened.* (d) *In Cap.* 26. *Vitae S. Bened.* (e) *Fauſtus in Vita S. Mauri n.* 4. (f) *Lib.* 1. *de Mirac. S. Bened. in Biblioth. Floriac. Cap.* 6. (g) *Bullar. Caſin. T.* 1. *Conſt.* 3. (h) *In Chron. Caſin. Lib.* 1. *Cap.* 1. (i) *Cap.* 3. *n.* 8.

Digitized by Google

diabit loco: QUOD POST EJUSDEM PATRIS OBITUM CONSUMMATUM EST. Et inferius. *Quique ipſius legis lationem in eodem Caſinenſi Coenobio ſcribens verbo & exemplo* COENOBIALE PROPOSITUM ADPETENTIBUS IN TOTO MUNDO SOLE CLARIUS EVIBRAVIT. Ex quibus verbis Prophetiae duo nobis innoteſcunt. Primum Religioſitatis nomine, ſecundum Zachariam Papam, nil aliud ſignificari, quam Benedictinum Ordinem a S. Benedicto fundatum. Secundum multo ante quam Zacharias Papa in Summum Pontificem eligeretur, quod, Calmetio teſtante, fuit Anno 741. laudatam Prophetiam impletam fuiſſe, & eam ipſam Religionem, quam S. Benedictus docuerat, in Orbem per ſuos diſcipulos & alumnos diffuſam: *Pro quo, ut interpellatus, vel etiam efflagitatus fueris, extemplo, quos probabiliores in hujus Sanctae Congregationis grege habes, quo depoſceris, mittere maturato.* QUOD CONSUMMATUM jam fuiſſe docet Sanctus Pontifex, dum S. Benedictus IPSIUS LEGIS LATIONEM IN EODEM CASINENSI COENOBIO SCRIBENS VERBO, ET EXEMPLO COENOBIALE PROPOSITUM ADPETENTIBUS IN TOTO MUNDO SOLE CLARIUS EVIBRAVIT. Si igitur haec Prophetiae pars eventu comprobanda erat, S. P. Benedictus diſcipulos ſuos etiam in Hiſpaniam deſtinavit, eo vel maxime quod impletam ſcimus aliam praedictionis partem, qua dicitur: *Hujus Ordinis doctrina* poſt Monaſterii reſtaurationem DE HOC ITERUM PER TOTUM ORBEM RADIABIT LOCO. Siquidem *S. Oderiſius I. Caſini Abbas* (verba ſunt Petri Diaconi,) (*a*) *Hiſpaniae iterum, Conſtantinopoli, Hieroſolymae, Illirico Ordinem mittit.* Quaeret autem quiſpiam, cur S. Gregorius Magnus, qui S. P. Benedicti Acta quam fuſiſſime ſcripſit, eam miſſionem in Hiſpaniam litteris haudquaquam conſignaverit? Quid igitur? Nec S. Placidum in Siciliam miſſum enuntiat, & tamen eruditiorum nemo inficiatur. Excipe, quid dicat S. Pontifex: (*b*) *Hujus* (Benedicti) *ego omnia geſta non didici, ſed pauca, quae narro, quatuor diſcipulis illius referentibus, adgnovi.* At ſi S. Benedicti Regula per ejus diſcipulos in Hiſpaniam advecta erat, quae cauſſa fuit, cur S. Ildefonſus, Donatum *priorem in Hiſpaniam Monaſticae obſervantiae uſum, & Regulam* diceret *adduxiſſe?* (*c*) Dixit, quia quum Regula S. Benedicti ſit, teſte Gregorio, (*d*) *diſcretione praecipua*, Donatus ſeveriores Monachis

DISSERT. II. CAP. III illud jam eſſe impletum etiam teſtatur.

& confirmatur ratione;

nec obſtat Sancti Gregorii Magni ſilentium,

nec quod Cenſius refert dictum de Donato a S. Ildefonſo,

(a) *In Catal. Abbat. Montis Caſini*. (b) *In Prol. Lib. 2. Dialog.* (c) *De Vir. illuſtr. Cap. 4.* (d) *Lib. 2. Dial. Cap. 36.*

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

nachis praeſcripſit leges. Siquidem Eutropius ejus diſci-
pulus, & in Servitani Monaſterii regimine ſucceſſor de ni-
mia ſeveritate tum in arguendo, tum in vivendo, tum in
admittendo ad Monaſticam Profeſſionem accuſatus, Apolo-
geticam hac de re Epiſtolam ſcribere coactus eſt ad Pe-
trum Epiſcopum Irtabicenſem, quae eſt in Adpendice ad
Codicem Regularum. Ibidem Eutropius pro eo, quod ad
correctionem pertinet, ſic conlatam in ſe criminationem di-
„ luit: Si autem a Deo nobis creditum gregem & exhor-
„ tando, & increpando, ſaepius a Diaboli laqueis, & per-
„ verſo voluerimus opere revocare, immites & aſperi mul-
„ torum ore dicemur: ſed quamvis hoc a multis, qui
„ locum officii noſtri non intelligunt, ſaepe dicatur, te-
„ nenda eſt tamen diſtrictio, & Sanctae Regulae inſtitutio;
„ ut quae Patres inſtituerunt, etiam ſucceſſores, & filii in-
„ tegra, illibataque cuſtodiant, & obſervent. De nimia autem
victus frugalitate ita ſe purgat: „ Facultas iſtius Saeculi,
„ quam nobis Dominus pro neceſſitate, & ſubſtentatione i-
„ ſtius tranſitoriae vitae, & non pro luxuria & ſuperfluitate
„ facienda, ſua miſeratione donare dignatus eſt, etiamſi in
„ toto, quod non eſt, ſufficientes eſſe poſſimus, non tamen
„ ideo adfluenter & ſplendide vivere, & ventri & gulae
„ inſerviendum eſt, etiamſi his omnibus abundemus. Quod
„ ſi non ita eſt, ſine cauſſa ergo Sanctorum Patrum quo-
„ tidie vitam legimus, ſi quorum profeſſionem tenere nos
„ dicimus, ſecundum eorum inſtitutionem vivere detrecta-
„ mus. Denique difficultatis in admittendis Novitiis con-
jectum in ſe crimen ita conatur amoliri: „ Optamus autem
„ & hoc ex toto cupimus adfectu, mi Pater, quod &
„ tu vis, & paratus ſum, ut dicam obviis manibus in do-
„ mo Dei venientes ſuſcipere, & noſtro in ſinu portare,
„ & fovere, dummodo tales ſint, qui & Deo placeant,
„ & profeſſionem ſuam intelligant, & cuſtodiant: quia non
„ deſideramus quantos, ſed quales habeamus, & cum qui-
„ bus caſte & ſancte vivamus . . . . . . Nos enim ſicut
„ Fundatores & Patres iſtius Monaſterii tenuerunt, & no-
„ bis tradita dimiſerunt, auxiliante Domino, & tenuimus
„ & tenemus, nec quidquam *ſuper, aut minus* facimus.
Purgatio iſthaec, qua apud Petrum Epiſcopum Eutropius
utitur, ſatis oſtendit rigorem Regulae, quam Donatus in
Hiſpaniam advexit, quum ſecundum illam, nec quidquam
ſuper, aut minus ſe feciſſe, ac facere confirmet. Quia igi-

tur

Digitized by Google

tur, Donatus, poſita S. Benedicti Regulae praecipua diſcretione, ſeveriores leges ſuis Monachis conſtituit, non immerito *prior in Hiſpaniam Monaſticae obſervantiae uſum & regulam dicitur adduxiſſe*, quod tamen ſubdubie ab Ildefonſo effatum ſuperius (*a*) animadverti, eo vel maxime, quod ante Donatum & Monachos in Hiſpaniis extitiſſe, & Victorianum Abbatem plurima per patriam Monachorum examina fudiſſe monſtravi. Quare Ildefonſi pro Donati Regula dictio nihil obeſt miſſioni diſcipulorum S. Benedicti in Hiſpaniam, quam praeter Benedictinos externi etiam Scriptores adſeverant, quo in numero eſt Benedictus Arias Montanus Vir celeberrimus, qui ita inquit: (*b*) *Benedictus miſit Sanciae Reginae ex Italia Monachos ad populationem Coenobii*. Pone autem, S. Benedictum ſuos diſcipulos ad Hiſpanos non ablegaſſe, Petrus Diaconus pro certo adfirmat, S. Maurum Benedictinum Inſtitutum in Hiſpanias extendiſſe, dum ait: (*c*) *Sub hoc Abbate* (Conſtantino) *S. Maurus per totam Galliam, & Hiſpaniam Ordinem fundat*. Nec id procul a vero eſſe deprehendet quiſquis ſecum reputabit, Galliam Narbonenſem, ex qua Benedictinus Ordo in Hiſpaniam diffuſus fuerit, tunc temporis Viſigotthorum Regibus ſubditam, ita ut aliqui Reges Hiſpani ibidem reſederint; quod vel Cennius fatetur; (*d*) quiſquis animadvertet, Epiſcopos Galliae, immo & Abbates ad Toletana Concilia acceſſiſſe; demum quiſquis perpendet, S. Benedicti Regulam valde aptam ad continendos Monachos in officio, quod eos in Hiſpaniis deſerviſſe paſſim Concilia teſtantur.

III.

Sed eſto, S. Benedicti Regula in Hiſpaniam opera diſcipulorum ejus minime penetraverit; nonne eam S. Aemilianus profeſſus fuit? *Certe S. Aemilianus Abbas*, inquit Mabillonius (*e*) *apud Cantabros cognomento Cucullatus, Monaſterium ſuum condidiſſe, ac rexiſſe ad Regulae noſtrae praeſcriptum dicitur in ipſius Epitaphio Gotthicis litteris exarato. Hic vero Anno Domini 574. vivere deſiit*. Sane quam doluerint Cennio haec verba, ex eo liquet, quod & S. Aemiliani Epitaphium cl. Virum a Tamayo accepiſſe confinxit, ut ſuperius oſtendi, (*f*) & heic mutila quaedam, & hiantia, perinde ac ſi Mabillonio adverſentur,

Mabillonius vult S. Aemilianum ſuum Monaſterium condidiſſe ac rexiſſe ad Benedictinae Regulae praeſcriptum.

O reci-

(*a*) Cap. 1. n. 2. (*b*) *Apud Rodriguezium adverſus Cennium*. (*c*) *In Catal. Abbat. Caſin.* (*d*) *Diſſert.* 3. *Cap.* 1. n. 5. (*e*) *In Praef. Saec. I. Bened. n.* 94. (*f*) *Diſſert.* I. n. 5.

DISSERT. II. CAP. III.

quod Cennius contendit, nonniſi Saeculo XI. declinante poſitum, fultus Marianae ſententia,

recitat ex Mariana, ita exclamans: (a) *Documentum revera inſigne, quod alto antiquitatis ſilentio obiicitur! Rectius ſane, ac verius perſequitur totam S. Aemiliani hiſtoriam Mariana, ejuſque in honorem poſitum Monaſterium docet Saeculo undecimo declinante; quare iis illuditur, qui ſtudii cauſſis rapiuntur ad incredibiles res obtrudendas. Non pigeat ſententiam ejus audire de S. Aemiliano, quem facit aequalem S. Martini ad Bracarenſem Metropolim jam evecti.* E„ rat, *inquit*, (b) hac tempeſtate celebris eximiae ſanctita„ tis opinione Aemilianus cognomento Cucullatus, juvenis „ a paſtoritia arte ad ſanctioris vitae ſtudium traductus, „ Felice Monacho praeceptore uſus eſt, deinde a frequen„ tia hominum remotus quadraginta vitae annos in De„ ſtertii Montis ſeceſſu tranſegit. Didymus Turiaſonenſis „ Praeſul celebri de eo fama permotus, in publicum ex„ tractum, Presbyterumque conſecratum Birgegienſi Eccle„ ſiae praefecit *&c.* Quo loco corpus ejus tumulatum eſt, „ & poſt quingentos amplius annos ejus nomine Monaſte„ rium extructum, copiis, auctoritate, totius aedificii „ amplitudine cum primis Hiſpaniae comparandum. „ *Apertam audis cauſſam, cur S. Aemiliani nomen inditum ſit Monaſterio, non quia ſcilicet fundator is fuerit, ſed quia in S. Viri honorem eſt excitatum.* Fierine poteſt, ut Mariana, reclamantibus Scriptoribus, doceat, S. Aemilianum ſepultum fuiſſe in Eccleſia Birgegienſi, cui praeerat, ſicuti eum ita dicentem inducit Cennius? Aedepol Marianae teſtimonium Eclipſim patitur, & majorem ea, cui paucis ab hinc annis die feſto S. Jacobi ſolem fuiſſe obnoxium conſpexi. Et plane inter laudati Auctoris textum, noſtrumque adſpectum a Cennio non alio conſilio, quam ut fucum faceret incautis, fuiſſe interpoſitum illud: *&c.* quovis pignore contenderem. Experiundo ſcies, candidiſſime Lector, quid ſcribat Mariana ſub illo: *&c.* Cenniano. Hem tibi ejus verba: *Didymus Turiaſonenſis Praeſul celebri de eo fama permotus, in publicum extractum, Presbyterumque conſecratum Birgegienſi Eccleſiae praefecit. Ibi conlegarum calumniis & criminibus adpetitus diſciplinae ſeveritatem non ferentium, prope id Oppidum* SACELLO AEDIFICATO, *quum Sacerdotium abdicaſſet, in rerum Divinarum contemplatione defixus ad centeſimum aetatis annum vitam*

ex cujus textu mutilato ſuadet, S. Virum in Eccleſia Birgegienſi, cui praefuit, ſepultum;

ſed Mariana integre redditus.

docet in Sacello abs ſe aedificato

(a) *Cap.* 1. *n.* 16. (b) *Lib.* 5. *de reb. Hiſp. Cap.* 9.

tam prorogavit. Quo loco Corpus ejus tumulatum est. Nonne vaticinatus ſum? O tritum ſermone proverbium: *Cavendum ab eo, qui ſemel impoſuit!* O indagandae ac ſuadendae veritatis genus! Vidiſtin Cennium praedicantem ſimplicibus, a Mariana doceri, S. Aemiliani Corpus in Birgegienſi Eccleſia, quam aliquot annos adminiſtraverat, fuiſſe conditum; quando non graeciſſans, ſed latine loquens ſcribit, S. Aemiliani Corpus tumulatum in Sacello ab ſe aedificato? *Prope id oppidum* (Birgegienſe) Sacello aedificato, *quum Sacerdotium abdicaſſet*, . . . *ad centeſimum aetatis annum vitam prorogavit*. Quo loco Corpus ejus tumulatum est. Quae quidem verba omnino veritati reſpondere comperies, ſi ea conferas cum iis, quae S. Braulio Epiſcopus Caeſarauguſtanus, qui obiit circa Annum 646. in Vita S. Aemiliani recenſet: (a) Depositumque est, inquit S. Praeſul, *ubi & manet*, in suo Oratorio. Superiuſque dixerat: (b) *Ac ſic venit non procul a Villa Vergegio, ubi nunc ejus habetur Corpuſculum glorioſum*. Et paullo poſt ait: (c) *Tunc a ſuſcepto dudum miniſterio relaxatus, ubi nunc vocatur ejus Oratorium, reliquum vitae tempus peregit innoxius*. Ex quo S. Braulionis teſtimonio clariſſime percipis, S. Aemilianum non in Eccleſia Birgegienſi, a qua amotus fuerat, ſed in ſuo Oratorio, nempe quod ipſe conſtruxerat, & poſt ejus obitum proprio illiuſmet nomine nuncupatum, *ubi nunc vocatur ejus Oratorium*, fuiſſe ſepultum. Ceterum nolim putes Romanum Criticum non ſine magno aſtu Marianae textum mutilaſſe, in quo Sacelli, ſeu Oratorii mentio habebatur. Siquidem optime animadvertit vir ſagax una hac voce Sacello divinationem ſuam de Marianae ſuper Coenobio S. Aemiliani Birgegienſi judicio convinci, cui & ipſe ſine dubio cederet, ſi aeque ac Mariana sciret *Oratoria dicta* eſſe *Sacella*, teſte Du-Cangio, (d) *Monaſteriis adjuncta, quae non erant omnibus pervia, uti Eccleſiae, quas ideo* καθολικὰς *vocabant, quod utriuſque ſexus populo paterent, & in quibus Collectas celebrare non licebat, ſed erant tantum ad Monachorum preces, ad adſiduos cantus adcommodata*. Et quidem Oratoria eſſe aedes ſacras Monaſteriis continentes liquido dicit S. P. Benedictus pluries in Regula, (e) & aperte confirmat S. Gregorius Magnus. (f) Quo nihil ad

Disserт. IV. Cap. III.
S. Aemilianum fuiſſe conditum:

quod reſpondet iis, quae ſcribit S. Braulio, memens eum depoſitum in ſuo Oratorio,

cui adjunctum erat Monaſterium, ut indicat Du-Cangius,

S. Benedictus, & S. Gregorius Magnus.

O 2 poſi-

(a) In Saec. I. Bened. in Vit. S. Aemiliani Cap. 27. (b) Cap. 3. (c) Cap. 6. (d) In Gloſſar. med. & inf. Latinit. (e) Cap. 38. 52. 58. (f) Lib. 1. Epiſt. 54. Lib. 9. Epiſt. 38.

Digitized by Google

poſitius dici potuit ad culpandam Cennii contumaciam, quippe qui ad Marianam provocaverat. Pone vero Marianam ignoraſſe Monaſterium Oratorio S. Aemiliani adjunctum, cenſeſne illud negaturum? Minime gentium, eo vel maxime quod ibi non ſolum de illo, ſed & de Sacri Corporis tranſlatione tacet, quae anſam praebuit exſtruendi magnificum illud Monaſterium, de quo tantum loquitur, *copiis, auctoritate, totius aedificii amplitudine cum primis Hiſpaniae comparandum.*

IV. Quum autem Monachorum Eccleſiae ſuperioribus Saeculis nunc Oratoria, ut modo probavi, nunc Baſilicae dicerentur, ut docet Mabillonius, (a) quod argumentum ab Oratorio petitum majoris ſit momenti, haud moleſtum mi putarem fore, ſi illud ratione aliqua, vel auctoritate confirmem, quae ſuadeat, Monaſterium a S. Aemiliano fuiſſe conditum, prout monet Mabillonius, cui Cennius tam confidenter refragatur. Porro S. Aemilianum Abbatis munere functum eſſe, ut praeteream teſtimonia Alphonſi Epiſcopi Burgenſis, (b) & Lucii Marinei, (c) ſatis oſtendit S. Braulio, qui ita inquit: (d) *Sane adpropinquante mortis tempore accerſivit Sanctiſſimum Aſellum Presbyterum, cum quo habebat Collegium*, indubie Monachorum, ſicuti probant verba ſubſequentia: *Corpus ejus deportatum cum multo Religioſorum obſequio, depoſitumque eſt, ubi & manet, in ſuo Oratorio.* S. Braulio libellum de Vita S. Aemiliani Fronimiano Presbytero utique Monaſterii Birgegienſis, cujus hortatu id ſuſceperat, nuncupavit, eumque ab ſe ſcriptum ait *ſub teſtificatione Citonati Abbatis venerabilis, Sofronii, & Geronti Presbyterorum, atque ſanctae memoriae Potamiae Religioſae feminae . . . . . qui, quod viderunt, fideli relatione narrarunt.* Citonatum S. Aemiliano in Monaſterii ſui regimine ſucceſſiſſe ſcribit Yepeſius in Chronico Benedictino ad Annum 574. (e) ut notat Mabillonius in Vita S. Aemiliani. Sofronium vero, & Gerontium Monachos ejuſdem Monaſterii exſtitiſſe, tametſi Presbyteros tantum appellatos ex recepto antiquorum uſu, qui ſuppreſſis aliis titulis, nude Presbyteros, etiam eos, qui Abbates erant, non raro nuncupabant, indicat idem Mabillonius. (f) Sic in Prologo Braulionis qui Citonatus Abbas initio vocatur, inferius *Citonatus Presbyter* compellatur. Sic Uſuardus S. Richario,

S. Aemilianus Abbatis munere functus fuit.

habuit Collegiū Monachorum, ex quorum numero erant Aſellus, Fronimianus.

Citonatus, Sofronius, & Gerontius,

etſi Presbyteri tantum appellati ex antiquorum uſu.

(a) *Lib. 5. Annal. Bened. n. 28.* (b) *In Reg. Hiſp. Anacephal. Cap. 24.* (c) *De reb. Hiſp. Lib. 5.* (d) *Cap. 27.* (e) *Cap. 3.* (f) *Lib. 3. Annal. Bened. n. 30.*

DISSERT. II. CAP. III.

rio, & S. Sequano Presbyteri titulum attribuit, etſi fuerint Abbates. Sic & S. Beda Venerabilis in ipſo Martyrologio Romano Presbyter dicitur, aliique innumeri vel Diaconi, vel Epiſcopi, vel Papae dumtaxat nomen adepti ſunt, quamvis fuerint Monachi. Cui potior habenda ſides Mabillonione, qui loquitur auctoritate fretus S. Braulionis Scriptoris prope aequalis, an Cennio, qui Marianae adhaeret? Mabillonius ſcribit, S. Aemilianum habuiſſe Collegium Monachorum, quorum aliquos nominat, habuiſſe Oratorium, ex quo infertur Monaſterium adjunctum; habuiſſe ſucceſſorem in regimine S. Citonatum: Monachi illi ſub dio degebant, an vero reapſe Monaſterium inhabitabant? Si Citonatus, Sofronius, & Gerontius fideli relatione narrarunt S. Braulioni Acta, quae viderunt, S. Aemiliani, quis ibit inficias, eos una cum S. Aemiliano vixiſſe? Ad haec S. Braulio commemorat Armentarium Monachum a S. Viro curatum, ab eoque constructum horreum, objurgatumque de modica fide miniſtrum, qui nuntiaverat, nihil pro hoſpitum prandio ſupereſſe; dicat, quaeſo, Cennius, quid cenſeat? Audit Abbatem, audit Monachos, audit Oratorium, audit horreum, audit miniſtrum, audit hoſpites receptos; quid amplius ad perficiendum Monaſterium ab eo requiritur, ut citra fabulas dici poſſit, Monaſterium ab Aemiliano non fuiſſe constructum? Vultne Cennius ibidem Monialium Coenobium a S. Viro conditum, quod non raro iis temporibus Virorum Monaſterio ſolebat adjungi, ideoque dicebatur duplex Monaſterium? Habet apud S. Braulionem, (*a*) quod repetita Virginum Christi, Sacrarum Virginum, Ancillarum Dei, & Sanctarum feminarum, *quarum miniſterio omnia officia ab octuageſimo vitae ſuae anno* S. Aemilianus *ut Pater ſuſcipiebat*, & ex quarum numero, ut obſervat Mabillonius, (*b*) Potamia ſuperius laudata Religioſa femina fuiſſe videtur, mentio ſatis oſtendit. Id totum confirmat antiquiſſimus Codex, qui in Tabulario ejuſdem Monaſterii adſervatur, ſcriptus Anno 855. in quo ita legitur: *Obiit Aemilianus Sanctus ſub Era DCXII. cujus vitam Braulio Epiſcopus ſcripſit praeſentibus XI. Monachis, & XI. Virginibus ejus Diſcipulis*. Quod conſentaneum eſt Miſſali Iſidoriano, ſeu Moz-Arabo, quod S. Virum hoc titulo decorat: *Sancti*

S. Vir curavit Monachum, construxit horreum, objurgavit miniſtrum,

(a) Cap. 23. (b) Lib. 3. Annal. Bened. n. 30.

DISSERT. II. CAP. III.

cti Aemiliani Abbatis. Sed tum etiam audiat, quid deinde firmiſſime dicat poſt S. Viri obitum S. Braulio: (*a*) *Anno autem ab hoc praeterito, quum S. Juliani Martyris feſtivitas immineret, & oleum ad concinnanda luminaria deeſſet, candela minime eſt accenſa: quam ad Vigilias ſurgentes tam plenam oleo, ardentemque repererunt, ut non ſolum uſque mane officium luminis miniſtraret, ſed etiam ex abundantia Reliquiarum virtus virtutem pareret*. Ubi animadvertendum duco, ſurgentes ad Vigilias, non alios eſſe potuiſſe, quam Monachos illos, qui vel S. Aemiliano ſuperſtites vixere, vel Monaſticam vitam ibidem recentius injerunt, quique ex praeſcripto Regulae S. Benedicti (*b*) Vigilias agebant, ſicuti ex eodem (*c*) ſolebant hoſpites ſuſcipere.

V. Monaſterium a S. Aemiliano conditum, & dein ejus nomine inſignitum perſtitiſſe uſque quo exſtructum fuit illud a Mariana enuntiatum docet Mabillonius, innixus tabulis hujus Monaſterii, S. Citonatum S. Aemiliano ſucceſſiſſe invenientibus, privilegio, cui Anno 880. ſubſcripſit Fortunius Abbas S. Aemiliani. litteris oblationis, quas Anno 950. ſubſignavit Stephanus Abbas de S. Aemiliano. teſtimonio Zuritae, proferentis Codicem a Belaſco circa Annum 962. in Monaſt. S. Aemiliani ſcriptū.

Profecto illud ipſum Monaſterium, quod S. Viri opera Oratorio, in quo depoſitum fuit ejus Corpus, accrevit, deinceps perſtitiſſe ejuſdem S. Aemiliani nomine inſignitum, uſque etiam quo exſtructum fuit illud a Mariana enuntiatum, poterat Cennius addiſcere vel ab ipſo Mabillonio, qui non uno in loco de eodem ſermonem habens monumenta producit. Nonne vir clariſſimus in Saeculo I. Benedictino in notula ad S. Viri Acta ait, S. Citonatum S. Aemiliano in Monaſterii ſui regimine ſucceſſiſſe, innixus tabulis Abbatum hujus Monaſterii ab Yepeſio in lucem prolatis? (*d*) Nonne in Annalibus Benedictinis nunc refert (*e*) privilegium, quod Hieronymus Blanca aſſerit, (*f*) ſe eruiſſe ex tabulario Barcinonenſi, Legerenſi S. Salvatoris Monaſterio Anno 880. conceſſum, cui inter ceteros ſubſcripſit *Fortunius* Abbas *S. Aemiliani*; nunc (*g*) ex Centuria quinta Yepeſii litteras recitat oblationis factae ab Adica Anno 950. Dulquito Abbati Alveldenſi, quas inter alios *Stephanus Dercenſis Abbas de S. Aemiliano ſubſignavit*? Nonne ex fide Zuritae commemorat (*h*) Codicem quemdam modo in Eſcuriali adſervatum, quem Belaſcus Annum circiter 962. in Monaſterio S. Aemiliani de Cuculla ſcripſiſſe perhibetur? Nonne in parte ſecunda Saeculi Sexti Benedictini in notula ad Hiſtoriam Tranſlationis S. Felicis Confeſſoris in Monaſterium S. Aemiliani Cucullati ſcriptam a Grimoaldo Monacho S. Aemiliani ſcribit, Epiſcopum Alavenſem, & Garſiam Regem *tranſtuliſſe Corpus S. Aemilia-*

ni

(a) Cap. 29. (b) Cap. 8. (c) Cap. 53. (d) In Chron. Bened. Ad Annum 571. Cap. 3. (e) Lib. 38. n. 42. (f) Rer. Arag. p. 598. (g) Lib. 45. n. 59. (h) Lib. 46. n. 66.

ni ex Vetere Monasterio in novum munitus documento, quod Yepeſius edidit, (*a*) & in quo legitur: *Convenimus ad Monaſterium S. Aemiliani Presbyteri, ubi* de antiquo Coenobio ad novum *illi praeparatum, Corpus ejus a nobis eſt tranſlatum*. Exſtitit ergo, ſicuti etiam nunc exſtat Monaſterium vetus, ſeu ſuperius aliud a novo, ſeu inferiori, quod Saeculo XI. conditum fuit; quod praeterea confirmant Biblia Gotthica ſcripta Anno 662. in quibus habetur haec ſeries primorum Abbatum Aemilianenſis Monaſterii: *Iſti ſunt Abbates poſt S. Aemilianum, tempore Abbatis Martini. Citbonatus Aba Era DCXII. Joannes Aba Era D.C.XXVIII. Paulus Aba Era DCX? Martinus Aba Era DCLXX. Joannes Aba, Era DCLXXIV. Petrus Aba. Era DCLX? Locum occupat Martinus. Era DCC.* Et Monachus Aemilianenſis ſuum catalogum concludit, quem alius perſequitur uſque ad Eram DCCCLXIII. Hinc plane cognoſcere deberet Cennius, non Saeculo undecimo declinante, primo fuiſſe poſitum Monaſterium in honorem S. Aemiliani, ſicuti ex iis, quae adſerit Mariana, deducit, cujus ſilentium de veteri Aemilianenſi Coenobio, quum negantis argumenti vim habeat, Mabillonii ſententiam non convellit. Hypercriticus igitur iſte, qui Mabillonium carpere non erubuit, Critices regulas a Mabillonio addiſcat, qui ita docet: (*b*) *Valde refert, criticae operam dantes negativo argumento tempeſtive, & adpoſite uti . . . . . . cavendum tamen eſt, ne hac argumentandi ratione quis abutatur, ſi nimirum in ipſa modum non ſervet. Quod ut plane intelligatur, animadvertendum eſt, duplex argumenti negativi genus poſſe diſtingui; quaedam enim ſunt pure negativa, alia vero poſitivum quid mixtum habentia; facilius autem eſt ex primo, quam ex ſecundo argumentandi genere, in paralogiſmum incidere. Quare ne in praxi argumenti mere negativi fallamur, neceſſum eſt nedum ſingulos evolviſſe Scriptores, ex quorum ſilentio tale argumentum eruitur, ſed inſuper nullatenus ambigere, num aliqui nobis deſint, qui fuerint ipſis contemporanei . . . . . . Multum igitur intereſt prudenter ac circumſpecte uti argumento mere negativo, ... facillimum quippe eſt inde alucinari, ex nimia videlicet fiducia, quia cuncta legiſſe, atque notaſſe aliquando praeſumitur.* Ex hoc coniicias velim, Lector, cujus ponderis ſit argumen-

Dissert. II. Cap. III. & documento Tranſlationis Corporis S. Aemiliani e veteri ad novum Monaſterium.

Cui non obeſt Marianae ſilentium

vim habens negativi argumenti,

quo circumſpecte uti quis debet.

(a) *Scriptura 22. in Adpendice T. 1.* (b) *De ſtudiis Monaſt. p. 2. Cap. 13.*

argumentum, quod Cennius ducit ab ſilentio Marianae, quem tamen nec legiſſe videtur, teruncii non faciens, non dicam Mabillonii, ſed Scriptorum Hiſpaniae (a) auctoritatem, qui S. Aemiliani Coenobium tum vetus, tum novum, ſuperius, ac inferius luculenter oſtendunt; quum ipſemet Mariana etiam vetus ſatis innuat, ita dicens: (b) *Cui Aemilianus Cucullatus necem ante denuntiarat*, & rurſus: (c) *Ex S. Aemiliani Cucullati pervetuſto Codice peti poſſunt*.

VI.

S. Aemilianus Monaſteriu ſuu ad praeſcriptiu Regulae S. Benedicti rexit, ut docet ejus epitaphium Gothicis litteris exaratum,

Quum ſatis ſuperque non ſolum Monaſterium a S. Aemiliano fuiſſe conditum, ſed illud etiam uſque ad undecimi Saeculi declinationem perſtitiſſe monſtraverim, ſupereſt modo, ut ipſum fuiſſe a S. Viro Benedictinis legibus temperatum oſtendam. Id plura evincunt. Et primo quidem Epitaphium proferam, quod Gothicis litteris expreſſum, & forma Lapidis auctum Antonius Joſeph Rodriguezius noviſſime publica luce donavit, (d) ita legitur: *Purgatiſſimi Apoſtolicique Viri Aemiliani Corpus heic humatum jacet; qui poſtquam Eremiticam vitam multis annis egit, & Clericalem, tamdem Monaſticam profeſſus ſub Regula admirabilis Benedicti curam gerens Abbatialem, obiit in Domino clarus miraculis & prophetiae ſpiritu, Aera 612.*

quod Cennius

Ut Cennius hoc Epitaphium refellat, audita ex Mariana Aemilianenſis Monaſterii conſtructione nonniſi undecimo declinante Saeculo peracta, deſtitutus ventis ad remos, quod ajunt, ſeſe confert, fidenterque ſubdit: (e) *Perindeque apertum eſt, quanta laborent levitate ſuppoſitae illae inſcriptiones, quae apud veteres occurrunt, quippe quas Pſeudo-Chronicorum ex figlina profectas eſſe diligens quiſque Lector comperiet.*

ex Pſeudo-Chronicorum figlina profectum praedicat,

Nec vero Mabillonium utquumque ſui Ordinis propagandi ſtudioſum ſuppoſitio illa fefellit; nam alibi alienum errorem detegit, quo in praedicti Monaſterii fundatione probanda ipſe laborat. Sic res ſeſe habent: ſemel admiſſus error longam ſaepe catenam adducit errorum! An Mabillonius in probanda Aemilianenſis Monaſterii fundatione errore laboraverit, quem in aliis detegit, emunctae naris viris, qui rationum momenta ſuperius expoſita ad trutinam expenderint, perſpicuum, dilucidiuſque fiet ex iis, quae ad tuendum S. Aemiliani Epitaphium tamquam verum mox ad-

ſed quam falſiſſime,

[illegible] feren-

(a) *San-Victorius, Quintanilla, Yepeſius, Sandoballius, Perezius, Henriquezius, & alii.* (b) *Lib.* 5. *Cap.* 11. (c) *Lib.* 6. *Cap.* 2. (d) *Ad calcem Libri, cui titulus eſt: Antiquitas Regulae S. Bened. intra Hiſp. vindicata adverſus Cajetanum Cennium.* (e) *Cap.* 2. *n.* 16.

ferentur. Ut igitur res magis eluceſcat, a capite repeta- „ tur, oportet. Anno 1598. Michaël Martinius edidit li- „ bellum, quo contendebat, S. Aemilianum, cujus geſta „ S. Braulio conſcripſerat, eſſe alium cognominem, qui „ apud Aragonenſes in Caſtro Lybico adſervabatur, non „ qui in Aemilianenſi Coenobio quieſcebat. Tantum decus „ ſibi eripi, aut ſaltem in dubium vocari aegre ferentes „ Monachi S. Aemiliani, ſacram ancoram, quod ajunt, „ coguntur ſolvere, ut recens orta opinio funditus con- „ velleretur. Placido de Alegria Abbati varia volventi id „ (forte non ſine Numine) incidit in mentem, ut anti- „ quiſſimum illud ſepulcrum, in quo S. Viri Corpus tot „ Saecula requieverat, & ex quo in novum Monaſterium „ tranſlatum fuerat, reſeraretur, ut exploraret, an rei, „ de qua quaerebatur, evidentiora in ipſo apparerent ve- „ ſtigia. Quatuor Monachis, Abbatiae Proviſore, duobus „ architectis, latomo, publicoque ſcriba comitatus, re „ ſilentio preſſa, in ſuperius Monaſterium recta contendit. „ Ubi in ejus templum ventum eſt, precibus fuſis Deum „ veneratus, quid conſilii ceperit, Monachis enuntiat, „ ſuique cuilibet ſenſus libere proferendi copiam facit. „ Illi, ſi una in Aemilianum pietas, veritatiſque ſtudium „ inquirendae id conſilii ſuggeſſerant, Deo, ac ſuo Pa- „ trono gratum fore putare reſpondent, ſi reipſa praeſte- „ tur. His auditis, Abbas latomo, & architectis, lapi- „ dem ſepulcro impoſitum ut amoveant, e veſtigio impe- „ rat. Sed vix ei manus admoverant, viginti hominum „ conjunctas vires requiri conſtanter adfirmant. Morae im- „ patiens Abbas dextrum ſepulcri latus perforari jubet. „ Ubi ſat amplum foramen patuit, admoto lumine, lo- „ culus, ubi S. Viri Corpus tot Saeculis requieverat, „ tamdem apparuit. In hunc immiſſo brachio, latomus „ pulvere ſituque obſitum alabaſtritem lapidem octogonum „ adfabre expolitum, litteriſque Gotthicis utrimque inſi- „ gnem exemit. Exiluit gaudio Abbas cum Monachis po- „ tiſſimum, quum lapis lumini admotus duplicem inſcri- „ ptionem duplici adverſa in facie continere viſus fuit. „ Altera, quae formam Crucis praefert, haec habet: *Na- tus eſt Aemilianus devotis parentibus in Oppido Vergegii, & quum viceſimum annum adtigiſſet, relictis ovibus patris ſui, Spiritu Sancto eum inſpirante & dirigente, ad Caſtel- lum Bilbilienſe, quod decem & quinque milliaria a ſupra- nomi-*

DISSERT. II. CAP. III. ut patet ex Hiſtoria inventionis

lapidis octogoni,

P

DISSERT. II. CAP. III.

In quo ſcriptum erat,

nominato Oppido diſtat, & duodecim a Tritio, adiit, ut Magiſterio Felicis Confeſſoris uteretur. In averſa facie vi„ nitur Epitaphium, (quod ſuperius dedimus) labyrinthi „ formam referens, quod ſcilicet ab lapidis ferme centro „ ortum, multiplici velut maeandro in lapidis extremam „ peripheriam deſinit. Haec omnia paullo fuſius perſe-

litteris mandata a Perezio, Sandovallio, & Yepeſio, qui lapidem conſpexit,

quutus eſt Perezius, (*a*) qui rem totam ex Sandovallio Epiſcopo Pampilonenſi (*b*) ſummis laudibus exornato a Nicolao Antonio, (*c*) & ex Yepeſio, (*d*) qui ſub ipſum inventionis tempus lapidem conſpexit, quam pauciſſimis complexus eſt. Quippe non aevo tantum S. Aemiliani, ſed & jam antea obtinuiſſe, cum corpore etiam inſcriptiones monumentis condi, teſtes ſunt Fleurius, (*e*) & Bollandus, (*f*) praeſertim quando agit de Translatione Corporis S. Mauri, ubi narrat, in ſepulcro repertum fuiſſe Epitaphium, quod Bertulphus Abbas ingeſſit, quum S. Vir

referentem Epitaphium,

reconderetur. Haec eſt figlina, ex qua profectum eſſe S. Aemiliani Epitaphium diligens quiſque Lector comperiet, & ex ea prodiiſſe deprehendit ille *inter eruditos quoſque Viros veterum monumentorum, & Eccleſiaſticae antiquitatis peritiſſimus*, ut doctiſſimi Moneliae (*g*) verbis utar, Ma-

tamquam numeris omnibus abſolutum, probatum

billonius, qui laudatum Epitaphium juſtiſſimae auctoritatis ac fidei tamquam numeris omnibus abſolutum pluribus in locis ſuo calculo probavit, & praecipue in Saeculo primo Benedictino in obſervationibus praeviis ad Vitam S. Aemiliani, ubi ita inquit: (*h*) *Porro S. Aemilianum*

a Mabillonio,

Benedictinae Regulae addictum fuiſſe, adfirmant vetus ipſius Epitaphium Gotthicis litteris antiquitus exaratum, ac Breviarium Monaſticum juſſu Paulli V. Summi Pontificis reſtitutum. Nec aliter, quam Mabillonius, ſentit Auguſtinus

& Calmetio.

Calmetius, dum ait: (*i*) *Solidioribus innixi fundamentis primam hanc Regulae traditionem in Hiſpaniis tribuunt alii Divo Aemiliano Abbati, cujus Epitaphium docet, Aemilianum gubernaſſe Abbatiam ſuam juxta Benedictinae Regulae inſtituta.* Quare nihil mirum, ſi hoc ipſum longe antea docuerat Haeftenus, cujus haec ſunt verba: (*k*) *Prae ceteris autem Inſtitutum noſtrum per Hiſpaniam magis propagavit S. Aemilianus, qui obiit circa Annum Domini* 574.

Omit-

(a) *In Diſſert. Eccleſ.* pag. 142. (b) *In Hiſt. Aemilianenſis Monaſterii.* (c) *In Bibliotb. Hiſp.* (d) *Ad Annum* 567. (e) *De moribus Chriſtian.* (f) *Ad diem* 15. *Jan. de Translat. S. Mauri.* (g) *In Diſſert. de Orig. Roſar.* Cap. 2. n. 6. (h) *N.* 2. (i) *In Praef. ad Comment. in Reg. S. Bened.* Cap. 12. (k) *Lib.* 2. *Diſquiſit. Monaſt.* p. 166.

Omitto Menardum, alioſque Scriptores, quibus laudata ſententia omnino probatur.

VII.

Ad haec Aemilianenſe Coenobium Benedictinae Regulae paruiſſe monet totius Hiſpaniae Inveterata traditio,

Efferuntur & alia argumenta, quibus magis evincatur, Aemilianenſe Coenobium (de veteri ac ſuperiori loquor) Benedictinae Regulae fuiſſe ſubditum. Primum petitur ex inveterata tum ipſius Monaſterii, tum totius Hiſpaniae traditione, cui nihil opponi poteſt, quum, ut vulgari proverbio celebratur, *plus ſtultus domi ſuae ſapiat, & videat*, ubi rem ratione concludit, quam vel prudentiſſimus & oculatiſſimus in aliena, ſed praecipue quia *de gentis antiquitate & origine*, ut cum Marſilio Lesbio loquar, (*a*) *magi creditur ipſi genti, & vicinis, quam remotis, & extremis*. Quum igitur Scriptores Hiſpani tum veteres, tum recentiores S. Aemiliani Monaſterium Benedictinae Regulae obtemperaſſe teſtentur, *Traditio* (ut ait Euſebius Amortius) (*b*) *tamdiu meretur fidem, quamdiu de ejus corruptione non habentur poſitiva argumenta*, quae a Cennio non producuntur. Alterum ſumitur ex vetuſtiſſimis iconibus, iis potiſſimum, quae Aram maximam ſuperioris Coenobii exornant, & Benedictinum Monachum Abbatemque S. Aemilianum exhibent. Eas ipſas icones vetuſtiſſimas eſſe nonniſi caecus negabit, *quum ſatis profecto conſtet*, ait Perezius, (*c*) *ex quo avecta inde in Monaſterium inferius* (*contigit id Anno Domini* 1053.) *Sanctiſſimi Viri ſacra Lipſana ſunt, veterem Aram nullis iconibus recens depictis ornatam eſſe: immo ſtudio ac velut religione quadam vetera omnia intacta, & illibata, ut erant, relicta*. Id autem magis confirmare videtur Liber, quem Angelus veluti circumvolitans ſepulcrum vetus S. Aemiliani manu tenet, in quo Yepeſius haec verba charactere minuto eoque Gotthico inciſa ſe legiſſe teſtatur: (*d*) *Sanctiſſimus Aemilianus Monachus & Abbas ſub Regula S. Benedicti obiit Aera DCXII.* Tertium denique ducitur a diplomatibus ſpectatiſſimae fidei, ex quibus manifeſte colligitur tum antiquitas Aemilianenſis Monaſterii, tum Benedictina Regula, cui illud erat ſubjectum. Ea autem produxit Quintanilla, & in epitomen redegit laudatus Sandoballius Epiſcopus Pampilonenſis. (*e*) Mihi ſatis erit unum proferre conceſſum eidem Monaſterio S. Aemiliani, ab Rodringuetio laudatum, (*f*) in quo Sancius Rex ita inquit: *Subvenit*

cui ſolum obſunt poſitiva argumenta;

Icones antiquiſſimae ſuperioris Monaſterii;

Liber, quem Angelus manu tenet,

& Diplomata,

quae produxit Quintanilla, & contraxit Sandoballius,

(a) *De Bell. Pelaj. Cap.* 3. (b) *In Regul. Critic.* (c) *In Differt. Eccl. pag.* 142. (d) *Ad Annum* 569. (e) *In Hiſt. Aemilianen.* §. 42. (f) *De antiquit. Reg. S. Bened. adverſus Cennium Prop.* 3. §. IX.

DISSERT. II. CAP. III. ex quibus unum proferiur a Rodriguezio laudatum.

divina pietas mihi, contriti animi afflictioni, & innotuit bonorum, ac veridicorum virorum dictis Beatum AEMILIANUM *quondam in partibus noſtris* SEQUACEM, AC DOCTOREM, ATQUE MINISTRUM FUISSE HUJUS MONASTICI ORDINIS. *Hoc igitur veriſſime comperto &c.* Cujuſnam Monaſtici Ordinis S. Aemilianus fuit ſequax, Doctor, & Miniſter? *Hujus*; utique Benedictini, quem in novo Monaſterio, in honorem pariter S. Aemiliani excitato viguiſſe nec Cennius inficiatur. Hinc ergo perſpicuum ſit, Aemilianenſe Monaſterium vetus ab initio Benedictinae Regulae fuiſſe addictum, ſicut alia Hiſpaniae, & etiam hoc ipſum Regnum in partem vocatum illius gloriae, qua S. Benedictum Trithemius adficit, dum ait: (a) *Ordinem ſuum, dum adhuc viveret, S. Benedictus in multas Mundi partes dilatavit.... Nam nobiles terrae, & Eccleſiarum Pontifices de remotis regionibus legatos ſuos ad eum miſerunt, poſtulantes ſibi fratres deſtinari Monaſticae inſtitutionis Magiſtros, qui apti eſſent, & alios docere, & Benedicti converſationem, quam vidiſſent, inſtruere.* Haec ſunt documenta revera inſignia, quae inanibus Cennii opinionibus obiiciantur. Illuſionum ergo judex, quarum ſane peritus videtur, quum dixerit: (b) *quare eis illuditur, qui ſtudii cauſſis rapiuntur ad incredibiles res obtrudendas*, dijudicet, utri altiores ſibili debeantur, Cardinaline Aguirreo pro ſua cauſſa propugnanti innixo auctoritate Mabillonii, ac Perezii, qui tot veteribus monumentis Monaſterio S. Aemiliani, & antiquitatem adferunt, & Regulam S. Benedicti, an ſibi unum Marianae teſtimonium, & illud mutilum proferenti? Faedem interim reddantur ei voces, denuntieturque, quod quidem dixit, Mabillonium ſcilicet plura ſomniando de re Monaſtica ſciviſſe, quam Cennium meditando. Moneatur inſuper de clariſſimis viris melius ſentire, & animadvertere prius quam rem defendat, num poſſit probare. Quid enim aut ſibi conduxit, vel Lectoribus adfirmare, quod Mabillonius *alibi alienum errorem detegit, quo in praedicti Monaſterii* (Aemilianenſis) *fundatione probanda ipſe laborat*, quum nullum Pſeudo-Chronicon indicaverit, ex cujus figlina S. Aemiliani Epitaphium profectum eſſe diligens quiſque Lector comperiat? Eximiam ſane gloriam conſequutus eſt, perſuaſum Lectoribus volens, Mabillonium Aemilianenſis Mo-

8. Igitur Aemiliani Epitaphiũ.

(a) *De Vir. illuſtr. Cap.* 1. & 2. (b) *Cap.* 1. n. 16.

DISSERT. II. CAP. III.

Monaſterii fundatricem firmaſſe ſuppoſititiis inſcriptionibus, quae apud veteres occurrunt, quando Vir tantus harum non immemor, immo cenſor perſpicaciſſimus toties eas refellit, ut legenti ejus opera perſpicuum erit. Porro quum, teſte Marchione de Mondexar, (a) ab Hieronymo Roman de la Higuera ſparſa jam eſſent in vulgus Maximi, & aliorum ejuſdem farinae Chronica Anno 1564. ſeptem annis ante inventionem lapidis octogoni, cui inſculptum erat Epitaphium S. Aemiliani, ſi typis Anno 1617. fideliter ſint commiſſa, promittere, in meque recipere poſſem diligentiſſimum quemque Lectorem in nullo Pſeudo-Chronico S. Aemiliani Epitaphium comperturum. Si quis autem forte octogono lapidi morſum infigat, contendatque, eum ſepulcro illatum, vel quando inde tranſlata ſunt S. Aemiliani oſſa, vel paullo poſt editum Martinii libellum, qui in controverſiam deduxit, quiſnam eſſet Aemilianus ille, de quo S. Braulio conſcripſerat? Is plane non animadvertit, quod lapis, ſi in ipſa Tranſlatione in ſepulcrum immiſſus eſſet, aliquam mehercule Tranſlationis mentionem faceret. Quum vero nullam faciat, cur tunc illatus, eo vel magis quod Epigraphe extrinſecus inciſa S. Viri Corpus ibi quieviſſe ſatis innuebat? Sed & puritas latinae linguae qua conceptum eſt S. Aemiliani Epitaphium, abunde indicat eo tempore ingeſtum non fuiſſe lapidem, cui jam ſuccreverat barbaries. Id ergo revocandum erit vel ad Gotthorum tempora, vel ad recentiora, quibus prodiit in lucem Martinii libellus. Non ad haec; quia obductae operculo calcis veſtigia recentiora apparuiſſent, nec fieri poterat, ut res ita premeretur, ut aliquando non erumperet, praeſertim quum inventioni lapidis tot interfuerint teſtes, & multo plurium oculi ac manus, ſi recens immiſſus eſſet, ob immane pondus ad amovendum, & reponendo operculum requirerentur. Gotthorum ergo tempore octogonum lapidem inlatum fuiſſe dicendum erit, quo Latinitas in Hiſpania nondum prorſus a puritate deſciverat, illumque relictum una cum fruſtulis ligneae thecae antiquioris, & forte cum cineribus, quando ſacra S. Aemiliani oſſa fuerunt tranſlata. Et ſane hunc lapidem redolere antiquitatem Gotthorum praeter characteres forma ipſa Labyrinthi, qua S. Aemiliani Epitaphium digeſtum fuit, lucu-

Margin notes:

ſi Pſeudo-Chronica ab Hieronymo Roman ſparſa ſeptem annis ante inventionem lapidis, fideliter anno 1617. ſint typis tradita, in nullo reperietur. Nec valet dici, lapidem ſepulcro illatum

In Tranſlatione Corporis S. Viri, & cur?

Seu quando prodiit Martinii libellus, & cur?

Gotthorum ergo tempore ingeſtum fuiſſe ſuadent Latinitas,

characteres, & forma, qua ſcri-

(a) Diſſert. 3. cap. 4. n. 12.

piam fuit Epitaphium.

luculenter oſtendit. Non enim una reperitur Inſcriptio, quae pro more illorum temporum ad quamdam ejus ſimilitudinem fuerit exarata, Audi Ambroſium Moralem ita dicentem: *Me etiam juvene, in Montibus Cordubenſibus, decimo ab urbe milliario, non admodum longe ab oppido, quod Traſierra vocant, in eo agro, qui Comitatus de Eſpiel dicitur, dum vetuſtum puteum ruſtici repurgant: cimbalum aereum parvum pedis ferme altitudine, extraxerunt. Id nunc etiam in Divi Hieronymi Coenobio adſervatur. Forma eſt ab ceteris, quibus nunc utimur, longe diverſa. Litteras ſequentes non fuſiles, ſed celte excavatas in orbem habet: ſed tot nexibus inter ſe colligatas, & aliis alias incluſas, ut typis eorum ſpecies exprimi nequeat.*

Offert hoc munus Samſon Abbatis in
Domum S. Sebaſtiani Martyris Chriſti
Era DCCCC. Et XIII.

Eſt autem hic Annus Domini 875.

§. II.

I. QUum S. Benedicti Regulam in Hiſpaniis viguiſſe Gothorum tempore probaverim, oſtendens firmiſſimis argumentis S. Aemilianum ad ejuſdem Regulae praeſcriptum ſuum rexiſſe Monaſterium, temporis ordo poſtulat, ut agam de S. Martino Abbate & Epiſcopo Dumienſi, quem S. Aemiliano aequalem fuiſſe, ut pote mortuum circa Annum 580. inficiari nemo poteſt. Cennius de Martino loquens ita inquit: (a) *Tametſi & Monachis ſuam peculiarem Regulam quin tradiderit, non eſt dubium.* Et alibi: (b) *Neque aliam fuiſſe puto conſuetudinem Monaſterii Dumienſis, qua ſcilicet Monaſticam vitam Monachi profitebantur, ſeu aliorum Monaſteriorum, pro quibus Martinus, teſte Iſidoro,* (c) Copioſa praecepta piae inſtitutionis compoſuit: *Quemadmodum, & de Biclarenſi Coenobio ſentiendum eſſe crediderim,* ubi *Iſidoro eodem docente, Joannes Monachus* congregata Monacho-

S. Martinus Abbas, & Epiſcopus Dumienſis dicitur a Cennio,

citato S. Iſidoro, pro Monaſteriis copioſa praecepta piae inſtitutionis cōpoſuiſſe.

„ rum

(a) *Differt.* 6. *Cap.* 1. n. 13. (b) *Cap.* 3. n. 12. (c) *De Vir. illuſtr. Cap.* 35. & 44.

„ rum ſocietate ſcripſit Regulam ipſi Monaſterio profutu- „ ram. Et inferius: *Eam* (ſimilitudinem cum Benedictina in Monachorum Hiſpaniae inſtituto) *intelligent perinde Donatum, Martinum, & Joannem in ſuas, quas ſcripſerunt, Regulas ex Patrum antiquorum praeceptis tranſtuliſſe, ac paullo ante fecerat, ipſis inſciis, Benedictus in Caſinenſi Monaſterio.* Quare ſi Martinus Abbas & Epiſcopus Dumienſis ſcripſit Regulam, quam ſuis Monachis tradidit, Benedictinam obſervaſſe non videtur. Haec ratiocinatio quum S. Iſidori autoritate nitatur, quam optime firmata judicabitur. Sed ubinam, quaeſo, S. Iſidorus ſcribit, Martinum pro Dumienſi, aliiſque Monaſteriis copioſa praecepta piae inſtitutionis compoſuiſſe? Audi S. Doctorem de Martino ita loquentem: (*a*) *Eccleſias confirmavit, Monaſteria condidit, copioſaque praecepta piae inſtitutionis compoſuit.* Ubi legitur τὸ *pro quibus?* Si autem illud Cennius ſuo Marte addidit, quid agam, aedepol neſcio. Quinam facere poſſum, ut apud ſe ſit, qui demere, aut mutilare honeſtum ducit? Et ſi mutilat, ut adſolet, cur non addet? Sed ne Iſidorum è conſpectu amittamus, det aures ſuas Cennius eidem docenti quaenam ſint *copioſa* illa *praecepta piae inſtitutionis*, quae S. Martinus *compoſuit*, dum illico ſubdit: *Cujus quidem ego ipſe legi librum de differentis quatuor virtutum, & aliud volumen epiſtolarum, in* QUIBUS HORTATUR VITAE EMENDATIONEM, ET CONVERSATIONEM FIDEI, ORATIONIS INSTANTIAM, ET ELEEMOSYNARUM DISTRIBUTIONEM, ET SUPER OMNIA CULTUM VIRTUTUM OMNIUM ET PIETATEM. Pone autem, illa copioſa praecepta piae inſtitutionis a Martino fuiſſe pro Monaſteriis ab ſe aedificatis compoſita, num dicendus eſſet S. Vir pro Monachis ſuis ſcripſiſſe Regulam? Quiſnam ſomniavit, Maximum Cpolitanum, Bernardum Abbatem, Humbertum V. Generalem Praedicatorum compoſuiſſe Regulas, dum, Bellarmino teſte, (*b*) primus ſcripſit *de vita pie & religioſe inſtituenda;* alter *de Ordine vitae, & morum inſtitutione;* tertius vero *de inſtitutionibus ſpiritualibus*, quae exactiſſime comprehendunt univerſa, quae ad abſolutam Religionis formam videntur adtinere? Quare unuſquiſque vidit, quam ſaepiuſcule hactenus erraverit Cennius, & praecipue heic, dum felicitate, qua ſolet, interpretatur pro Regula Monachorum

DISSERT. II. CAP. III. ideoque ſcripſiſſe pro eis Regulam.

ſed quam a vero abeat,

docet S. Doctor,

qui declarat, quaenam ſint ea praecepta,

quae etſi iis pro Monaſteriis eſſent compoſita, Regulae titulum non haberent.

(a) *Cap. 35.* (b) *De Scriptor. Eccl.*

Digitized by Google

Diſſert. II. Cap. III. quo ea S. Iſidorus non exornavit.

rum copioſa illa praecepta piae inſtitutionis, quae S. Martinus compoſuit, non advertens, quod S. Iſidorus ſubaequalis utique dixiſſet: *ſcripſit Regulam*, ſicuti dixit de Joanne Biclarenſi, & S. Ildefonſus de S. Donato. Huc accedit, quod apud auctores ſive veteres, ſive recentiores nullum exſtat veſtigium, immo nulla mentio hujus Regulae, & tamen etſi illa Biclarenſis perierit, memoratur a Scriptoribus, qui agunt de Regulis Patrum, ſeu de Inſtitutoribus, & Fundatoribus Religionum, quibus adnumerandus certe eſſet Martinus Dumienſis, ſi Regulam ab ſe ſcriptam ſuis Monachis tradidiſſet.

II.

Cennius vult S. Martinum aedificaſſe Monaſteria, iis dediſſe Regulam, ſed negat fuiſſe auctorem Monaſtici Inſtituti,

Quid minus utile fuit, quam hoc ulcus tangere? Vidi enim Cennium ita eſſe animo excitatum, ut velit, S. Martinum aedificaſſe Monaſteria, iiſdemque tradidiſſe peculiarem Regulam, quam pro eis illum compoſuiſſe contendit. Quid tum poſtea? Immiſericorditer ſententiam decreto ſimillimam pronuntiat: (a) *Monaſtici auctor inſtituti appellari non poteſt*. Quid, quaeſo, amplius requiritur, ut hunc titulum conſequatur? Si cauſſam ſcires, cur ei hujuſcemodi titulum abjudicaverit, hercle quidem riſu te admoderari non poſſes. Sed auſculta, & ride: *Quia conſtat ſcientiſſimum illum Sacrorum Canonum, Catholicae Religioni inſtaurandae, ac diſciplinae Eccleſiaſticae reſtituendae navaſſe operam, quae illius potiſſima cura fuit.* Laute quidem, ut nihil ſupra! Si reapſe Martinus Regulam ſcripſiſſet, (quod ab eo non factum noſti) Magiſtratus egomet pro eo vellem adire, ut judicium Martino de eadem cauſſa iterum reddant, & ſubjectis exemplis judicatum reſciſſum iri adſeverantur promitto. Secus enim in numerum Inſtitutorum nec Norbertus, nec Vincentius a Paullo, nec complures alii referendi erant, qui vel revocandis ad fidem haereticis, vel Eccleſiaſticae diſciplinae augendae adlaborarunt. Sed & Benedictus cur hoc nomine colitur? Ipſe enim ubi Caſinum pervenit, *contrivit idolum*, teſte Magno Gregorio, (b) *ſubvertit aram, ſuccidit lucos, atque in ipſo Templo Apollinis Oratorium B. Martini, ubi vero ara ejuſdem Apollinis fuit, Oraculum S. Joannis conſtruxit, & commorantem circumquaque multitudinem praedicatione continua ad fidem vocavit.* Poterat igitur S. Martinus licet Apoſtolus Svevorum appellari Monaſtici auctor inſtituti

quia ſcientiſſimus Sacrorum Canonum Catholicae Religioni inſtaurandae, & diſciplinae Eccleſiaſticae reſtituendae operam dedit: quae ratio ii vim haberet,

Inſtitutores nec Norbertus, nec Vincentius a Paullo,

nec Benedictus appellari poſſent.

(a) Cap. 1. n. 13. (b) Lib. 2. Dial. Cap. 8.

tuti aeque ac S. Benedictus etſi Apoſtolus, quia miſſus a Deo, ut docet S. Thomas, (a) ad gentium converſionem. Sed audi & aliud, in quo Cennius ſibi non conſtat. Si enim Martinus *in regnum Suevorum ingreſſus, illico Monaſterium ibi aedificaſſe dicitur* a Cennio, (b) quomodo factus Epiſcopus Eccleſiae Monaſterii, *Epiſcopatum in Monaſterii formam redegit?* Rectius ſane ac verius rem perſequitur Mabillonius, dum ita docet: (c) *In Concilio Lucenſi I. ut praeconi ſuo gens Suevorum gratam ſe exhiberet, hujus Monaſterii dignitas aucta eſt Sede Epiſcopali, quam Martino tum Dumienſi Abbati Patres illius Concilii detulere.* Nec diverſa ſentit Pagius, dum ita loquitur: (d) *Porro S. Martinus ſtatim ac e Pannonia, ubi natus eſt, ut docet Turonenſis,* (e) *Bracaram pervenit, aedificavit Monaſterium Dumienſe in pago ejuſdem nominis prope eam urbem, cujus Abbas ipſe dictus eſt, ac dein primus Epiſcopus.* Quos inſignes Viros non eſſe errore deceptos conſtat ex Libro de ſententiis Patrum, quem in Monachorum gratiam S. Martinus e Graeco in Latinum transferendum curavit per Paſchaſium Diaconum, cujus Prologus *Domino venerabili Patri Martino Presbytero & Abbati* nuncupatus eſt. Quod & confirmat Oudinius, dum ait: (f) *Paſchaſius Diaconus tranſtulit in Latinam Linguam Librum de Vitis Patrum Graece ab incerto auctore conſcriptum, quem Martino Abbati Dumienſi dicavit.* Si ergo Monaſterium exſtabat antequam Martinus Epiſcopale onus obiret, accedente ad illud Epiſcopali dignitate, quomodo Epiſcopatus in Monaſterii formam redigi poterat, quando potius dici deberet Monaſterium in Epiſcopatum transformatum, ſicuti loquitur Mariana citatus ab ipſo Cennio? (g) *Ponam*, inquit is, *cum Mariana praeiviſſe eam* (Monaſterii fundationem) *Epiſcopatus erectioni:* Exſtruxit, *ait*, (h) ab imo Dumienſe „ Monaſterium, quo in Epiſcopatum transformato, ex Ab- „ bate Dumienſis Epiſcopus factus eſt. Monaſterium igitur, Martino creato Epiſcopo, in formam Epiſcopatus redactum fuit, veluti Monaſterio Montis Regalis, in Sicilia obtigiſſe perſpectum eſt, ubi Monachi Canonicorum officio defungi coeperunt, & ne ab Hiſpania digrediar, eadem dignitate Monaſterium Villulae Aquis, juſſu Uvambae Regis

Cennius adſerit, Martinum in Suevorum Regnum ingreſſum illico Monaſterium aedificaſſe, & quidem recte; ſed errat dicens, eum factum Epiſcopum Epiſcopatum in Monaſterii formam redegiſſe, quum Monaſterium Sede Epiſcopali auctum fuerit, ut docent Mabillonius, Pagius, & ſuadet ratio;

& Mariana,

ſicuti obtigit Monaſterio Montis Regalis in Sicilia,

& Monaſterio Villulae Aquis in Hiſpania ;

(a) *Opuſc.* 19. *al.* 15. *Cap.* 4. (b) *Cap.* 1. *n.* 13. (c) *Lib.* 6. *Annal. Bened. n.* 5. (d) *Ad Annum* 560. *n.* 5. (e) *Lib.* 5. *Cap.* 37. (f) *De Scriptor. Eccleſ.* (g) *Cap.* 1. *n.* 5. (h) *De reb. Hiſp. Lib.* 5. *Cap.* 9.

DISSERT. II CAP. III.

Sed non ſic in Anglia, ubi Epiſcopatus in Monaſterii formam fuerunt redacti.

fuiſſe auctum, Concilium Toletanum XII. aperte teſtatur, (a) in quo Monachi Canonicorum partes agebant. Falſa quidem fabulatus non eſſet Cennius, ſi Archiepiſcopatum Cantuarienſem, alioſque Angliae Epiſcopatus in Monaſterii formam redactos dixiſſet, in quorum Cathedralibus Monaſterio ſubinde adauctis Auguſtinus Archiepiſcopus, aliique Epiſcopi Monachos inſtituerunt. Quum autem Monaſterii Montis Regalis mentio inciderit, mihi liceat a cauſſa, quam

Porro Monachi Montis Regalis,

ago, parumper digredi, & aliquas ejus vices enarrare. Monachis Montis Regalis, non ſecus atque aliis Benedictinis ab eorum origine, jam uſque a Saeculo XII. quo Mo-

qui eligebant Abbatem,

naſterium a Rege Guillielmo conditum fuit, jus fuiſſe eligendi Abbatem, quum eum obire contingeret, confeſſa res

aucto Monaſterio primum Sede Epiſcopali, mox Archiepiſcopali, integrum jus conſervarunt.

eſt, & manifeſta. Paullo poſt Monaſterio Epiſcopali primum, mox Archiepiſcopali Sede decorato ea lege, ut Abbas pro tempore exſiſtens Epiſcopum ageret illius Dioeceſis, & ratione habita, totius Provinciae Archiepiſcopum, integrum Monachi, ut jam moris erat cujuſcumque alterius Capituli, jus proprii Paſtoris deligendi conſervarunt,

Mutata Eccleſiaſtica diſciplina, non ſecus atque Canonici Cathedralium, eligunt Vicariū Capitularem, & Curiae Miniſtros conſtituunt, vel confirmant.

quod & Lucius III. ratum habuit. Priſca ſubinde Eccleſiaſtica diſciplina exoleſcente per novam legis lationem de electionibus, Monachi, aeque ac Canonici aliarum Cathedralium, vacante Sede, Monaſtici, ſeu Saecularis Ordinis Presbyterum in Vicarium Generalem Capitularem eligere, Dioeceſis luſtrationem delegare, conſtituere demum, ſeu decreto interpoſito confirmare omnes Eccleſiaſticae Curiae adminiſtros perrexerunt. Et ſane Monachi, ut liquet ex iis, quae, ea Eccleſia viduata ultimi Archiepiſcopi Cardinalis Aquavivae morte, geſta fuere, vel in praeſens in ſuorum jurium pacifica poſſeſſione conſiſtunt, quam Carolus Rex utriuſque Siciliae feliciter dominans 15. Julii 1747.

Quia vero quidam Presbyteri Saeculares, qui Metropolitanae Eccleſiae inſerviunt, ambierunt titulum Canonici, Rocchettum, & Mozzettam, Carolus Rex decrevit, eos tantum Presbyteros Praebendatos eſſe,

vehementer comprobavit. Immo quia quidam Presbyteri Saeculares, qui Metropolitanae Eccleſiae Montis Regalis inſerviunt, praeter quemdam titulum Canonicorum nulla Apoſtolica conceſſione ſuffultum, inſignia etiam Rocchettum ſcilicet, ut dicunt, & Mozzettam ambierunt, idem Rex mente proſpiciens, ejuſcemodi novitates non alio rendere, quam ad obturbandam pacem, & Hierarchiam Miniſtrorum ejus Eccleſiae, die 25. Januarii 1749. decreto vetuit, ne in poſterum umquam Canonici, ſed tantum Presbyteri Praeben-

(a) Can. 4.

Digitized by Google

bendati, ut ajunt, appellentur, neque alia inſignia, quam Almutiam, ut moris eſt, geſtare poſſint. Adrepta occaſione, piiſſimus Rex iterum in unis Monachis Benedictinis Caſinenſis Congregationis Canonicam dignitatem, juriſdictionemque firmavit, ſicuti, perorata cauſſa, die prima Julii Anno 1702. Archiepiſcopalis Curia ſtatuerat, quo nempe, ex Monachis dumtaxat Capitulum Eccleſiae Montis Regalis conſtare, eiſque, ut ſolent Capitula Eccleſiarum Cathedralium Siciliae, Archiepiſcopalem Crucem, argenteamque clavam praeferre, & ſubſelliis tapetibus exornatis, aliiſque privilegiis & juribus uti, licitum eſſe, definitum fuit. Sed ad propoſitum revertamur.

appellandos & ſolum Almutiā ex more pone geſtare, & Canonicos eſſe Benedictinos, ex iiſque illius Eccleſiae Capitulum conſtare.

III. Porro omiſſis quaeſtionibus aliis, quas Cennius habet de Martino, illam conſtituendam duco, in qua mea res agitur, quamnam ſcilicet Sanctus Vir Regulam ſervaverit, ſervandamque ſuis Monachis tradiderit, quum eum nullam ſcripſiſſe ſuperius fuerit comprobatum. Et quidem S. Martinum Benedictinae Regulae fuiſſe addictum certo ſcitur ex Decreto Bonifacii IV. edito in Concilio Romano, cui ad Annum 610. praefuit. „ Quum enim ſtulti „ dogmatis nonnulli, zelo magis amaritudinis, quam di„ lectionis inflammati adſererent, Monachos, quia Mundo „ mortui ſunt, & Deo vivunt, Sacerdotali officio indi„ gnos, neque poenitentiam, aut Chriſtianitatem, ſeu ab„ ſolutionem largiri poſſe per Sacerdotalis officii injunctam „ gratiam, edito celeberrimo decreto, Sanctus Pontifex eos refellit tum exemplis Gregorii Magni, ejuſque diſcipuli Auguſtini, ac Martini Pannonienſis, qui ex Monachis ad Pontificalem dignitatem fuerant adſumti, tum Regula S. Benedicti, qui id eis non interdicit: *Si ex hac cauſſa*, ſubdit S. Pontifex, *veteres aemuli vera praedicarent, Apoſtolicae Sedis compar B. Gregorius Monachico cultu pollens ad ſummum nullatenus apicem conſcenderit, cui ſolvendi, ligandique poteſtas conceſſa eſt. Auguſtinus quoque ejuſdem Sanctiſſimi Gregorii diſcipulus Anglorum praedicator egregius, &* PANNONIENSIS MARTINUS, *aliique quamplurimi viri Sanctiſſimi pretioſorum Monachorum habitu fulgentes, nequaquam annulo Pontificali ſubarrharentur. Neque enim* BENEDICTUS MONACHORUM PRAECEPTOR *hujus rei aliquo modo fuit interdictor &c.* Hanc Hiſtoriam Cennius de Martino loquens non tam diu preſſit, forte veluti ſibi ineptam, ut quaſi ſubito Chronologiae Caeſareo-Pontificiae ad Annum

S. Martinum ſervaſſe Benedictinam Regulam in Hiſpania docet Bonifacius IV.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

610. eam inſeruerit. Sane ſi licuit Martino ad Pontificatus apicem conſcendere, quia Benedictus Monachorum Praeceptor id ſuis non interdixit, neceſſario infertur. Martinum Benedictinae Regulae paruiſſe, ex cujus praeſcripto, quid ipſi licitum fuerit, expenditur: nam Benedictinis quidem a S. Benedicto conceſſa videri poſſunt, quae ipſe non prohibuit. Ceteri vero, qui eumdem Sanctum non habent Legislatorem, nec Benedictinis decretis obligantur, nec S. Benedicti licentia ullam adſequuntur libertatem, ut per ſe patet. Et quidem in laudato Decreto Bonifacium IV. loquutum fuiſſe de Martino Abbate & Epiſcopo Dumienſi, non de illo magno Turonenſi Epiſcopo Martino, qui & ipſe legitur fuiſſe Pannonienſis, teſtatur Mabillonius ita dicens: (a) *Hoc in loco Martini Pannonienſis nomine non Turonicum Epiſcopum, (ut Gallonius belle ſomniavit) ſed Dumienſem intellige. Martinum enim ſeniorem, Pannonienſem nuſquam, ſaepius juniorem a Scriptoribus appellatum offendes*. Et alibi Vir cl. ait: (b) *Ut quid vero Pontifex huc S. Benedicti Regulam adtuliſſet, ſi eam tres illi magni Viri non obſervaſſent? Heic vero de Martino Dumienſi ſermonem eſſe, longe veriſimilius eſt, quam de Martino Turonenſi, quem Pannonicum ſemel tantum, & quidem ab energumenis dictum lego: (c) qui certe poſtremus omnium hoc loco nominatus haudquaquam fuiſſet*. Rem ſic ſe habere, liquet ex eo, quod Urbanus II. in Concilio Nemauſenſi Anno 1096. ſuſcipiens Benedictinorum patrocinium, eiſdem argumentis, ac Bonifacius, ſtultos obtrectatores, qui eamdem quaeſtionem inſtituerant, refutavit. (d) Huc accedit illud, quod Nicolaus Antonius, qui Benedictinis ſuam operam nonniſi ſummo juri conjunctam praeſtitit, vir ceteroquin doctiſſimus, Bonifacium IV. eo in decreto de Martino Abbate & Epiſcopo Dumienſi ſermonem habuiſſe non diffitetur. (e) Et plane ad ſedandam ſaevam illam ac turbulentiſſimam tempeſtatem in Monachos Benedictinos de Sacramentorum adminiſtratione commotam, non alia opus erat ut Pontifex uteretur auctoritate, quam Regulae S. Benedicti, & ſuae tantum aetatis exempla Benedictinorum, qui ad Pontificatus dignitatem advecti erant, adduceret. Martinus ergo ex S. Benedicti Regulae praeſcripto vitam egit, agendamque a ſuis Monachis curavit.

Quem loquutum fuiſſe non de Martino Turonenſi, ſed de Dumienſi teſtantur Mabillonius.

& Nicolaus Antonius.

Qua-

(a) *Saec. I. Bened.* (b) *Lib. 3. Annal. Bened. n.* 38. (c) *Greg. Turon. de Mirac. S. Jul. Cap.* 30. (d) *Can.* 2. & 3. (e) *In Bibliotb. Hiſp.*

Quare non immerito Trithemius, Uvionius, Mabillonius, Calmetius, aliique Scriptores inter Sanctos Benedictini Ordinis Martinum recenſent. His non adquieſcit Cennius, & dicit adludens ad Martinum, & Donatum, immo & ad Joannem Biclarenſem: (*a*) *Haud animadvertunt, quod ex Oriente, & Africa primi Monaſteriorum Inſtitutores advenerunt*. Et alibi: (*b*) *Enimvero ex primis fundatoribus Monaſteriorum Martinus Dumienſis, & Joannes Biclarenſis quidquid hujuſmodi docuerunt Hiſpanos Monachos, ipſi in Oriente didicerant*. Quis ibit inficias haec animadvertens, in Cennium torqueri poſſe, quod Martialis jocans in Sextum obſcuritatis adfectatorem dicit?

eumque tamquam Benedictinum adgnoſcunt Trithemius, Mabillonius, Calmetius, & alii.

Non lectore tuis opus eſt, ſed Apolline libris,
Judice te major Cinna Marone fuit.

Nuper adſeruit Cennius, Martinum Monaſtici auctorem Inſtituti appellari non poſſe, nunc Inſtitutoris nomen eidem adtribuit. Sed Lectoribus iſtud do negotii antilogiarum, quum hac de re ſatis ſuperque. Ceterum Cennio toto capite concedam, Martinum in Hiſpaniam appuliſſe ex Oriente, ideſt ex Orientali plaga, in qua Pannonia, & Italia ſunt reſpectu habito ad Hiſpanias, quum Hiſpani ipſi nos Italos Orientales appellent: *Nos igitur*, inquit Alfonſus a Carthagena Epiſcopus Burgenſis, (*c*) *quum citra Iberum ſumus, has partes Hiſpaniae citeriorem Hiſpaniam vocamus, Italici, & alii Orientales ulteriorem vocant, quum per reſpectum ad eos ultra Iberum commoremur*. Siquidem quiſquis Gregorii Turonenſis verba vel ab ipſomet Cennio relata (*d*) diligenter expenderit, Martinum ex Pannonia in Hiſpaniam ſeſe contuliſſe faciliime cognoſcet. Non pigeat eum audire: *Nec hoc credo*, ait S. Epiſcopus, (*e*) *ſine Divina fuiſſe providentia, quod eo die ſe commoveret* DE PATRIA, *quo beatae Reliquiae de loco levatae ſunt, & ſic ſimul cum ipſis pignoribus Gallaeciae portum ingreſſus ſit*. Quae verba quomodo intelligenda ſint, addiſcat Cennius a Mabillonio, ita docente: (*f*) *Advertendum eſt, Martinum Dumienſem ex Oriente in patriam jam regreſſum eodem tempore in Gallaeciam iter ſuſcepiſſe, quo S. Martini Reliquiae* *ex*

etſi in Hiſpaniis appulerit ex Oriente, ideſt ex Orientali plaga, in qua ſunt Pannonia, & Italia reſpectu ad Hiſpanias,

(a) Cap. 10 n. 1. (b) Cap. 3. n. 17. (c) In Reg. *Hiſp. Anacephal.* Cap. 2. (d) Cap. 3. n. 3. (e) *Lib.* 1. *Mirac. S. Martini Cap.* 11. (f) *Saec. I. Bened. in Elog. Hiſt. S. Martini Dumien.*

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

per Italiam itinere habito,

ex urbe Turonica levari aſportarique coeperunt. Martinus igitur ex Oriente, ſeu ex Orientali regione, videlicet ex Pannonia, ubi natus eſt, per Italiam, immo per Romanum tractum in Hiſpaniam venit: quod & ſatis innuit Venantius Fortunatus, dum ita canit. (*a*)

Pannoniae, ut perhibent, veniens e parte Quiritum
Eſt magis effectus Galli-Sueva ſalus.

In quo S. Benedicti Regulam accepit, quam obſervandam dedit ſuis Monachis.

ut teſtatur Fleurius,

& Drumarius

Quid mirum igitur, Martinum, qui *erat*, fatente Mariana, (*b*) *natione Pannonius, & longinquis peregrinationibus Orientis provincias luſtrarat*, in Hiſpanias indubie per Italiam profecturum, ad S. Benedicti Monaſteria voluiſſe divertere, ejuſque Regulam accipere, quam certe in Hiſpania obſervavit, obſervandamque dedit ſuis Monachis? Hanc in rem locupletiſſimum teſtem excitabo non domeſticum, ſed externum, & emunctae naris Virum, Fleurium; qui de Martino loquens ita ait: *Fundavit praeter alia Monaſterium Dumienſe, in quo Congregationem inſtituit, ut viveret ſecundum Regulam S. Benedicti.* Et quidem *S. Benedicti*, ut ſcribit Drumarius Monachus S. Martini aequalis ita dicens: (*c*) *De fructu ventris ſui poſuerunt Deus & S. Pater noſter Benedictus ſupra ſedes ſuas Monaſterium Dumienſe, Antoninum, Victorium, Tabianienſe, Bargenſe, Magnetenſe, Turriz, Claudinum, Cabanenſe, Acerenſe: de quibus, ſicut de Petri retibus, fas eſt dicere: Et rumpebatur rete prae multitudine piſcium.*

Mauſona Epiſcopus Emeritenſis

Monaſteria condidit,

de quorum numero facile erit illud S. Eulaliae

IV. Et ita eſſe ſic credo, ut nihil dubitem, quum in Monaſteriis a Dumienſi non longe diſſitis S. Benedicti Regulam eodem tempore viguiſſe conſpiciam. Mauſonam Emeritenſem Epiſcopum ſedere coepiſſe Anno 572. docet Joannes Biclarenſis in Chronico; eumdem in exordio Epiſcopatus ſui Monaſteria multa fundaſſe, & praediis magnis locupletaſſe teſtatur Paullus Diaconus Emeritenſis & Monachus S. Eulaliae, qui de Patribus Emeritenſibus ſcripſit. (*d*) S. Eulaliae Emeritenſe Monaſterium, niſi de illis ſit, quae Mauſona conſtruxit, eſſe tamen fundatum Gothorum tempore, liquide diſco ab eodem Paullo Diacono, qui floruit circa Annum 630 quique illud Leuvigildi tempore jam exſtructum apertiſſime denuntiat. Hoc Monaſte-

rium

(a) *Lib.* 5. *Carm.* 1. (b) *Lib.* 5. *de Reb. Hiſp. Cap.* 9. (c) *Apud Rodriguezium adverſus Crunium Prop.* 5. §. 2. (d) *Cap.* 9.

DISSERT. II. CAP. III.

Benedictinae Regulae addictum,

quae ibi ſervabatur,

rium fuiſſe Benedictinae Regulae addictum, luculentiſſimo teſtimonio eſt ritus in eo perſolvendi hiemis tempore Vigilias nocturnas a Laudibus ſejunctas, qui omnino adſignatur a S. Benedicto, dum inquit: (a) *Hiemis tempore, id eſt a Kalendis Novembris uſque ad Paſcha juxta conſiderationem rationis octava hora noctis ſurgendum eſt. Quod vero reſtat poſt Vigilias, a fratribus, qui Pſalterii, vel lectionum aliquid indigent, meditationi inſerviatur. A Paſcha autem uſque ad ſupradictas Kalendas Novembris ſic temperetur hora Vigiliarum agenda, ut parviſſimo intervallo, quo fratres ad neceſſaria naturae exeant, cuſtodito, mox Matutini, qui incipiente luce agendi ſunt, ſubſequantur.* Quum igitur in Monaſterio S. Eulaliae *mos fuerit*, ut inquit Paullus Diaconus, (b) *ut hiemis tempore ſeorſum Matutinum Officium facto intervallo modico celebraretur*, hoc eſt ut Vigiliae nocturnae aliquo temporis intervallo dirimerentur a Matutino, id eſt a Laudibus, quas modo vocamus, ex unius S. Benedicti praecepto, jure ac merito Monaſterium S. Eulaliae Emeritenſe in Regulam S. Benedicti nomen dediſſe dici debet. Huc accedit, quod Paullus Diaconus tanta fuit erga S. Benedictum pietate adfectus, (unusquiſque enim Religioſorum peculiari ac veluti innato amore & cultu ſuum Inſtitutorem proſequitur) ut perfecte ſciret geſta S. Benedicti a S. Gregorio conſcripta, dum non ſemel utitur verbis, quae in iis deſcribendis adhibet S. Pontifex. Unum prae cunctis ſatis ſit ſubiicere exemplum. Quum S. Gregorius inducit S. Benedictum tempore inundationis loquentem cum S. Scholaſtica, ita inquit: (c) *Parcat tibi Omnipotens Deus, Soror, quid eſt, quod feciſti?* Hanc elocutionem vide, an melius imitari potuerit Paullus Diaconus Monaſterii S. Eulaliae Emeritenſis, dum ait: (d) *Indulgeat tibi, frater, Dominus, quid eſt, quod feciſti?* In Monaſterio S. Eulaliae fuiſſe Dialogos S. Gregorii non revocatur in dubium, dum eorum meminit in Praefatione Paullus; eccur is verba frequentat, quae Gregorius in exponendis Actis unius Benedicti, & non alterius Patris, uſurpat? Sed & Benedictinae Regulae fuiſſe mancipatum aliud in agro Emeritenſi Monaſterium, vocabulo Caulianum, exploratum habeo ex educatione, & oblatione puerorum in Monaſterio ad praeſcriptum Regulae S. Benedicti, qui primus

& innuit Paullus Diaconus

qui S. Benedicti Acta a S. Gregorio ſcripta tam perfecte ſciebat,

ut iiſdem Gregorii verbis

uſus fuerit.

Sed & Benedictinae Regulae mancipatum Caulianenſe Monaſterium aſtruit

mus

(a) *Reg. Cap.* 8. (b) *Cap.* 2. (c) *Lib.* 2. *Dial. Cap.* 33. (d) *Cap.* 3.

DISSERT. II. CAP. III.

educatio, & oblatio puerorũ, quos S. benedictus primus admiſit in Monaſteriis Occidentalis,

mus fuit, qui in Occidentis Coenobiis pueros admiſerit. Siquidem Paullus Diaconus puerorum mentionem facit, (a) qui eo in Monaſterio *ſub paedagogorum diſciplina in ſcbolis ſtudebant litteris*, quique cuidam Monacho gulae nimis dedito ſic exprobrarunt: *An vero tibi jam annis effaeto licet agere, quae nobis puerulis non licet?* Quia ſcilicet S. Benedictus menſuram ciborum eis praeſcripſit, (b) *& ne quiſquam praeſumeret ante ſtatutam horam, vel poſtea quidquam cibi, vel potus percipere* interdixit, (c) cujus temperantiae leges hic Monachus ſolebat excedere. Quid clarius dici poterat ad oſtendendum Cauliani Monaſterium Benedictinae Regulae ſubjectum? Neque his poſterius credorem origine aliud Monaſterium S. Petri nuncupatum nomine, in quo Benedictinam Regulam jam inde a principio fuiſſe admiſſam aperte colligitur ex pervetuſto Codice ſermonum, quos ejus Abbates habebant ad Monachos. Illos inter eſt exhortatio Polemii Abbatis ad majorem Regularium praeceptorum cuſtodiam, qui Monaſterium Maximum in exemplum ſubiciens ita ait: (d) *Memores eſtote, fratres, qualiter in Monaſterio Maximo Angeli Dei operti ſaccolo, in ſpiritu & virtute SS. P. Benedicti, & Coelum humeris in terra portabant, & Regnum a perfidia Ariana jejuniis & orationibus liberabant*. Exſtat ibidem & alius ſermo Pelagii, qui Abbatem agebat Anno 994. in quo ita legitur: *Fulcite vos floribus, ſtipate malis; reſpicit enim Deus, & SS. P. N. Benedictus ſuper Domum iſtam*, QUAE AB INITIO ANTIQUITUS *florens cum tota Eccleſia Regni hujus florere coepit*. Quibus ex teſtimoniis liquido conſtat, Monachos S. Petri AB INITIO ANTIQUITUS Benedictinis Legibus fuiſſe adſtrictos, & Benedictinos Monaſterii Maximi jejuniis & orationibus Regnum exemiſſe Ariana pravitate, quae S. Martini Dumienſis aevo Gallaeciam omnem, ac Luſitaniam pervaſerat. Ab Luſitanis non eſt ſejungendum Legionenſe SS. Claudii, Luperci, & Victorici Monaſterium, quod Benedictinis legibus tunc temporis obtemperaſſe conſtat, quando S. Vincentius Abbas, & S. Ramirus Praepoſitus, ſeu Prior cum duodecim Monachis, tuendae catholicae Fidei cauſſa, ab Arianis fuerunt interfecti, quorum Martyrium Baronius, ac Mabillonius ad Annum 584. referendum optime cenſent. Siquidem praeter Yepeſium, Sandovallium Epiſco-

& Monaſterium S. Petri,

ut teſtantur Abbates Polemius,

& Pelagius.

Eidem Regulae Legionenſe Monaſterium obtemperaſſe,

praeter Scriptores, & Marty-

(a) Cap. 2. (b) Reg. Cap. 39. (c) Reg. Cap. 43. (d) Apud Rodriguetium adverſus Cennium Prop. 3. §. 2.

rologia Hiſpana

piſcopum Pampilonenſem; Bucelinum, Uvionium, Menardum, Dorganium, & Martyrologia Hiſpana, Benedictino Ordini antiquiſſimi Codices quoque laudatos Martyres adſcribunt. Audi eorum Acta, quae Valliſoleti adſervantur: *Recilianus Vincentium Abbatem Coenobii SS. Martyrum Claudii, Luperci; & Victorici in ſuburbio Legionis urbis ſub Divi Benedicti Regula virum orthodoxae fidei obſervantiſſimum ad ſe in concilium, quod congregarat, adductum graviſſima objurgatione increpuit.* Haec Acta edidit doctiſſimus Mabillonius, (*a*) quibus omnino concinunt, quae Compoſtellae reperiuntur, quae ſic habent: *Vincentius Abbas Coenobii SS. Claudii, Luperci, & Victoris in ſuburbio Legionis urbis vir orthodoxae fidei obſervantiſſimus ſub Divi Benedicti Regula &c.* Sed & Acta SS. Ramiri, & duodecim Monachorum Martyrum, quae eruditiſſimi viri Henſchenius, & Papebrochius e manu ſcripto Codice eruta dederunt, (*b*) manifeſte docent, Legionenſe S. Claudii Monaſterium Benedictinae Regulae fuiſſe addictum, dum in iis ita legitur: *Ramirus ex etymologia nominis fuit origine Gothus, in Monaſterio SS. Claudii, Luperci, & Victorici Martyrum in urbe Legionis Cucullum Ordinis P. N. Divi Benedicti induit.* Ad haec adde, quod Monachi S. Claudii Legionenſis, qui ad Martyrium ſubeundum animo non erant parato, ad Montes Gallaeciae confugerunt, *ubi aliud Coenobium aedificarunt, cui ex relicto nomenclaturam indiderunt, S. Claudii ſimiliter appellantes.* In novo Coenobio eos eadem Regula, quam in Legionenſi profeſſi erant, uſos eſſe ſuadet Religioſorum tenacitas in retinendis ſuis inſtitutis, a quibus unuſquiſque exploratum habet quam operoſa res ſit eos deſciſcere, quum in illis major pars conſenuerit. Atqui in hoc non aliam viguiſſe Regulam, quàm S. Benedicti, ex eo conſtat, quod non aliunde commodius, quam ex proximo illam Ovetenſe Monaſterium Maurorum tempore conſtructum petere poterat, ut opportune oſtendam. In Legionenſi igitur Coenobio S. Benedicti Regulam ſervatam fuiſſe, omnino dicendum erit.

perhibent Acta S. Vincentii Abbatis & Martyris

a Mabillonio edita,

& Acta SS. Ramiri, & Socior. MM. ab Henſchenio, & Papebrochio producta,

& ratio confirmat.

V.

S. Leander vitam Monaſticã egit,

Quum in Legionenſi Coenobio aliquandiu S. Leander demoratus fuerit, temporis ratio poſtulat, ut de eo ſermonem inſtituam. Multa ſunt, quae Cennius congerit ad exuendum Benedictino cucullo Sanctum Doctorem, ut e-

R tiam

(*a*) *Saec. I. Bened.* (*b*) *Ad diem XI. Martii.*

tiam hac ratione S. Benedicti Regulam ab Hiſpaniis expellat. Primo ita dicit: (a) *Benedictinae Regulae auditum fuiſſe nomen a Leandro augurer potius, quam exiſtimem;* & alibi: (b) *Leandrum adfirmo non ſolum S. Benedicti Regulam ignoraſſe, ſed privatae alicujus Monaſterii Hiſpani dediſſe operam ſub Abbate neſcio quo, &. niſi multum fallor, ſub Eutropio. Opinionem hanc juvat Concilium Toletanum III. tam a Leandro Epiſcopo, quam ab Eutropio digeſtum.* Hactenus Cennium nihil evincere, unuſquiſque percipit. Si enim ex eo, quod Concilium Toletanum III. digeſtum fuerit a S. Leandro Epiſcopo, & ab Eutropio Abbate, ſequeretur, S. Leandrum operam dediſſe privatae Regulae ſub Eutropio Abbate, conſequens etiam eſſet, Joannem Archiepiſcopum Tarentinum, & Petrum Epiſcopum Patavinum fuiſſe Benedictinos ſub Ludovico Abbate S. Juſtinae ex eo; quod ſumma Concilii Baſileenſis fuerit penes Joannem Archiepiſcopum Tarentinum, Petrum Epiſcopum Patavinum, & Ludovicum Abbatem S. Juſtinae. Deinde ſubiicit: (c) *Huc accedit, quod Joannes fundator Monaſterii Biclarenſis non ſolum Scriptores omnes ſui aequales eſt imitatus, altum ſilens de S. Benedicti Regula, ſed ſuam ipſe ſcripſit, Leandro ipſo ſciente, ac fere audiente,* Quis neget Cennium tam fidenter ſimilia pronuntiantem ſingulos evolviſſe Scriptores, ex quorum ſilentio hujuſmodi argumentum eruerit, & nullatenus dubitaſſe, num aliqui ei defuerint, qui eodem claruerint Saeculo? Et tamen Criticae regulas eum neglexiſſe, ex iis, quae uſque modo adtuli, teſtimoniis optime unuſquiſque percepit. Aedepol igitur ſatis docte ex veterum ſilentio colligit, Benedictinam Regulam in Hiſpaniis non fuiſſe ſervatam! Qui tacet, num negare cenſetur? Quot ſunt Monaſteria, quorum Regulae notitia ad nos uſque minime pervenit? Monaſterii Aſanenſis ſub S. Victoriano Abbate (ut ab aliis abſtineam) Regula nulla commemoratur; ergone ſine Regula ſtetiſſe inſigne illud Monaſterium putandum eſt? Fabulae. Quot ſunt antiquiſſima monumenta in Arretino SS. Florae, & Lucillae Archivo! quorum vix unum reperies centeno quoque anno Benedictinae Regulae mentionem facere; ergone hoc Monaſterium, quod a ſui origine & S. Benedicti titulum praeſetulit, & ſub Sancti ejuſdem Patris Regu-

Sed tamen non ſub Eutropio Abbate.

Vis argumenti negativi quam infirma.

Antiquitas S. Benedicti nomē, ſeu Regula rariſſime commemoratur.

(a) *Cap.* 3. n. 6. (b) *Ibid.* n. 17. (c) *Cap.* 3. n. 17.

Regula conſtitutum fuiſſe conſtat, Benedictinae Regulae illo intermedio tempore obtemperaſſe neges? Et ne ab Hiſpania digrediar, contemplare Adpendicem ad Marcam Hiſpanicam non ſemel a Cennio laudatam, & comperies ex quadraginta duabus & amplius chartis Monaſterii Cuxanenſis, quae incipiunt ab Anno 846. Annoque 1173. deſinunt, ſex dumtaxat S. Benedicti nomen, ſeu Regulam commemorare, ſicuti non pluries, quam ſepties trium Saeculorum, & viginti duorum annorum ſpatio Rivipullenſis Monaſterii monumenta, quae ibidem ab Anno 888. exordiuntur, eum nominant. Quae neceſſitas erat tunc temporis patefaciendi Benedictinum Ordinem, quando non alterius Ordinis exſtabant Religioſi? Porro autem cui divinandum erat, non dicam Cennium, ſed tot Pſeudo-Criticos orituros, qui inſana & pruriginoſa de omnibus praepoſtere dubitandi libidine flagrarent, & receptas traditiones, opinioneſque comprobatas Scriptorum ſpectatae fidei locupletiſſimis teſtimoniis, infelicibus conjecturis abolere, & evellere pro viribus molirentur? Sed nemo neſcit, quam infirma ſint hujus generis argumenta. Legat Cennius Thierſium, qui negantis argumenti vires fere proſtravit. Ceterum Joannem Biclarenſem non ſcripſiſſe Regulam, ſed potius inſtructionem ad melius ſervandam Benedictinam Regulam ſuperius oſtendi (*a*) auctoritate praeſertim Trithemii Abbatis; qui eam, non Regulam, ſed *Exhortatorium ad Monachos* appellavit, quo ſane titulo rerum Monaſticarum peritiſſimus uſus minime eſſet, ſi in ea abs ſe probe lecta, optimeque percepta Regulae dotes adgnoviſſet. Nec alia in opinione eſſe videtur Mariana, quem eo lubentius profero teſtem, quo frequentius a Cennio citatum video, & de quo haec ipſe honorifice praedicat: (*b*) *Pater Joannes Mariana, qui ut mihi videtur ceteris Hiſpaniarum Scriptoribus accuratius de re Monaſtica ſcripſit &c.* Is ergo de Joanne loquens ait: (*c*) *Biclarenſe Monaſterium conſtituit, optimis legibus, atque inſtitutis ad Divi Benedicti Regulam conformatum.* Quare non immerito Trithemius, Moralis, & Uvionius eum Benedictinis accenſent. Hanc autem qualemcumque Regulam ab Joanne Biclarenſi, *Leandro ipſo ſciente, ac fere audiente*, fuiſſe ſcriptam quàm lubentiſſime faterer, ſi quam id credendi difficultatem per-

& cur?

Joannes Biclarenſis non ſcripſit proprie Regulam, ſed Inſtructionem ad melius ſervandam Benedictinam Regulam, ut docet Trithemius,

& Mariana

(a) *In Diſſert. praelimin.* n. 15. (b) *Diſſert.* 6. *Cap.* 1. n. 1. (c) *De Rebu Hiſp.* *Lib.* 5. *Cap.* 13.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

timeſco; exſorbere mihi liceret. Siquidem Joannes Biclarenſis a Leuvigildo Rege Barcinonem relegatus, ubi per annos decem, teſte S. Iſidoro, (a) multas ab Arianis injurias paſſus eſt, Biclarenſe Monaſterium conſtruere minime potuit, niſi ejurata ab Reccaredo, ejuſque populo Ariana impietate; quod accidiſſe dixi (b) Anno 587. quem inter & obitum S. Leandri quum tam pauci interceſſerint anni, tantum abeſt, ut potuerit etiam ſcribere Regulam; ut eo temporis intervallo ſi Coenobium conſtruxerit, omnium exſpectationem vicerit. Sed etſi eam lucubraverit Abbas, niſi Aegyptiaca menſura utens ſchoenum pro milliario numerem, longiſſimum locorum ſpatium, quod unam inter alteramque Hiſpaniarum extremitatem, Hiſpalim ſcilicet, & Biclarenſe Monaſterium in Tarraconenſi Dioeceſi interjacet, quemnam aditum hujuſmodi Regulam ſciendi, & fere audiendi aperire potuiſſet S. Leandro podagrâ aliiſque morbis addicto, ex quibus non convaluit? Verumenimvero ſi Joannem ſcripſiſſe Regulam jam evectum ad Gerundenſem Cathedram dixerim, ad quam jam promotum circa Annum 599. diſco ex Concilio Barcinonenſi, cui interfuit & ſubſcripſit, a veritate non deflectam: Quandoquidem quum MSS. Codices hujus Regulae praetulerint titulum non Joannis Abbatis Biclarenſis, ſed Joannis Gerundenſis, pluſquam ſufficienti argumento ducor ad credendum ejuſmodi Regulam fuiſſe ſcriptam ab Joanne poſt ſuſceptum Epiſcopale munus. Et ſane Trithemius ſub Joannis Gerundenſis nomine hujus Regulae fragmentum refert. Quae quum ita ſint, dubio procul adſerere poſſum, S. Leandrum laudatam Regulam è Coelis ſciviſſe, & perfecte audiviſſe.

nec eam S. Leander ſcire, aut audire potuit, niſi de Coelis.

VI.

Cennius auctoritate munitus Nicolai Antonii,

Cennius acriter inſtat, ut Leandri nomen ex Benedictinorum albo eradatur; & Nicolai Antonii ſuffragio munitus, ſe jam voti compotem factum exiſtimat. Sic enim ait: (c) *Nequicquam ſe torquent ii, qui ſuorum temporum diſciplinae aptare nitentes antiquam, in vetuſtis iis Monaſteriis, praeter Monaſticum inſtitutum, peculiarem aliquem Ordinem exquirunt. Molitus id etiam fuit Nicolaus Antonius adverſus eos, qui Benedictinum fecerant S. Leandrum, at diu excuſſis aliis aliorum opinionibus, concludit:* „ Obſcurum „ & incompertum hucuſque eſt Monachatus Leandri In- „ ſtitu-

qui obſcurum, & incompertum hucuſque eſſe

(a) *De Script.* Cap. 31. (b) Cap. 2. n. 2. (c) Cap. 3. n. 18.

„ ſtitutum. „ *Perinde adfirmatum iri ab omnibus, quoſcumque non pigeat vetera omnia monumenta perſcrutari, certum ſcio: re ſiquidem diligentiſſime indagata, compertum mihi & exploratum eſt quiſquid, ſtudii cauſſas omnes procul habens, hucuſque diſputavi. Quamobrem dicam quod ſentio: doctiſſimus Cardinalis Aguirrius ſummam in admirationem me conjecit; ubi eum vidi conjecturis & ratiociniis ductum hanc de Leandro ſententiam proferre:* „ Familiaritas S. Leandri „ jam pluribus antea annis Monachi cum S. Gregorio, & „ fratribus, ſive ſociis pariter Monachis apud Cpolim verſantibus, potuit eſſe cauſſa, & occaſio, ut Leander inde poſtea rediens in Hiſpaniam majori adſectu, ac ſolicitudine, quam antea, coleret Religionem S. Benedicti, eamque propagaret in Hiſpalenſi Dioeceſi, ac ſubinde aliis locis, forte adductis ex Italia Monachis ſimilibus iis, quos apud Cpolim novit. „ *Et quidem jure vehementer ſum miratus: vidi enim virum non ineruditum, qui Bibliothecam Nicolai Antonii nuper laudatam habebat prae manibus, paucoſque poſt annos publicae lucis fecit, nihil penſi habuiſſe, quae vir doctiſſimus ingenue faſſus erat, ut ratiocinandi genus obtruderet, quod per ſeipſum ruit.* Haec noſter Cennius, qui, neſcio, cur toties in hac ſua Diſſertatione ſe ſtudii cauſſas omnes procul habere venditet, quum qualis fuerit, ejus loquela ſatis ſuperque manifeſtum fecerit. Conſulat Lector, quae dilui in Diſſertatione praeliminari, ſimulque audiat, ac dijudicet, dici, necne, poſſit omni ſtudio vacuus, qui, ut S. Benedicti Regulam ab Hiſpaniis excluderet, non ſemel indignis rationibus atque argumentationibus utitur? Nonne expreſſe dixit, (a) quod *ad opinionem Benedictinae Regulae in Hiſpaniis vigentis Gotthorum tempore niſi demum ſecuris admoveatur .... integra ſemper erit res?* Nonne effreni animi adfectione motus adſeruit, (b) quod *vita Monaſtica una eademque fuit, (idque ut ut ingratum uſque urgeam) per totum Saeculum ſeptimum, praecipue in Hiſpaniis?* Alia his ſimilia omitto, & interim, quum cavere moneat ab eo, qui ſemel impoſuit, quae Nicolaus Antonius de S. Leandro, & de cauſſa Benedictinorum paullo fuſius dicit, Lectori proponam, ut ex iis adgnoſcat, quam immerito & Cardinalis Aguirreus taxetur, & quae palma Cennio debeatur. Audi ergo Nicolaum

Monachatus Leandri Inſtituti adſerit,

Cardinalem Aguirreum carpit,

ac ſi ratiocinandi genus obtruſerit, quod per ſe ipſum ruit;

& omni ſtudio vacuum ſe jactans indignis loquendi rationibus utitur.

Nicolaus Anto-

(a) *Cap.* 3. *n.* 4. (b) *Ibid.* *n.* 10.

DISSERT. II. CAP. III.

nius, ut patet ex iis, quae dicit,

laum Antonium: (*a*) *Obſcurum & incompertum huc uſque eſt Monachatus Leandri Inſtitutum. Silent enim veteres non ſubleſtae fidei memoriae. Unde porrecta Benedictinis conjectandi anſa hujuſce Ordinis Monachum fuiſſe, non temere quidem, uti de re in medio poſita, & a nemine interim vindicata, contendentibus, niſi Pſeudo-Maximi male fido patrocinio ad agendam, forte non malam cauſſam, uti pertinaciter velint. Quibus tamen alias reſiſtitur. Nos ad alia properantes ſerram reciprocare contentionis nolumus, quod & de Leandro agentes fecerunt docti viri & prudentes, qui Acta Sanctorum edere pergunt.*

non negat S. Leandrum Benedictinum,

Nunc dicat Cennius, ubinam Nicolaus Antonius neget S. Leandrum Benedictinum? Faſſus quidem fuit, *obſcurum & incompertum huc uſque eſſe Monachatus Leandri Inſtitutum*; & cauſſam adfert, cur ita ſentiat: *Silent enim veteres non ſubleſtae fidei memoriae.* Criticae pertiſſimus S. Leandri Monachatum Benedictinum inficiari non eſt auſus, probe ſciens ex argumentandi genere pure negativo facillimum eſſe in paralogiſmum incidere, ut ſuperius (*b*) docuit Mabillonius. Quod adeo verum eſt, ut dubius, num omnes evolverit Scriptores, num omnia notaverit, ſolide ſtatuerit, Benedictinos contendere, non temere, S. Leandrum eſſe Monachum ſui Ordinis, & agere forte non malam cauſſam, niſi uti pertinaciter velint Pſeudo-Maximi male fido patrocinio. Num fingo? Num torqueo Nicolai Antonii mentem? Sed optime Cennius percepit, quae Nicolaus Antonius dixit, quum acutiſſime more ſuo reliqua tam ſubtiliter praetermiſerit. Nihil adpoſitius ad culpandam Cennii contumaciam, quippe qui ad Nicolaum Antonium provocaverat, dici poterat.

Immo ſtatuit, Benedictinos contendere non temere S. Leandrum eſſe Monachum ſui Ordinis, & agere, forte non malam, cauſſam;

Eſto vero Nicolaus Antonius expreſſe negaret, S. Leandrum fuiſſe Benedictinum; quid ergo? quando auctoritas unius licet probi & docti ne reddit quidem opinionem probabilem, & quando Yepeſius, Sandovallius, Perezius, Menardus, Uvionius, Cajetanus, Benedictini omnes communi conſenſu tradunt, S. Leandrum fuiſſe Benedictinum, & quando ut talem adgnovit Mabillonius, (*c*) de cujus integritate ſuperius (*d*) ſatis dixi, quique aperte denuntiavit: (*e*) *Subdititium, ſi fieri poſſit, neminem nobis adrogare ſtudemus*, propterea que Baſnagius ipſe loquens de Felice Ab- [illegible] ba-

Sed vel ſi negaret, nihil obeſſet auctoritas unius, quando non ſolum omnes Benedictini tamquam ſuum eum adgnoſcunt, & maxime Mabillonius.

cui Haeretici ipſi

(a) *In Biblioth. vet. Hiſp. T. 1. Lib. 4. Cap. 4. n. 82.* (b) *Cap. 3. §. 1. n. 6.* (c) *Saec. I. Bened.* (d) *In Diſſert. praelimin. n. 3. & ſeqq.* (e) *In Praef. ad Saec. II. Bened. §. 2. n. 25.*

DISSERT. II. CAP. III.

credendum in his rebus volunt,

bate dixit: (*a*) *Felix autem fuit Abbas Obonenſis Ordinis S. Benedicti, ſi credatur Mabillonio, cui fides adhiberi debet in his rebus potiſſimum*. Verumtamen nullam Cennius fidem habeat Mabillonio, nullam tribuat Scriptoribus Benedictinis; ego tamen adſentiri non valeo Nicolao Antonio utcumque loquenti, ejuſque teſtimonio obiiciam auctoritatem omnium Hiſtoricorum Hiſpaniae, qui ſcripſerunt antequam Pſeudo-Maximus in lucem prodiret, & qui, excuſſis omnium Eccleſiarum illius Regni Archivis, nullo vinculo cum Benedictinis conjuncti S. Leandrum eorum Ordini adſcribunt. Teſtem non producam Ambroſium Moralem, quem Cennius ſtudio devinctum decantavit, qui tamen *vir cum primis doctus*, ut ait Binius, (*b*) *& de Eccleſiaſticis antiquitatibus rerum Hiſpaniarum optime meritus*, quique *Bibliothecas omnes publicas*, ut ipſemet candide fatetur, (*c*) *diligenter perluſtravit*, S. Leandrum in Benedictinorum numerum referre non dubitavit; ſed in ejus tantum me fidem conferam, quem Cennius tamquam veraciorem Benedictinis Scriptoribus non ſemel oppoſuit. Is eſt Joannes Mariana Societatis Jeſu vir clariſſimus, Hiſpaniae Hiſtoricorum facile princeps, quem Baronius *res Hiſpanicas accuratiſſime proſequutum* adfirmat, (*d*) quique de Leandro agens ita ſcribit: (*e*) *Leander Cpolim ad Tiberium Auguſtum navigavit. Ex Monacho Benedictino Hiſpalenſis Epiſcopus ſingulari eruditione, morum probitate eximia, neque minori orationis ſuavitate & elegantia; res eo tempore comparanda miraculo*. Nec ab eo diſſentit Petrus Ribadeneyra ejuſdem Societatis vir pietate, doctrinaque rerum praeſertim Eccleſiaſticarum inſignia, qui S. Leandrum Benedictino Ordini his verbis adiicit: *S. Leander S. Benedicti habitum recipiens in Monaſterio Hiſpalenſi, Mundo, ejuſque voluptatibus, ac pompis nuntium remiſit*: Quae conſentanea omnino videntur iis, quae leguntur in antiquiſſimo Breviario, quod loquens de vocatione S. Leandri ait: *Ut in eo ſub Regula S. Benedicti ſanctius Deo ſerviret*. Sed quid opus eſt teſtibus, quando ipſemet S. Leander ſe Benedictinum luculenter oſtendit in libro, quem ad Sororem ſcripſit?

ſed etiam exteri Hiſtorici Hiſpaniae

S. Leandrum Benedictino Ordini adſcribunt, ut ſunt Moralis.

Mariana,

& Ribadeneyra.

VII.

S. Leander

Porro rem ita eſſe, uno eodemque tempore comprobabo, quo me Cennio obiiciam illud urgenti, (*f*) S. Leandrum

(*a*) *In obſervat. ac haereſi Felic.* to. 4. n. 2. (b) *In notis ad Conc. Tolet. I.* (c) *In ſcholiis in Hymn. & Epitaph. S. Eulogii*. (d) *Ad Ann.* 405. n. 43. (e) *De reb. Hiſp. Lib.* 5. *Cap.* 12. (f) *Cap.* 3. n. 6.

drum *a ſcribenda ſua* (Regula) *pro Monialibus deſtitiſſe*, quum potuerit illis S. Benedicti Regulam obſervandam dare, ſi eam profeſſus eſſet. Siquidem pace tanti viri ſincere profiteor, hac reſponſione nihil me commoveri; facile namque ab hoc intorto contra Benedictinos telo in tutum evadam, ſi dicam, illam, quam Cennius vocat S. Leandri Regulam, haud proprie Regulam nuncupari eo vel maxime, quod illam hoc titulo nonniſi Lucas Holſtenius coepit exornare, vel aliquis Scriptor, qui eum non longe praeceſſit. Et ſane S. Iſidorus loquens de Divo Leandro: *Praeterea*, ait, (*a*) *edidit unum ad Florentinam Sororem de inſtitutione Virginum, & contemtu Mundi libellum, titulorum diſtinctionibus praenotatum*. Profecto dici non poſſe proprie Regulam ſatis indicant monita, quibus inſtituitur potius anima ad perfecte vivendum, quam praeſcribatur forma ad dirigendam Sanctimonialium congregationem. Quare praeſtat eam appellare vel librum aſceticum, vel adpendicem ad Regulam S. Benedicti, qua eae Moniales regebantur, quam Regulam: quod innuiſſe ſatis clare videtur ipſemet S. Leander, dum ait: (*b*) *Quid ad te, quae habes* REGULAM, *quam ſequaris?* Nec aliter docet Prudentius Sandovallius Epiſcopus Pampilonenſis, qui de S. Leandro verba faciens ita inquit: (*c*) *Scripſit librum de inſtitutione Virginum, & contemptu Mundi. Libellus bipartitus eſt, & priori parte Mundi contemtum, & Virginitatis laudem deſcribit; poſteriori, quae titulis praenotatur, aſceticae diſciplinae praecepta, regulaſque tradit decerptas e Regula S. Benedicti, quam illa* (S. Florentina) *proculdubio profitebatur*. Haec ex Hefteno; (*d*) qui ſubdit, librum editum fuiſſe Anno 1604. a Sandovallio, & poſtea a Chriſtophoro Brovvero, ad cujus marginalem oram eorum praeceptorum, ac Benedictinae Regulae mira conſenſio adnotatur. Et hinc liquet, quam juſta Cardinalem Aguirreum cauſſa impulerit, ut nihil penſi haberet, quae Nicolaus Antonius de Benedictino Monachatu S. Leandri diſſeruerat; ideoque miror, Cennium, qui Eminentiſſimum virum doctiſſimum paullo ante dixerat, mox ejus doctrinam, ejus eruditionem ex animo obliteraſſe, & ſubito eum, ac ſi ratiocinandi genus obtruſiſſet, quod per ſeipſum rueret, praeceptis Logicalibus erudire auſum eſſe, & eum ipſum, qui, non

dicam

non ſcripſit proprie Regulam,

ſed teſte S. Iſidoro, edidit unam ad Sororem de inſtitutione Virginum, & contemtu Mundi libellum,

tamquam adpendicem in Regulam S. Benedicti,

quam innuit, in eaque Sandovallius

nonniſi aſceticae diſciplinae praecepta e Regula S. Benedicti decerpta commonſtrat,

ut in editis ab eodem, & Brovvero ex notis ad marginem adpoſitis liquet.

Hinc jure Nicolai Antonii dicta nil penſi habuit Aguirreus, quem Cennius

praeceptis Logicalibus erudire audet

(a) *De Scriptor. Eccleſ. Cap. 23.* (b) *Reg. Cap. 14.* (c) *In Comment. de Vita, & natali S. Leandri.* (d) *In Diſquiſit. Monaſt.* [illegible]

Digitized by Google

dicam in compluribus Hiſpaniarum Monaſteriis, ſed in Univerſitate Salmanticenſi tot annos Lectoris munus ſuſtinuit. Sed quid a Viro hoc exſpectari poterat, qui Conciliorum Hiſpaniae collectionem ab Aguirreo curatam inofficioſam vocat, (a) quando clariſſimus Fontaninus Aguirreo Concilia Hiſpanica aeternum debere pronunciat, (b) & quando illo eodem ratiocinandi genere, quod Aguirreum obtruſiſſe Cennius divulgat, Mabillonius vir perſpicaciſſimus utitur? Tecum recole, quae ſuperius dixit laudatus Cardinalis, & audi Mabillonium: (c) *Hujus autem propagationis auctores fuiſſe videntur Martinus Abbas & Epiſcopus Dumienſis, Leander Hiſpalenſis, prae ceteris Gregorius Magnus cum verbo, tum ſcriptis . . . . . Leander Cpolim ab Hermenegildo principe legatus conſuetudine uſus eſt Gregorii Magni, tunc ibidem apocriſiarii officio fungentis, qui S. Benedicti geſta Regulamque, quam ipſe in Monaſterio ſuo Romae ceteris praetulerat, inſpirare potuit.* Sed iis refragantem audio Cennium, ita dicentem: (d) *Satis eſt memoria repetere, quae ego diſſerebam ſupra de rebus Cpoli peractis, Gregorio & Leandro ibi ſimul commorantibus, deque hujus in Hiſpaniam reditu, ut ex illis anguſtiis temporum haud poſſe duci argumentum liqueat Monaſtici Inſtituti novi generis Cpoli percepti, atque in Hiſpanias pertracti, adhibitis etiam ſociis Monachis, quorum nulla mentio alicubi occurrat.* Magnam plane vim haberet haec difficultas, ſi Cennius novum Inſtitutum Cpoli ab Leandro percipiendum Inſtituto jam antea percepto opponeret; ideoque nihili putanda, quum Cardinalis Aguirreus, & Mabillonius loquantur de Inſtituto Benedictino jam antea a S. Leandro percepto, in Hiſpaniis propagando: *Familiaritas*, inquit ille, *S. Leandri jam pluribus antea annis monachi cum S. Gregorio, & fratribus ſive ſociis pariter Monachis apud Cpolim verſantibus potuit eſſe cauſſa, aut occaſio, ut Leander inde poſtea rediens in Hiſpaniam, majori adfectu ac ſolicitudine, quam antea, coleret Religionem S. Benedicti, eamque propagaret in Hiſpalenſi Dioeceſi, & ſubinde aliis locis.* Sed pone ab Leandro numquam auditam fuiſſe S. Benedicti Regulam in Hiſpaniis, tam innumeris ſeſſionibus & conſultis ad adprehendendum novum Inſtitutum diſci ſolitum a pueris unico anno, & ad agendum de ratione eum dilatandi o-

In Univerſitate Salmanticenſi tot annos Lectoris munere functum,

qui tamen non ſecus loquutus fuerat,

atque Mabillonius.

*

Cennius

Monaſticum Inſtitutum novi generis Cpoli percipiendum

confundit cum Inſtituto jam antea a S. Leandro percepto in Hiſpaniis propagando, de quo loquitur Aguirreus

Sed etiam ſi illud antea non percepiſſet,

S pus

(a) *Diſſert.* 3. Cap. 3. n. 4. (b) *In Vindic. diplom. Lib.* 1. *Cap.* 2. (c) *Lib.* 3. *Annal.* Bened. n. 38. (d) *Cap.* 3. n. 18.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

vir ingenio praeſtantiſſimus duorum annorũ ſpatio Cpoli percipere potuiſſet

pus erat Leandro, quem Iſidorus frater *ingenio praeſtantiſſimum* dicit, (*a*) ut abſolvi non potuerint duorum & amplius annorum ſpatio, quo S. Leander, vel fatente ipſo Cennio, (*b*) Conſtantinopoli cum S. Gregorio Magno familiariter verſatus fuerat? Huc accedit, quod quum Leander Conſtantinopolim ad Mauritium Auguſtum legatus fuiſſet, ut laborantibus ſub gladio Ariano Catholicis ſuppetias ferret, cum Imperatore vix potuit de re conferre, quippe qui, ut advertit Mabillonius, (*c*) rebus Perſicis occupabatur, ob idque parum, immo nihil profectum fuiſſe conſtat. Ceterum S. Leandrum decem & tribus annis, quibus a ſuo reditu in Hiſpaniam ſuperſtes fuit Monaſteria condidiſſe quamquam non legitur, Reccaredo tamen autorem fuiſſe, ut illa conſtrueret, perdiſco ex Joanne Biclarenſi, a quo laudatus Rex Leandro a patre commendatus, *Monaſteriorum conditor & ditator* appellatur. (*d*) Immo ut eventu comprobata magis noſter Cennius videat, quae vero tamquam ſimilia Aguirreus dixerat, non pigeat animum adtendere ad decretum, quod a Patribus edendum curavit S. Leander, penes quem erat ſumma Concilii Toletani III., quod ita loquitur: (*e*) *Si Epiſcopus unam de Parochianis Eccleſiis ſuis Monaſterium dicare voluerit, ut in ea Monachorum regulariter congregatio vivat, hoc de conſenſu concilii ſui habeat licentiam faciendi: qui etiamſi de rebus Eccleſiae pro eorum ſubſtantia aliquid, quod detrimentum Eccleſiae non exhibet, eidem loco donaverit, ſit ſtabile.* Id ſatis eſſe unuſquiſque intelliget ad oſtendendum, S. Leandrum majori adfectu & ſolicitudine, quam antea, coluiſſe S. Benedicti Religionem, eamque propagaſſe in tota Hiſpania, ut indicavit Cardinalis Aguirreus, quem, ſicuti conſtat, haud certo adfirmaſſe, S. Doctorem in Hiſpaniam Monachos ex Italia adduxiſſe ſimiles iis, quos apud Cpolim novit, ita nihil negotii mihi faceſſit, occurrat, necne, alicubi illorum mentio, minime tamen neceſſaria, praeſertim quum Benedictinos inibi jam fuiſſe probaverim, Sanctique Leandri ad S. Gregorium nullae reperiantur Epiſtolae, nonniſique tres exſtent S. Gregorii ad Leandrum, eaeque perbreves propter maximas occupationes, quibus diſtinebatur, ut ipſe fatetur: (*f*) *Reſpondere epiſtolis veſtris tota intentione voluiſſem, niſi paſtoralis curae ita me labor adtereret, ut &c.*

occupationibus vacuus.

Et ſane Reccaredo auctor fuit, ut Monaſteria conſtrueret,

& Patribus Concilii Toletani III. ut Epiſcopis copiam facerent convertendi in Monaſterium unam de Parochianis Eccleſiis ſuis, eique donandi aliquid de rebus Eccleſiae pro neceſſitatibus Monachorum

Et

(a) *De vir. illuſtr.* Cap. 41. (b) *In Diſſert.* 5. *Cap.* I. *n.* 7. (c) *Saec.* I. *Benedict.* (d) *In Chron.* (e) *Can.* 4. (f) *Lib.* 1. *Epiſt.* 43.

Et rurſus: (a) *In hac vero Eccleſia quantis cauſſarum tumultibus premor, ipſa charitati tuae epiſtolae meae brevitas innoteſcit*. Et tamdem: (b) *Ego autem quanta occupatione deprimor, & debilitate, brevis adteſtatur epiſtola*.

VIII.

Cennius, ut S. Leandrum de Benedictinorum numero detrahat,

Nonnulla alia heic mihi eſſent diluenda, quae Cennius S. Leandrum de Benedictinorum numero detracturus opponit; ſed ſicut perlevis momenti ſunt, ſic breviter refellentur. Primo igitur ſic loquitur: (c) *Leander Gregorio Magiſtro* (Cpoli) *didicerit, S. quoque Benedictum ſcripſiſſe Monachorum Regulam: non quam ſcilicet ubique omnes amplecterentur, eaque propter..... Epiſcopis Hiſpaniarum auctor eſſet, nihil amplius referre, ut antiquis Patrum Regulis tam ſedulam navarent operam, propria quiſque Monaſteria informaturi*. Gravis & moleſtus Lectoribus eſſem, ſi omnes locos referrem, ex quibus apparet, Cennium contendere, Epiſcopos Hiſpanos conſueviſſe, immo eorum jus fuiſſe ſcribendi, & tradendi Regulas ſuis Monaſteriis *poſt Arianiſmi deteſtationem*. Unum proferam, ubi clariſſime loquitur: (d) *Regulae erant plures, quas ſcilicet ſuae Dioeceſis Monaſteriis unuſquiſque Epiſcopus dabat*. Eruditio quidem inaudita, & cuique nova! Ecquis inſtructurus Bibliothecam Regulis, gratiam non habeat Cennio? Porro nihil me ei debere profiteor, quum, evolutis Scriptoribus, nonniſi quinque Regulas Hiſpanas invenire potuerim. De ſingulis agendum reor, ut innoteſcat, quam Cennius ſibi conveniat. Quid ſit S. Leandri Regula, nuper dixi; (e) nec minus clare ſuperius oſtendi, (f) quaenam fuerit indoles Regulae Joannis Biclarenſis, de quo non ſatis liquet, an eam ſcripſerit, quum Abbatem ageret, vel Epiſcopatum teneret. Regulas SS. Iſidori, & Fructuoſi non aliud eſſe quam Regulam S. Benedicti uſibus patriis aptatam advertit Mabillonius, (g) & evidenter infra patebit ex collatione utriuſque Regularum cum illa S. Benedicti, quae planum faciet, praeſtet necne eas vocare commentaria, quam Regulas. Ad haec adde, quod S. Fructuoſus quum eſſet dumtaxat Abbas, necdum Epiſcopus, ſcripſit Regulam illam, quam ad Monachos direxit; illam autem, quam dicunt communem, adſignatam viris, & feminis ad converſionem venientibus, nonniſi Epiſcopus condidit. Ex teſtibus meae opinioni ſuffragantibus inſtar omnium

vult, Epiſcopis Hiſpanis jus fuiſſe ſcribendi, & tradendi Regulas ſuis Monaſteriis:

ſed non advertit, quid eae fuerint,

nec an alii ab Epiſcopis eas ſcripſerint,

(a) *Lib.* 5. *Epiſt.* 49. (b) *Lib.* 9. *Epiſt.* 121. (c) *Cap.* 3. *n.* 6. (d) *Ibid. n.* 19. (e) *N.* 7. (f) *In Differt. Praelim. n.* 14. (g) *Lib.* 3. *Annal. Bened. n.* 37.

Inter quos eſt S. Fructuoſus, qui Regulam ſcripſit, quum Abbatem ageret,

mnium ſit Haeftenus, qui ita loquitur: (*a*) *S. Fructuoſus Regulam illam, quae incipit:* Poſt dilectionem Dei, & proximi *ſcripſit nondum Epiſcopus, ſed tantum Abbas Monaſterii a ſe fundati in honorem SS. MM. Juſti, & Paſtoris, quorum in ipſa Regula mentionem facit. Hoc enim ipſa Epigraphe innuere videtur.* „ Incipit Regula a Domino & Pa„ tre noſtro Fructuoſo edita in pace, *ut legitur in MSS. Trevirenſi, & Colonienſi. Ubi quod Epiſcopi nomen non exprimatur, argumento eſt, eum tum necdum eum gradum conſequutum, ſed Monachorum ſuorum fuiſſe Dominum, & Patrem, ideſt Abbatem, & revera in privilegio Chindaſvinthi nominatur ſemper* Fructuoſus Abbas Monaſterii, *quod* Complutum *dicitur.* Hinc liquet, quam falſum ſit, Epiſcopos Hiſpanos poſt Arianiſmi deteſtationem tradendi Regulas Monaſteriis ſuae Dioeceſis jus obtinuiſſe, a quo procul dubio abire minime paſſi eſſent, permittendo Abbatem Regulam concinnare. Praeterquamquod ſi Cenniana ratio in Hiſpaniis

& in Galliis

vim haberet, quidni & in Galliis, ubi Epiſcopi Monaſticas Regulas exararunt? Et tamen quis ignorat, inibi, ſuperſtite adhuc Sancto Benedicto, & ejus Ordinem fuiſſe, & Regulas ſubinde ſcriptas ab Epiſcopis, & Abbatibus ex ejuſdem S. Patris Regula fuiſſe penitus expreſſas? Lege Baſtideum, (*b*) & Regulam a S. Donato Epiſcopo Veſontionenſi ſcriptam e Benedictina totam fere excerptam, &

S. Columbanus, ſuam ſcripſit, quae eſt Benedictinae adpendix.

Coenobialem a S. Columbano Abbate conditam nonniſi Benedictinae eſſe adpendicem deprehendes. Nec eſt, quod Cennius ita reclamet: (*c*) *Aquam tundit, qui inter Mona-*

Item contendit inter Monachos & Monachos diſcrimen nullum reperiri

chos & Monachos putat diſcrimen aliquod reperiri. Nolim vero aliquis credat, aut ſingularem hanc meam ſententiam eſſe, aut ſolos ad Hiſpaniae Monachos referri eam oportere. Nam doctiſſimus Lucas Holſtenius tum ante me ita ſenſit, tum latius patuiſſe hujus rei ſummam per ſeptimum Ec-

per ſeptimum Eccleſiae Saeculum

cleſiae Saeculum teſtatus eſt: „ Valde fallor, *inquit*, (*d*) ſi „ jam tum primis ſex, ſeptemque Eccleſiae Saeculis iſte „ uſus invaluerat. Certe veſtigia mihi quidem non appa„ rent, qui, quocumque intueor, uniformem ubique Mo„ nachatus rationem, & facilem ac promiſcuum invicem „ tranſitum, mutuumque commeatum profeſſionum, & Coe„ nobiorum cerno. Et rurſum: „ (*e*) *Unum idque generale erat totius Monachatus inſtitutum, vita contemplativa.* Iterum-

(a) *Lib. 1. Diſquiſ. 9.* (b) *De Ord. S. Benedict. Gallic. propag.* (c) *Cap. 3. n. 2.* (d) *In Praeſ. Cod. Regg.* (e) *Cap. 3. n. 4.*

Digitized by Google

rumque: (a) *Nequicquam ſe torquent ii, qui ſuorum temporum diſciplinae aptare nitentes antiquam, in vetuſtis iis Monaſteriis, praeter Monaſticum Inſtitutum, peculiarem aliquem Ordinem exquirunt.* Quum enim ex Regulis diviſim ſervatis appareat, non unam eamdemque omnium Monachorum fuiſſe vivendi rationem, & ex Auctoribus pateat, varia quoque fuiſſe Monachorum Inſtituta; diverſos quoque Ordines jam olim apud Monachos viguiſſe ad fatendum compellor. S. Pachomius alumnos ſuos Regularum SS. Patrum adeo rudes & ignaros voluit, ut aliorum Monachorum conſortium ab eis voluerit evitari: *Scriptum autem erat in tabula,* inquit Palladius: (b) *Si venerit hoſpes alterius Monaſterii, quod habet aliam formam, cum eis nec comedat, nec bibat, & nec ingrediatur Monaſterium.* Et tamen S. Benedictus jubet, (c) ut *ſi quis Monachus peregrinus de longinquis provinciis ſupervenerit, ſi pro hoſpite voluerit habitare in Monaſterio, ſuſcipiatur quanto tempore cupit. Si vero poſtea voluerit ſtabilitatem ſuam firmare, non renuatur talis voluntas.* Ex quo unuſquiſque intelligit, quam inanis ſit celebris illa opinio de uniformi ubique primis ſex, ſeptemque Eccleſiae Saeculis Monachatus ratione, & facili ac promiſcuo invicem tranſitu, mutuoque profeſſionum, & Coenobiorum commeatu. Admitti igitur debet antiquorum Monaſticorum Ordinum invicem totalis ſeparatio, quam ad Saeculum duodecimum uſque praeſertim in Oriente ex Anſelmo Havekbergenſi perfectam duraſſe cognoſco: *Apud Graecos,* inquit, (d) *& Armenos, & Syros, diverſa ſunt genera Religioſorum, qui in una quidem Fide Catholica concordant: ac tamen in moribus, in Ordine, in habitu, in victu, in officio pſallendi non parum ab invicem diſcrepant.* Religiones enim, teſte S. Thoma (e) diſtinguuntur aut ſecundum diverſitatem eorum, ad quae ordinantur, aut ſecundum diverſitatem exercitiorum. Quare neſcio, qua ratione ductus peculiarem Ordinem in antiquis Hiſpaniarum Monaſteriis negare audeat Cennius, quum Religio a S. Benedicto inſtituta, etſi alii fuerint Monachi, a prima ſui origine Ordo vocari coeperit: *Beatus Placidus Meſſalinum evocans,* inquit Gordianus in ejus vita, (f) *dixit ad eum: Non decet Monachum in domibus Laicorum ſtationem habere, quia contrarium eſt omnibus modis*

ſed contrarium probant Regulae diviſim ſervatae,

& S. Thomas;

& ſuadet Benedictina Religio,

quae a ſua origine Ordo vocari coepit.

(a) *Ibid. n.* 18. (b) *In Lauſiaca Cap.* 35. (c) *Reg. Cap.* 61. (d) *Tom.* 13. *Spicileg. p.* 118. (e) 2. 2. *q.* 118. *art.* 1. (f) *N.* 46.

Digitized by Google

dis Ordini noſtro, Sanctus vero Maurus apud Fauſtum: (*a*) *Obſervatio*, inquit, *noſtri Ordinis ſummam depoſcit quietem*, & *ſecuritatem*. Id quoque ſuadent plerique Auctores, qui Benedictinorum coetum, Ordinem appellare non dubitarunt, idque nominis Coeleſti oraculo datum vulgavere. Sancto enim Benedicto in viſione de Caſinenſi clade dictum lego: (*b*) *Aliis Nationibus hujus lumen Religioſitatis de hoc eodem irradiabit loco*. Quae verba ita explicat S. Zacharias Papa: (*c*) *Hujus Ordinis doctrina de hoc iterum per totum Orbem radiabit loco: Quod poſt ejuſdem Patris obitum conſummatum eſt*. Quod utique S. Pontifex adſerere minime potuiſſet, niſi etiam in Hiſpaniis Benedictinum Ordinem propagatum pro certo habuiſſet; quod potiſſimum S. Leandri opera, ac S. Gregorii Magni factum ſuperius Mabillonius adfirmavit & Benedictus XIII. nullo Monachorum efflagitatu de S. Leandro loquens ait: (*d*) *Monaſticum Ordinem Benedictinum amplificare in Hiſpania coepit*.

Pariter credit, S. Leandrum non vidiſſe S. Gregorii Dialogos.

Etſi enim vociferetur Cennius: (*e*) *Leandro nonnullos Gregorii Libros eſſe directos compertum eſt; at Dialogos nequaquam eo tranſmiſſos fuiſſe, teſtantur, quae exſtant utrinque documenta;* nihili tamen duco, viderit necne Leander Gregorii Dialogos, quum Benedictinam Regulam opus non haberet a Dialogis addiſcere, quam profeſſus fuerat.

ſed vero non eſt ſimile, quũ Gregorianos libros legendi avidiſſimi fuerint Hiſpani Praeſules.

Ceterum ſi ſpectem aut Gregorii ad Leandrum, aut Liciniani ad Gregorium epiſtolas, Hiſpanos Praeſules legendi Gregorianos quoſque libros nonniſi avidiſſimos perſpicio. *Dulciſſimae autem mihi*, reſpondet S. Gregorius ad Leandrum, (*f*) *fraternitati veſtrae Codices direxi, quorum notitiam ſubter inſerui;* quae ſi in editis epiſtolis exſtaret, unuſquiſque, quinam eſſent ii Codices, adgnoſceret. Sanctus autem Licinianus ad S. Gregorium ſcribens ita inquit: (*g*) *Tui ſumus, tua legere delectamur*. Immo non tantum Praeſules, ſed ceteri omnes Hiſpani S. Gregorium tanto proſequebantur amore, ejus doctrinam tanti faciebant, ut, quum eo in regno pars Moralium deſideraretur, Tajus Caeſaraugu-

& Chindaſvintus Rex.

ſtanus Epiſcopus, qui vivebat Anno 650. Chindaſvinthi Regis juſſu Romam uſque profectus fuerit, ut eam ex Pontificum Bibliotheca referret: Quod firmiſſimo mihi eſt

Et ſane Dialogos laudant inter ceteros Iſidorus Leandri frater.

argumento, S. Gregorii Dialogos longe antea in Hiſpaniis exſtitiſſe. Et ſane eos laudant idem Tajus, Paullus Emeritenſis, & S. Ildefonſus, immo & S. Iſidorus Leandri frater.

(a) *N.* 41. (b) *Fauſtus in Vita S. Mauri*. (c) *Bull. Caſin. T.* 1. *pag.* 3. (d) *In noviſs. Lection.* (e) *Cap.* 3. *n.* 6. (f) *Lib.* 1. *Epiſt.* 43. (g) *Lib.* 2. *Epiſt.* 54.

§. III.

I.

AB Hiſpaniis me revocat Cennius, & dicto parens ita loquente n audio: (a) *Magna quidem certe fiducia eſt, Gregorium magiſtrum facere Inſtituti hujus, quia ejuſdem meminerit in ſuis Dialogorum Libris. Nonne in Sicilia, totaque Italia Coenobia erant ante Benedictum ? . . . . . Commendat ſcilicet Sancti ejus Fundatoris Regulam: at commendat, quia luculenter ſcriptam, quia exprimentem S. Patris mores; non quia novum Monaſticum Inſtitutum in Mundum advexerit.* Porro hoc me itinere levare poterat, etenim epiſtolarum ope reſciviſſet, Gregorium Magnum non ſolum fuiſſe Benedictini Inſtituti Magiſtrum, ſed etiam propagatorem, & quia illud in ſuis Dialogis pleniſſime laudavit, & quia in Concilio Romano, ut teſtatur, Baronius confirmavit S. Benedicti Regulam, dum ita inquit: *Reperimus in ſcripto Codice Sublacenſi, in Concilio Romano eumdem Gregorium Papam probaſſe & confirmaſſe Regulam S. Benedicti. Subſcripſerunt Concilio Epiſcopi 22. Presbyteri vero Cardinales* 34. Idemque repetit Binius in notis ad Concilium Romanum II. ſub S. Gregorio. Cur autem S. Gregorius S. Benedicti Regulam in Concilio adprobavit, niſi ut Latinis Monachis eam obſervandam proponeret? Sed hanc S. Regulam confirmatam in Concilio fuiſſe a S. eodem Pontifice innuit & Lupus Abbas Ferrarienſis, qui Uveniloni Epiſcopo „ copiam deneganti duobus Presbyteris ſuos relinquendi „ titulos, ut liberius B. Benedicti inſtitutionem ſequeren„ tur, objecit (b) auctoritatem ex Regula S. Benedicti a „ B. Gregorio Papa probata & laudata, quae Sacerdotes „ in Monaſterium ſuſcipi praecipit, quod ſane nulli Ca„ nones prohibeant „ Praetereo Robertum Praemonſtratenſem, qui in Chronico ad Annum 538. ita ait: *Hujus* Benedicti *Regulam idem Dominus Apoſtolicus* Gregorius *auctoritate roboravit, & ſtylo*; non enim de hoc quiſquam dubitare poteſt poſt luculentum illud Concilii Duziacenſis II. teſtimonium: (c) *Eadem Regula S. Benedicti Sancto Spiritu pro-*

S. Gregorius Magnus fuit Benedictini Inſtituti Magiſter & propagator,

ut teſtatur etiã Baronius,

& Binius

Lupus

&Robertus Praemonſtratenſis,

& Concilium Duziacenſe

(a) *Cap.* 3. *n.* 18. (b) *Epiſt.* 29. (c) *Can.* 7.

promulgata, & laudis auctoritate B. Papae Gregorii inter Canonicas Scripturas, & Catholicorum Doctorum ſcripta eſt teneri decreta. Quod ſane decretum quum non referri poſſit ad caput 36. Libri ſecundi Dialogorum, ubi de eo nulla fit mentio, S. Gregorium ea de re in Concilio decreviſſe omnino dicendum eſt. Quum igitur S. Gregorius S. Benedicti Regulam in ſuis Dialogis tantopere commendaverit, & in Romana Synodo tum confirmaverit, tum omnibus Latinis Monachis obſervandam propoſuerit, cuinam in mentem venire poterit, illam non fuiſſe ab eo imperatam vel ſuis Monachis, quos & Romae, & in Sicilia in Monaſteriis, quae jam condiderat, inſtitueret? Sed de hoc inferius.

II.

S. Gregorium Magnum fuiſſe Benedictinum, in dubium revocat Cennius,

Cennius exprobrata Cardinali Aguirreo fiducia, qua Gregorium Magnum Inſtituti Benedictini ut ajt, Magiſtrum fecerat; ita concludit: (a) *Nonne Baronius, Scriptoreſque alii invictis comprobant argumentis, Gregorium minime Benedictinum fuiſſe?* Et ſuperius dixerat: (b) *Hic monſtrandum prius erat, quod Gregorius Magnus eſſet Benedictinus, quam ego quaeſtionem a Mabillonio adverſus Baronium agitatam non moveo.* Ecquis Lupo, Pagio, Papebrochio Cennium

perſpicacior Chriſtiano Lupo, Pagio, & Papebrochio, qui cauſſam Mabillonio adjudicant.

perſpicaciorem non praedicet, dum quam doctiſſimi ii Viri, rationibus utriuſque partis aequa mentis lance perpenſis, clariſſimo Mabillonio a Baronio (ſi res ita eſt, dici debeat) in jus vocato cauſſam adjudicarunt, irritam declarare non timet? Adtingeret vel ſaltem leviter invicta illa Baronii argumenta! Sed nec unum adducit. Mittere eum poſſem ad legendam Mabillonii diſſertationem; at quae vir clariſſimus de Monachatu Benedictino S. Gregorii Magni argumenta profert, heic in medium adferre immo exſcribere non gravabor; ut Cennius iis commodius examinatis, vel negligentiae culpam corrigat, ſi praecipitanter judicaverit, vel ſaltem Mabillonii refellat objecta. Me legiſſe memini in Libro *de optima legendorum Eccleſiae Patrum methodo*, (c) quemdam e noſtris recenſere bis mille errata apud Baronium; Caſaubonum autem ad ſex uſque graviſſimorum mendorum millia apud inclytum hunc Annalium Eccleſiaſticorum parentem a ſe detecta numerum augere. Unum ex iis eſſe illud, quo S. Gregorium Magnum Divo Benedicto nomen dediſſe inficiatur, laudati Scriptores emun-

(a) *Cap.* 3. n. 16. (b) *Ibid.* n. 17. (c) *Part.* 2. *Cap.* 7.

Digitized by Google

emunctae naris viri luculenter oſtendunt. Lupus Ordinis S. Auguſtini alumnus ita ait: (a) *Quod S. Gregorius S. Benedicti Monachus fuerit, & juxta ejus Regulam in ſuo ad Clivum Scauri Monaſterio vixerit, Joannes Diaconus adfirmat, eſſe luce clarius*. Pagius autem Franciſcani Inſtituti Sectator ita inquit: (b) *Quo in Monaſterio Vitae Monaſticae rudimenta didicerit Gregorius, docet ipſe variis in locis, nimirum in Monaſterio S. Andreae, quod Romae conſtruxerat. Benedictinam vero eo loci viguiſſe Regulam oſtendit Mabillonius in Diſſertatione laudata, ex ipſis ſcilicet Regulae obſervatione & auctoritate apud Monachos Andreanos; ex Gregorii ſingulari ſtudio in eamdem Regulam, ejuſque Auctorem; ex ipſiuſmet Regulae propagatione per Gregorii diſcipulos facta in magna Britania; & ex teſtimoniis veterum, qui ab annis fere nongentis Gregorium ſodalibus Benedictinis adnumerant. Baronius quidem Gregorium, non S. Benedicti, ſed S. Aequitii Inſtitutum amplexum fuiſſe credidit, & ad id probandum multa congeſſit. Sed Mabillonius loco citato ad ejus argumenta reſpondet, ut ibidem videre eſt*. Et tamdem concludit: *Apud quem* (Mabillonium) *cetera Baronii dubia ſoluta Lector videre poterit*. Papebrochius denique Vir Societatis Jeſu etſi dubius haereret, ad quodnam S. Gregorius referendus eſſet Inſtitutum, tamen ſic ait: (c) *S. Gregorium Magnum, prius quam in Clerum adſcriberetur, Monachum fuiſſe, & quidem Benedictinum, eſt perquam veroſimile; idque etiam nobis conſtat de Joanne XVI.* Non ſunt igitur tam invicta Baronii argumenta, ut clariſſimi ii Viri cum eo ſentire cenſuerint. Sed ut ad propoſitum veniam, primo tamquam certum ſtatuendum duco, Monaſticam Gregorii profeſſionem in dubium revocari nullatenus poſſe, quum Monachum ipſe ſe pluribus in locis manifeſte profiteatur, & praeſertim in Dialogis, ubi agens de morte Criſorii, teſtimonium adducit Maximi ejus filii, *quem ipſe* inquit, (d) *jam Monachus Monachum vidi*. Deinde nec minus certum eſſe puto Monaſterium, in quo Gregorius Monachum egit, quum illud ipſe pluries ſignet, & maxime dum dicit: (e) *Vitae namque venerabilis Valentius, qui poſt in hac Romana urbe mihi ſicut noſti, meo quoque Monaſterio praefuit*. Quod clarius

DISSERT. II. CAP. III.

S. Gregorium fuiſſe Monachū patet

ex Lib. 4. Dialogorum.

T expli-

(a) T. 5. Decr. & Can. in Schol. ad Can. 6. Conc. Tholoſani. (b) Ad Annum 581. n. 9. (c) In Conat Chron. Hiſtor. ad Catal. Pontif. in S. Agath. (d) Lib. 4. Dial. Cap. 38. (e) Lib. 4. Dial. Cap. 21.

DISSERT. II. CAP. III. & ex Joanne Diacono

explicat Joannes Diaconus in ejus Vita, dum agens de Monaſteriis a Gregorio conſtructis: *Septimum*, ait, (a) *intra Romanae urbis maenia ſub honore S. Andreae Apoſtoli juxta Baſilicam Sanctorum Joannis, & Paulli, ad clivum Scauri, Monaſterium in proprio domate fabricavit: in quo, relictis ſericis, ... ex hujus Mundi naufragio nudus evaſit; dinque deſideratum Monachicum capiens indumentum &c.*

III.

S. Benedicti Regulam viguiſſe in Monaſterio S. Andreae, quum ibi S. Gregorius Monaſticum habitum induit, ſuadet ipſius Regulae obſervatio apud Monachos Andreanos,

Benedictinam Regulam in Romano S. Andreae Coenobio viguiſſe, quum Gregorius ibi Monaſticum ſuſcepit habitum, ſuadet ipſius Regulae obſervatio & autoritas apud Monachos Andreanos. Quum enim in Dialogis Gregorius ageret de crimine peculii, quod Juſtus Andreani Monaſterii Monachus commiſerat, Monaſterii ſui Regulam deſignare volens, non ad aliam, quam ad S. Benedicti Regulam reſpexiſſe videtur, cujus fere verbis heic utitur, ut patet.

S. Gregorius.	S. Benedictus.
L. 4. *Dial. Cap.* 55. Quod mox ut mihi nuntiatum eſt, tantum malum de fratre, qui nobiſcum *communiter vixerat*, aequanimiter ferre non valui: quippe quia ejus mei Monaſterii ſemper Regula fuerat, ut cuncti fratres ita *communiter viverent*, quatenus eis ſingulis *nulla habere propria liceret*.	*Reg. Cap.* 33. Si quid debeant Monachi proprium habere. Nec quis praeſumat aliquid *habere proprium*, *nec quidquam liceat habere*, quod Abbas non dederit, aut permiſerit, *omniaque omnibus ſint communia*.

cui adſuefactum Gregorius ſe praebet, paſſim S. Benedicti verba & phraſes uſurpando.

Ne autem dicas, Gregorium nulla habita ratione ad S. Benedicti Regulam heic ejus verba uſurpaſſe, obſerva, eum Benedictinae Regulae adeo ſe adſuefactum, & innutritum praebere, ut paſſim ejus phraſes, & verba adhibeat, ſumendo *Opus Dei* pro Officio Divino, *Congregationem* pro Monachorum coetu, *utilitatem* pro rebus utilibus, *reſponſum* pro negotio, *ſolatium* pro auxilio, & hujuſmodi: quod ſane S. Doctor praeſtare non poſſet, niſi eam Regulam profeſſus eſſet, ut videre eſt.

quod praeſtare non poſſet, niſi ejus Regulam profeſſus eſſet,

S. Gregorius.	S. Benedictus.
Lib. 4. *Epiſt.* 18. Hoc prae omnibus curae tuae ſit, ut *ibi-*	*Reg. Cap.* 43. De iis, qui ad *opus Dei*, vel menſam tar- de

(a) *Lib.* 1. *Cap.* 6.

ibidem ad Sacratiſſimum Corpus Beati Pancratii quotidie *Opus Dei* procul dubio *peragatur*.	de occurrunt. Nihil *operi Dei* praeponatur. Cap. 50. *Agant ibidem opus Dei*.
Lib. 2. *Dial. Cap.* 12. Mos etenim Cellae fuit, ut quoties ad *reſponſum* aliquod egrederentur fratres.	*Cap.* 51. Fratres, qui pro quovis *reſponſo* proficiſcuntur.
P. 2. *Reg. Poſt. Cap.* 6. Nec *praeeſſe* ſe hominibus gaudeant, ſed *prodeſſe*.	*Cap.* 64. Sciatque ſibi oportere *prodeſſe* magis, quam *praeeſſe*.
Lib. 1. *Dial. Cap.* 3. Cumque meridiano tempore cuncti fratres quieſcerent.	*Cap.* 48. Poſt Sextam autem ſurgentes a menſa pauſent in lectis ſuis.
Lib. 23. *Moral. n.* 25. Qui in locutione ſua elationis *typo*, quaſi potentia cujuſdam auctoritatis inflatur.	*Cap.* 31. Fratribus conſtitutam annonam ſine aliquo *typo*, vel mora offerat.
Lib. 1. *Ep.* 42. Neque eorum aliquem *peculiare* quidquam habere permittas.	*Reg. Cap.* 55. Lecta frequenter ab Abbate ſcrutanda ſunt propter opus *peculiare*, ne inveniatur ...... Hoc vitium *peculiare* radicitus amputetur.
Lib. 1. *Epiſt.* 73. Te Secundino fratri, & coepiſcopo noſtro volumus praebere *ſolatia*.	*Cap.* 31. *Solatia* ei dentur, a quibus adjutus & ipſe aequo animo impleat officium ſibi commiſſum.
Lib. 2. *Epiſt.* 31. Obedientiam Sanctae Reipublicae *utilitatibus* exibere.	*Cap.* 35. Si qui majoribus *utilitatibus* occupentur. Cap. 65. Ordinetur omnis *utilitas* Monaſterii.
Lib. 11. *Epiſt.* 12. In qua videlicet correctione hunc eſſe ordinem noveris obſervandum, ut *perſonas diligas*, & *vitia perſequaris*.	*Cap.* 64. *Oderit vitia*, *diligat fratres. In ipſa autem correctione* prudenter agat, & ne quid nimis.
Lib. 11. *Epiſt.* 1. *Lectiſternia* in Gerontocomio, quod a quodam illic Iſauro conſtructum eſt, deeſſe.	*Cap.* 22. *Lectiſternia* pro modo converſationis ſecundum diſpenſationem Abbatis ſui ſinguli accipiant.
Lib. 12. *Epiſt.* 29. *Ad perſo-*	*Cap.* 36. Quia *ad ipſum* (Abba-

DISSERT. II. CAP. III.

ſonam in priori loco poſitam reſpicit quidquid a minori committitur, niſi ſolicite corrigatur.	batem *reſpicit quidquid a diſcipulis delinquitur*.
Ex Fragm. 13. in Adpendice. A Quinquageſima propoſitum jejunandi ſuſcipiant, quo & *aliquid ad penſum* Sanctae Inſtitutionis *adiiciant*.	*Cap.* 49. His diebus *augeamus nobis aliquid ad ſolitum penſum* ſervitutis noſtrae.
Ex Concilio Romae habito Anno 601. Defuncto Abbate cujuſque *Congregationis*, non eligatur niſi de eadem *Congregatione*, *quem ſibi* propria voluntate *concors fratrum ſocietas elegerit*.	*Cap.* 64. In Abbatis ordinatione illa ſemper conſideretur ratio, ut is conſtituatur, *quem ſibi* omnis *concors congregatio elegerit*.
Ex eodem. Ne ſervorum Dei receſſibus ulla popularis praebeatur occaſio conventus, quod *omnino nec expedit animabus eorum*.	*Cap.* 66. Ut non ſit neceſſitas Monachis vagandi foras, quia *omnino non expedit animabus eorum*.
Hom. X. in Ezech. n. 31. Eo ipſo zelo, quo alios correxit, ſemetipſum convenit, & erubeſcit immunda cogitare, quae ſe in aliis recolit correxiſſe.	*Cap.* 2. Quum de admonitionibus emendationem aliis adminiſtrat, ipſe efficitur a vitiis emendatus.

ad cujus praeſcriptum ſe Novitios inſtituiſſe & Monachum & Abbatem vixiſſe declarat in Commētariis in PrimumRegum,

quos S. Gregorii eſſe fetum, fatentur omnes Catholici, & Heterodoxi praeter unum, Miniſtrum Anglicanum,

Sed quid argumentis opus eſt, dum ipſe S. Gregorius, ut „ ait Barcoſius, (*a*) hanc veritatem teſtatur, & certam „ reddit in Commentariis in Primum Regum, ubi ſe non „ ſolum Monachum, ſed Abbatem etiam in S. Benedicti „ Ordine, Novitioſque inſtituiſſe ad ejuſdem Sancti Regu„ lae praeſcriptum, aperte declarat? Hoc enim opus con„ tendere non eſſe S. Gregorii foetum, eſt longe diſ„ ſentire ab omnibus auctoribus tum Catholicis, tum He„ terodoxis, & inducere opinionem prorſus novam ac ſin„ gularem. Uſque adhuc non reperitur niſi unus Mini„ ſter Anglicanus, qui dubitaverit, eſſent, necne, hi Li„ bri genuini S. Gregorii; nec tamen auſus eſt id ab-

ſolu-

(a) *In Adpend. t. I. t. Annal. Bened.*

„ ſolute negare; & nihilominus Scriptorum nemo ſive Haereticus, ſive Catholicus in ejus ſententiam deſcendit. In „ his libris relucent Gregorii & ſtilus, & ſpiritus. Quum „ igitur nulla ſubſit cauſſa negandi Gregorium fuiſſe Auctorem horum Librorum, nec pariter eſt locus inficiandi „ eum fuiſſe S. Benedicti Monachum, quum ipſemet Libro quarto in Primum Regum id ita eſſe adfirmet. Haec „ ratio eſt etiam validior contra opinionem Baronii; ipſe „ enim concedit, Libros in Primum Regum eſſe S. Gregorii genuinos, ſicuti eidem eos editiones Romanae, & „ aliae quaecumque adtribuunt. Nec ipſe, nec quis eorum, qui ad ejus ſententiam accedunt, laudatos Libros „ nondum in diſceptationem vocarunt. Eorum opinio implicat contradictionem, ſtatim atque negant Benedictinam „ S. Gregorii Magni profeſſionem, & tamquam ejus fetum adgnoſcunt Librum, in quo ipſemet Benedictinum „ ſe fuiſſe fatetur.„ Haec doctiſſimus Barchoſius. Sed finge, Cennium, qui Baronio adhaeret, hos Commentarios non Gregorio adſcribere, ſed tantum Claudio ejus diſcipulo, (nec enim alteri poſſunt tribui); adhuc ineluctabile habeo cauſſae meae praeſidium, modo probem, utrumque fuiſſe Monachum, & Abbatem, qualem ii auctorem ſuum videntur, prodere. De Monachatu Gregorii ſatis ſupra. Eum autem fuiſſe etiam Abbatem conſtat ex ipſiuſmet Gregorii Conſtituto pro Monachis edito in Concilio Romano Anno 601. his verbis: *Gregorius Epiſcopus omnibus Epiſcopis. Quam ſit neceſſarium Monaſteriorum quieti proſpicere, & de eorum perpetua ſecuritate tractare, anteactum nos officium, quod in regimine Coenobii exhibuimus; informat*. Et in MS. Codice S. Benedicti de Pado-Lyrone habetur *Liber Miraculorum S. Gregorii Monachi Monaſterii S. Andreae, quod dicitur Clivus Scauri juxta SS. Joannem & Paullum, atque Abbatis dicti Monaſterii*. Claudium autem fuiſſe Monachum Monaſterii S. Andreae docet ipſe Gregorius dicens: (a) *Idem chariſſimus quondam filius meus* (ideſt Diſcipulus) *Claudius aliqua, me loquente, de Proverbiis, de Canticis Canticorum, de Prophetis, & de Libris quoque Regum, & de Heptateucho audierat, quae ego ſcripto tradere prae infirmitate non potui, ipſe ea ſuo ſenſu & ſtilo dictavit, ne oblivione deperirent*. Eum fuiſſe

Immo & Baronius, cujus opinio

Implicat contradictionem, ſtatim ac negat S. Gregorium Benedictinum, & ejus fetum adgnoſcit Librum in quo ipſe ſe fatetur Benedictinum.

Sed ſi adſcribantur Claudio ejus diſcipulo, res eodem recidit,

modo conſtet & eum, & Gregorium fuiſſe Monachos, & Abbates, quod evidenter probatur,

(a) *Lib. 12. Epiſt. 24.*

DISSERT. II. CAP. III.

ſe quoque Abbatem multis in locis tradit ipſe Gregorius: (*a*) *Videtur ergo mihi, ut Claudium Abbatem cum aliquanta pecunia illuc traſmittere debeatis*. Et alibi: (*b*) *Ut inter Eccleſiam veſtram, & Claudium Abbatem cauſſa heic examinari, ac judicari debeat*. Porro Commentarios in Librum primum Regum ſive ſcripſerit Gregorius Magnus, ſive Claudius Monachus Monaſterii S. Andreae, eorum auctorem fuiſſe Monachum liquet ex capite primo Libri primi his verbis: *Qui abrenuntiantes Saeculo remotioris vitae ſecretum petivimus, Monachi vocamur*. Abbatem etiam fuiſſe conſtat, & quidem Inſtituti Benedictini, ut videre eſt.

ſicuti eorum auctor & Monachum, & Abbatem ſe prodat Benedictini Inſtituti, ut videre eſt.

S. Gregorius.	S. Benedictus.
Lib. 4. *in primum Regum Cap.* 4. *n.* 17. Qui arctiſſimam *converſionis* viam imperant, *noviter accedentibus facile aditum non impendant*. Quare & ejuſdem arctiſſimae vitae Magiſter optimus, ſummae Veritatis diſcipulus eruditus, praecepit dicens: *Probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt*. Et item: *Nuntientur ei dura & aſpera, per quae itur ad Deum, ut ſciat, ad quid intrat n.* 18. Hoc namque *Novitiorum* noſtrorum mentes audiant, & expaveſcant; quia videlicet quod nobis dicunt, in auribus Domini loquimur, nam quod *coram nobis promittunt*, Deo offerimus..... Quum ergo ea, quae *Novitii promittunt*, Deo offerimus, quaſi *chirographum, quod nobis faciunt*, illi damus.	*Reg. Cap.* 58. *Noviter quis veniens* ad *converſionem*, non ei *facilis tribuatur ingreſſus*, ſed ſicut ait Apoſtolus: *Probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt*... *Praedicentur ei omnia dura, & aſpera, per quae itur ad Deum .... ut ſciat ad quod ingrediatur* .... Suſcipiendus autem in Oratorio *coram omnibus promittat* de ſtabilitate ſua, & converſione morum ſuorum, & obedientia coram Deo. *De qua promiſſione ſua faciat petitionem* ad nomen Sanctorum, quorum Reliquiae ibi ſunt, *& Abbatis praeſentis*. *Quam petitionem manu ſua ſcribat* .... Et ille *Novitius ſignum faciat*.

Abbatis porro eſt ex Benedictinae Regulae praeſcripto Monachorum profeſſionem excipere, Deoque offerre. Ad illa autem verba S. Gregorii notat Papebrochius, (*c*) S. Gregorium per quamdam praeeminentiam vocare S. Benedictum

(a) *Lib.* 2. *Epiſt.* 46. (b) *Lib.* 6. *Epiſt.* 24. (c) *Ad diem* 12. *Martii*.

ctum *Magiſtrum optimum arctiſſimae vitae*, quemadmodum *Beatiſſimum Patrem Benedictum* in ſuis Dialogis (*a*) eum nominare, non me latet; quo nihil ſignantius proferimus nos recentiores Benedictini ad exprimendam noſtram in S. Benedictum charitatem. Sive igitur Gregorius, ſive Claudius ejus Diſcipulus S. Andreae Monachus & deinde Claſſenſis Abbas eorum Commentariorum auctor ſit, praeter ea, quae ſub S. Gregorii nomine, ut eſt in editis, nuper protuli, multa alia eum Benedictinae Regulae addictum probant, & inſtar omnium ſint haec pauca.

S. Gregorius.	S. Benedictus.
Lib. 2. *in primum Reg. Cap.* 3. *n.* 9. Quidam in ſacris locis communiter viventes *fervore novitio* ſub colore magnae operationis ſibi vacare adpetunt.	*Reg. Cap. primo.* Qui converſionis *fervore novitio*, ſed Monaſterii probatione diuturna, didicerunt contra Diabolum multorum ſolatio jam docti pugnare.
Lib. 2. *Cap.* 4. *n. II.* Si ergo in malo *inobedientiae mors praevaluit*, toties vitae redimur, quoties obedimus.	*Cap.* 2. Tunc demum *inobedientibus* curae ſuae ovibus paena ſit eis *prevalens* ipſa *mors*.

Si autem Claudius hos Commentarios compoſuit, eamdem ſine dubio Regulam profeſſus eſt, quam a Gregorio adceperat, ideſt Benedictinam.

IV.

Nec eſt quod dicat Cennius: (*b*) *Nonne ipſe Gregorius fundavit plura*, (Coenobia) *quorum Abbates, ut docent tot Gregorii epiſtolae, non norant Benedicti Regulam?* Adpoſitius enim reſponſum ei dare non poſſem, quam illud, quod Apelles Sutori reddidit, videlicet ne ultra crepidam ſutor judicaret. Benedictina a Benedictinis, non a Presbyteris Saecularibus eſſe pertractanda, illud ipſum, quod mihi Cennius ſuggerit, argumentum luculenter oſtendit. Audi. Eadem Regula Monachis S. Andreae de Urbe a Gregorio impoſita dici debet, quae Monachis Siciliae ab eo inſtitutis: atqui Gregorius Lucuſiani in Sicilia Monaſterii, cujus ipſe auctor fuit, Monachum arguens, qui *partem eulogiae* a Bono Monacho contentioſe poſtulaverat, ita ſcribit ad Urbicum Coenobii S. Hermetis Abbatem: (*c*) *Quod quanta amaritudine cordis deſcenderit, poterat tua dilectio ſcire, ſi Regulam Monachorum noſſe*, id eſt attendere, vo-

S. Benedicti Regulam norant

Siciliae Monaſteria a Gregorio condita, ut liquet ex ejus epiſtolis ad Urbicum Abbatem,

(a) *Lib.* 2. *Dial. Cap.* 33. (b) *Cap.* 3. *n.* 18. (c) *Lib.* 11. *Epiſt.* 48.

voluiſſet. Quaenam eſt illa, quaeſo, *Regula Monachorum*? niſi Regula S. Benedicti? De quo ipſe ita loquitur in Libro ſecundo Dialogorum: *Scripſit Monachorum Regulam* &c. Benedicti, inquam, qui a Bonifacio Papa IV. in Concilio Romano κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur *Monachorum praeceptor*, quemadmodum Regula ejus a Gregorio appellatur *Regula Monachorum*, quae ita ſtatuit: (*a*) *Nullatenus licet Monacho nec a parentibus ſuis, nec a quoquam hominum, nec ſibi invicem litteras, aut* EULOGIAS, *vel quaelibet munuſcula accipere, aut dare ſine praecepto Abbatis ſui*. Accedit, quod in ea epiſtola mentio fit de Praepoſito Abbati ſubjecto, ac de Cellerario Monaſterii: quae nomina & munia ſunt S. Benedicti, non S. Baſilii Regulae, de qua ſola, quum de rebus Monaſticis Siciliae agatur, heic controverſia inici poteſt. Praeterea ſcribens ad Joannem Abbatem S. Luciae Syracuſanae, ſe valde miratum ait, (*b*) cur non antea Bonifacium ordinaverit Praepoſitum. *Nam ex quo illum*, inquit, *tibi dari feci, jam eum ordinare debuiſti*, adludens ad S. Benedicti Regulam, quae ſtatuit, (*c*) ut *Abbas ordinet ipſe ſibi Praepoſitum*, qui antea *ab eodem Sacerdote*, ideſt Epiſcopo, *& ab eiſdem Abbatibus*, *qui Abbatem ordinant*, ordinabatur. Quid? quod Gregorius ſcribit ad Lucidum Epiſcopum Leontinum, (*d*) eum adhortans, ut *Presbyterum* ordinare velit, quem *Joannes Abbas ſibi in Monaſterio ſuo ex congregatione eadem petit ordinandum*, S. Benedicti Regulam reſpiciens, quae decernit, (*e*) ut *ſi quis Abbas ſibi Presbyterum, vel Diaconum ordinare petierit, de ſuis eligat, qui dignus ſit Sacerdotio fungi*. Valeat igitur Cennius, qui in S. Benedicti Regula minime verſatus, nec S. Gregorii ad Siculos epiſtolis excuſſis, pronuntiare non timuit: *Monaſteriorum* Siciliae *Abbates, ut docent tot Gregorii epiſtolae, non norant Benedicti Regulam*. Qua enim ratione Gregorius obiicit Urbico Abbati S. Hermetis apud Panormum, unius ex ſex Monaſteriis ab eo in Sicilia fundatis, & Monachis eidem ſubditis *Regulam Monachorum*, ſeu Regulam S. Benedicti, hoc titulo deinceps in Conciliis paſſim, & apud Eccleſiaſticos Scriptores deſignatam, ejuſque verba & autoritatem adfert, loquens de ordinandis Monachis ſive Praepoſitis, ſive Presbyteris, niſi quia ejus praeceptis addicti erant? Quae quum ita

ad Joannem Abbatem.

ad Lucidum Epiſcopum

(a) Cap. 54. (b) Lib. 3. Epiſt. 3. (c) Cap. 65. (d) Lib. 12. Epiſt. 48. (e) Cap. 62.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

& teſtantur Pirrus,

ita ſint, non immerito Pirrus loquens de ſex Monaſteriis in Sicilia a Gregorio fundatis: *Duo prima*, inquit, (*a*) *ad imitationem Patris & Magiſtri ſui Benedicti, alterum ſub invocatione S. Joannis Baptiſtae, & hoc virorum; alterum S. Martini, & hoc mulierum*. Idemque ſentire videtur Papebrochius, dum ita inquit: (*b*) *Sicilia tunc adhuc tota Graeca, ac Graeci ritus Eccleſiis, & Monaſteriis Baſilianae Regulae plena, nec alia forſan adhuc Latina Benedictinae profeſſionis Coenobia habens, quam quae iſthic S. Gregorius fundarat, & Meſſanenſe* &c. Sed ſi Benedictinae Regulae addicti erant Monachi Siculi, quidni etiam Romani S. Andreae?

& Papebrochius.

V.

S. Gregorius

Ad haec eam ſine dubio Regulam Monachis ſuis praeſcripſit Gregorius, quam praetulit ceteris, & cujus auctorem prae aliis, quos laudavit, Patribus commendavit. Nullam vero aliam, quam Benedicti Regulam praedicat Doctor Sanctus: qui quum in Libris Dialogorum virtutes, ſeu miracula Sanctorum Italiae deſcribenda ſuſceperit, nullius tamen Vitam integram accurate, & ex ordine refert, niſi ſolius Benedicti: & qui in aliis laudandis unum, aut alterum capitulum inſumere ſolet, Benedicti rebus commemorandis totius Libri ſecundi capita octo & triginta impendit. Neque hac diligentia contentus, eum iterum data occaſione laudat in Libri quarti capitibus ſeptimo, & octavo. Ut autem intelligant omnes, quo animo in Benedictum adfectus eſſet, Vitam ejus a principio ad exitum perſequitur, cujus ſingulas circumſtantias ſtudioſe exponit. Denique oratorio more Virum Sanctum comparat cum Veteris Teſtamenti magnis Viris, & qui in aliis uno fere teſte contentus eſt, in Benedicti factis probandis teſtes adhibet quatuor ejus Diſcipulos, & ex nomine deſignat. Quid plura? *In Benedicto ornando Gregorius totus verſatur*, ut advertunt ipſi Magdeburgici Centuriatores. (*c*) Non ita eſt adfectus in quemvis alium Sanctum, ne in Aequitium quidem, cujus elogium unico Libri primi capite quarto complectitur. Neque putes heic Gregorio materiam, non diligentiam, ſtudiumve defuiſſe; ſiquidem Petrum interlocutorem plura de Aequitio ſcire cupientem, ad Albinum Epiſcopum remittit his verbis: *Ne tamen Vitae ejus cognitione frauderis, bene hanc reverentiſſimus vir Albinus Rea-*

nullius vitam integram accurate, & ex ordine refert, niſi ſolius Benedicti, ejus rebus commemorandis impenſo toto Libro ſecundo, eumque alibi laudat.

At S. Aequitii elogium unico capite complectitur.

(a) *T. 2. Sicil. Sacr. L. 4. p. 2.* (b) *In Conat. Chron. Hiſt. ad Catalog. Pontif. in S. Agathone.* (c) *Cent. 6. Cap. 16.*

tinae Antiſtes Eccleſiae cognovit, & adhuc ſuperſunt multi, qui ſcire potuerint. Poteratne luculentius Pontifex Summus ſuum adverſus Benedictum prae Sancto Aequitio & aliis declarare ſtudium, & amorem vere filialem?

ſed & S. Benedicti Regulam ſingulari laude exornat,

Et adtende, quam ſingulari elogio ejus Regulam celebret in Libri ſecundi Dialogorum capite XXXVI., ubi eam vocat *Regulam Monachorum, diſcretione praecipuam, ſermone luculentam.* Quiſquis haec citra praejudicium legerit, facile in animum inducet, Gregorium, ſi amplectendae, aut eligendae Regulae poteſtatem habuit, aliis praetuliſſe Regulam iſtam, quam tanti faciebat.

quam & potuit ſuis Monaſteriis & voluit praeſcribere,

Atqui ipſi integrum fuit Romano S. Andreae Monaſterio, ſexque aliis in Sicilia ab ſe aedificatis, quam vellet, Regulam praeſcribere; nec aliam ſine dubio voluit praeter eam ipſam, quam unice commendavit. Dices forte, id quidem ita videri, ſi conſtaret, Gregorium ita de Sancto Benedicto, ejuſque Regula ſenſiſſe, prius quam Monachus, aut certe Pontifex factus eſſet: rem vero forſan aliter ſe habuiſſe, ſi eo ſolum tempore, quo Libros Dialogorum ſcripſit, (quod fuit anno tertio Pontificatus ſui) eam S. Benedicti, ejuſque Regulae notitiam acceperit.

quum S. Patris, ejuſque Regulae notitiam acceperit antequam ea conderet,

At certe eam accepit, ante quam Monaſteria ſua conderet. Quae enim de S. Benedicto commemorat, *quatuor illius diſcipulis referentibus* didicit, Conſtantino *ſcilicet, qui ei in Monaſterii* Caſinenſis *regimine ſucceſſit;* Simplicio *quoque, qui Congregationem illius poſt eum tertius rexit* &c. Porro eorum primus ad Annum 560. alter ad 570. vix pervenit: quandoquidem clades Caſinenſis per Langobardos, quae ſub Bonito Caſinenſi Abbate V. contigit, ante Annum ejuſdem Saeculi octogeſimum accidit. Conſtantino proinde, atque Simplicio referentibus, Gregorius Benedicti egregia facta noverat ante aliquot annos, quam S. Andreae Monaſterium aedificaret; nam Monaſterium iſtud ante Langobardorum in Italiam adventum conditum non fuiſſe, inferius patebit. Hinc patet, Gregorium vix quidem annum viceſimum adtigiſſe, quum frequentibus collocutionibus a B. Conſtantino S. Benedicti Diſcipulo, ejuſque in Monaſterii Caſinenſis regimine ſucceſſore, jam omnia paene, quae de eodem S. Benedicto ſcripſit jam Pontifex toto ſecundo Libro Dialogorum, perfecte didicerat, ut ipſe Gregorius teſtatum reliquit in laudati Libri Praefatione; unde intelligas, quae fuerint nobiliſſimi hujus juvenis ſtudia, & praecipue in S. Benedictum, de quo, & ejus vita frequen-

quenter etiam conloqui ſolebat cum Valentiniano, qui annis multis Monaſterio Lateranenſi praefuit, cum Simplicio, qui S. Benedicti congregationem tertius rexit, & cum Honorato, qui Sublacenſi Monaſterio praeerat, quum ad arctioris & perfectioris vitae propoſitum accendi videbatur. Adfirmare igitur S. Benedicti Regulam Divo Gregorio prorſus ignotam, nec Romae viſam, niſi quando Caſinates eam detulerunt, everſo a Langobardis eorum Monaſterio, a veri ſpecie prorſus abhorret. Quum enim Monaſteria Sublacenſe, ait doctiſſimus Barcoſius, Caſinenſe, & Terracinenſe Romae tam finitima eſſent, fidem ſuperat, ad S. Gregorii aures tam ſero Benedictinae Regulae rumorem perveniſſe, quum tamen Benedicti, ejuſque Inſtituti nomen ibi adeo percrebuerit, ut praecipui Senatores non dubitaverint proprios filios, Maurum ſcilicet, ac Placidum futuros Religionis propagatores offerre. Nec eſt quod dicas, Leonem Oſtienſem Monachos Caſinates auctores innuere, ut Gregorius Benedicti Regulam poſt Monaſterii vaſtitatem adgnoſceret; id enim unum ipſe adſeverat, inter ea a Monachis praeſervata, & Romam deportata fuiſſe Regulam propria manu S. Benedicti exaratam, & menſuras panis, ac vini, quae quidem erant tamquam Sacra S. Patris Lipſana. Certe igitur Gregorius Benedictinae Regulae notitiam accepit, antequam Monaſteria ſua conſtruenda curaret. Ad haec ſuccurrant, quae ſuperius (a) dixi, videlicet S. Gregorium S. Benedicti Regulam in Concilio Romano confirmaſſe, atque omnibus Latini Orbis Monachis impoſuiſſe, in cujus rei fidem adfertur auctoritas Concilii Duziacenſis II. ex quo manifeſte colligitur, Gregorium Benedictinam Regulam in frequenti Epiſcoporum coetu laudaſſe, *& inter Canonicas Scripturas, & Catholicorum Doctorum ſcripta* communi decreto retuliſſe, ut aperte declarant, quae in Concilio Romano anno 610. habito contigerunt. Quum enim inter Clericos & Monachos controverſia de Eccleſiaſticis muniis mota fuiſſet anno ſexto a Gregorii obitu, litem diremit Bonifacius Papa Regulae S. Benedicti auctoritate, pronuntians ea Monachis licere: *Neque enim*, ait Pontifex, *Benedictus, Monachorum praeceptor hujus rei aliquo modo fuit interdictor*. Ergo jam cum haec Regula inter Canonica Scripta Eccleſiae ſtatuto relata erat,

(a) §. III. n. 1.

Digitized by Google

rat, quum ex ejus praeſcripto Bonifacius, & Patres Synodi Romanae decretum ſuum condiderint. Non ergo alius Pontifex, quam Gregorius tantopere in Benedictum, ejuſque Regulam adfectus, eam auctoritatem Regulae noſtrae conciliavit, ut inter Canonicas Scripturas haberetur. Si ergo tantum apud alios omnes Gregorii Regulam noſtram adprobantis, & laudantis auctoritas valere potuit, ut ab omnibus Latini Orbis Monachis reciperetur; quanto magis ejus Regulae opinio, quam Gregorius alte defixam animo gerebat, apud ipſum Gregorium obtinere debuit, ut eam Andreanis Monachis imponeret, ac demum ipſe eamdem profiteretur?

VI. Dicet Cennius: (a) *Erantne haec ſatis, ut Ordo in Hiſpaniis coaleſceret, qui ne in Italia quidem* tempore Gregorii *erat cognitus*? Quum Eccleſia Latina ſub Gregorio XIII. & Urbano VIII. Martyrologium Romanum a nominatiſſimis totius Eccleſiae Scriptoribus diſcuſſum, & emendatum, noviſſime autem a Sapientiſſimo, & Optimo Maximo Pontifice Benedicto XIV. feliciter regnante caſtigatum ea auctoritate, qua in rebus facti nulla major, ſuum re & nomine fecerit, & ut *omnes catholici, omni alio Martyrologio amoto, eodem uterentur, mandaverit*; quumque in eo ad diem 21. Martii haec legantur: *In Monte Caſino natalis S. Benedicti, qui Monachorum diſciplinam in Occidente paene conlapſam reſtituit, ac mirifice propagavit*, textus Summorum Pontificum oraculo confirmatus Cennianam adſertionem, ante quam conciperetur, manifeſte damnavit. Et licet non me lateat, Martyrologium Romanum in nonnullis partibus rigidioris Criticae praeceptis deſtitutum, in hoc tamen abſolutiſſimum eſſe nemo diffitebitur. Si igitur S. Benedictus ſecundum communem & incorruptum Eccleſiae Romanae ſenſum Monachorum diſciplinam in Occidente paene conlapſam reſtituit, ac mirifice propagavit; neceſſario ſequitur, ejus Ordinem tempore Gregorii Magni in Italia fuiſſe cognitum. Et ſane rem ita eſſe, ſcire poterat Cennius, niſi tam cito, quos non ſemel laudat, S. Gregorii Dialogos oblivione deleviſſet, in quibus S. Pontifex duodecim Monaſteria apud Sublacum, aliud apud Caſinum, apud Terracinam aliud, a Benedicto condita, ſuiſque legibus inſtructa aperte teſtatur, (b) nec obſcure eum

S. Benedicti Ordinem tempore S. Gregorii fuiſſe cognitum.

patet ex ejus Dialogis,

(a) *Cap. 3. n. 6.* (b) *Lib. 2. Dial. Cap. 3. 9. & 22.*

eum ſuam Regulam in duobus Monialium Coenobiis ſtatuiſſe demonſtrat. (*a*) Poterat & conſulere Acta S. Placidi a Gordiano conſcripta; & *in Magella ab eodem P. Benedicto Monaſterium Domini Liberatoris conſtructum* fuiſſe deprehendiſſet. (*b*) Poterat & videre geſta S. Mauri a Fauſto exarata, in quibus ita legitur: (*c*) *Nos noſtram congaudentes peregrinationem exſpectemus, ut devotiſſimi ſervi conſolationem Domini, & per omnia veſtigia P. N. Sanctiſſimi Benedicti imitari ſatagamus, qui relicta domo, & rebus patriis, & ad ultimum nutricem ſuam occulte fugiens, ac ſoli Deo placere deſiderans, tantam a Domino promeruit gratiam, ut nemini poſt beatos & primos Apoſtolos unquam fuerit ſecundus; ſed potius, Deo ſe juvante*, TOT SANCTORUM EXSTITERIT FUNDATOR COENOBIORUM, TANTAQUE DOMINO ADQUISIERIT MILLIA PERFECTORUM MONACHORUM. Ex quibus luce meridiana clarius conſtat, S. Benedictum plura alia, ſuperius enunciata ſive per ſeipſum, ſive Diſcipulorum opera aedificaſſe Coenobia. Dum enim Fauſtus S. Mauri ſocius ait, S. Benedictum TOT COENOBIORUM fundatorem fuiſſe, plura dubio procul, quam decem & ſeptem innuit. Haec enim pauciora erant, quam ut a viro gravi illam amplificationem exprimerent. Jam vero quum dicit: MULTORUM MILLIUM MONACHORUN PATREM EXSTITISSE, nullum dubitationi locum relinquit, quum illa vix mille, nedum tot millibus commodam habitationem praebere potuerint. Ad haec adde, poſt cladem Caſinenſem, ſacri illius Aſceterii Monachos Romae humaniſſime acceptos a Pelagio II. decem ante annos, quam Gregorius ad Summum Pontificatum eveheretur, & conlocatos in ipſo Lateranenſi Patriarchio, quo ex loco, ceu totius Orbis capite eorum fama, adeoque Ordo circumquaque facile noſci potuit. Sed & longe antea Benedictinum Ordinem in Italia cognitum fuiſſe, ex eo conſtat, quod Simplicius Caſinenſis Abbas tertius Magiſtri ſui, id eſt S. Benedicti Regulam propagaſſe in omnes dicitur in quadam inſcriptione Regulae noſtrae, ante annos fere nongentos praefixa, ut veteres Codices & Auctores fidem faciunt, ubi in veteri annorum ſeptingentorum Codice eamdem Regulam continente, quem in Bibliotheca Domini Filiberti de la Marre Divionenſis Conſiliarii cl. Mabillonius vidit, ita ſcriptum ſe

DISSERT. II. CAP. III.

ex Actis S. Placidi

ex geſtis S. Mauri

ex antiquiſſima Inſcriptione

(a) *Ibid. Cap.* 19. & 23. (b) *N.* 16. (c) *N.* 35.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

ſe obſervaſſe fatetur vir candidiſſimus: (*a*) *Simplicius Chriſti famulus, miniſterque Magiſtri late opus propagavit in omnes:* Quae quidem vox *late* ſenſum dilucidiorem facit, quam vox *latens*, quae veluti mendoſa irrepſit in editis a Luca Holſtenio. (*b*) Sive autem legas *late*, ſive *latens*, ex hac inſcriptione colligitur, S. Benedicti Regulam, quae necdum in omnibus plene Monaſteriis cognita erat, nec ab omnibus Monachis recepta, propagatam fuiſſe in omnes; quod ſaltem de Italiae Monachis & Monaſteriis intelligendum omnino eſt. Nec id in diverſum interpretatur Pagius, dum ait: (*c*) *Verbis illis nihil aliud ſignificatur, quam Regulam Benedictinam, quae Monaſteriis non ita multis uſque ad Simplicium nota & publicata fuerat, per eum in omnia Italiae Monaſteria fuiſſe transfuſam; eoque modo inſcriptio interpretanda, ut Simplicius Caſinenſis Abbas tertius Regulam, quam S. Benedictus ſuis alumnis, hoc eſt Monaſteriis a ſe erectis ſervandam mandaverat, in Benedictinis Coenobiis latentem propagavit in omnes, id eſt in omnia ſaltem Italiae Monaſteria .... idque longe ante Gregorii Monacatum.* Et ſane hujus propagationis factae a Simplicio Abbate Caſinenſi tertio, praeter auctoritatem Petri Diaconi, qui de eo ſcribens in ſuo de Viris inluſtribus Caſinenſibus libro capite quinto ait: *Hic Regulam per Orbem diſſeminavit*, luculentiſſimo teſtimonio eſt Epiſtola B. Abbatis Fundani ad eumdem Simplicium paullo poſt S. Benedicti obitum ſcripta, quae eſt apud Angelum de Nuce Archiepiſcopum Roſſanenſem in Chronico Caſſinenſi. (*d*) In ea enim ita refert: *Hinc factum eſt, ut jam omnia Monaſteria Campaniae, Samniae, Valeriae, Tuſciae, Liguriae, & aliarum provinciarum certam & rectam Regulam vivendi, quem Sanctiſſimus & Deo acceptus Benedictus magiſter tuus inſtituit, ſervare decreverint.* Hujus Epiſtolae exemplar Caſini adſervatum quum Lucas Holſtenius Bibliothecae Vaticanae Cuſtos vir doctus, & apographum doctiſſimus Barcoſius calculo ſuo probaverint, dicendum oportet, ante S. Gregorii Magni Monachatum non modo per Italiam rectam Regulam vivendi, quam S. Benedictus inſtituerat, viguiſſe, ſed ceteras omnes Regulas ſuo lumine veluti exſtinxiſſe, ut ſola vocata fuerit *Monachorum Regula;* perinde quaſi nulla reſtaret vivendi norma, quam Itali

ex Petro Diacono

ex Epiſtola B. Abbatis Fundani

(a) *In Praef. ad Annal. n.* 27. (b) *In Codice Regg. ad Reg. S. Bened.* (c) *Ad Annum* 581. *n.* 10. (d) *Lib.* 3. *Cap.* 29.

tali Monachi ſervarent. Quod & monet idem Gregorius, dum eam, quam profeſſus fuerat Benedictinam Regulam, quamque Lucuſiani Monachi amplexati fuerant, *Monachorum Regulam*, nullius auctoris deſignato nomine, vocat: (*a*) quia nempe hac denominatione jam per omnem ſaltem Italiam pervulgata clarebat, eaque forte de cauſſa S. Gregorius eamdem in Vita S. Benedicti *Monachorum Regulam* inſcripſit: *Scripſit*, inquit, *Monachorum Regulam*. Quapropter Bonifacius Papa IV. in Concilio Romano habito anno 610. nuncupat S. Benedictum *Monachorum praeceptorem almificum*, omniaque Monachis conceſſa fuiſſe definit, quae a Benedictina Regula non prohibentur. Quae omni dubio procul, ſi Monachi omnes, aut ſaltem Itali, Galli, Angli, & Hiſpani Benedictinae Regulae non fuiſſent addicti, Bonifacius auſus non eſſet adſerere; nam Benedictinis quidem a S. Benedicto conceſſa videri poſſunt, quae ipſe non prohibuit; ceteri vero, qui eumdem S. Legiſlatorem non habent, nec Benedictinis decretis obligantur, nec S. Benedicti licentia ullam adſequuntur libertatem, ut per ſe patet. Ordo igitur S. Benedicti S. Gregorii tempore adeo cognitus erat in Italia, ut ipſe S. Pontifex ejus Monachos non ſolum inſtituerit in Eccleſia S. Pancratii in Janiculo ſita, quae a noſtris nonniſi Alexandri IV. aevo tranſlata fuit ad Sacras Virgines Ciſtercienſes, ut teſtatur Mabillonius, (*b*) ſed etiam ejus Sanctimoniales in Monaſterio S. Cyriaci ad Thermas conſtituerit, ut luculenter oſtendit antiquiſſimum ejus Kalendarium, quod in Vallicelliana Romae Bibliotheca adſervatum legit idem Mabillonius; in quo & Bonae primae ejus Abbatiſſae, & S. Benedicti, ac S. Scholaſticae memoria conſignatur.

& ex antiquiſſimo Kalendario.

VII.

Etiam in Gallia S. Benedicti Ordo tempore S. Gregorii cognitus erat, ut docent Leo Oſtienſis,

Sed non tantum in Italia, & Sicilia, verum etiam in Gallia S. Gregorii Magni tempore S. Benedicti Ordo cognitus erat. In re non dubia utar teſtibus non neceſſariis. Leo Oſtienſis ita inquit: (*c*) *Hinc factum eſt, ut per hunc virum Dei Sanctiſſimum Maurum, ejuſque diſcipulos, omnes Ordo, & Regularis diſciplinae norma, quae per Beatiſſimum Patrem Benedictum in hoc loco fuerat inſtituta, per totam Galliam diſſeminata ſit*. Hoc unum & idem eſt, atque illud, quod S. Odilo in Vita S. Majoli dicit: *Proceſſu temporis, poſt tranſitum videlicet ſupradicti piiſſimi Patris per* Bea-

& S. Odilo,

(a) *Lib.* 11. *Epiſt.* 48. (b) *Lib.* 8. *Annal. Bened.* n. 45. (c) *In Chron. Lib.* 1. *Cap.* 1.

Digitized by Google

Beatum Maurum ejus diſcipulum omnis paene Gallia ejus inſtitutionis ſuſcepit exordium. Etſi autem id ſit tam graviſſimorum Virorum auctoritate roboratum; contra tamen, (quis putaret?) dicere audet Cennius, & ita adſerere: (a) *At circa dimidium octavi Saeculi Regulam S. Benedicti acceptam eſſe in toto Francorum Regno tam certum eſt, quam quod maxime. Ita ſiquidem ſtatutum legimus in Concilio Germano Anno* 743. (b) „ Ut Monachi, & ancillae Dei „ Monaſteriales juxta Regulam S. Benedicti Coenobia, vel „ Xenodochia ſua ordinare, gubernare, vivere ſtudeant, & „ vitam propriam degere ſecundum praedicti Patris ordi„ nationem non negligant. „ *Quod poſteriore Anno in Liptinenſi Synodo eſt confirmatum; & idcirco:* „ Abbates & „ Monachi receperunt Regulam S. Patris Benedicti ad re„ ſtaurandam normam Regularis vitae. „ *Quamobrem uſque ad Annum praedictum* 743. *Benedictini Ordinis aetatem diſferri oportet, quidquid non ignota ea Regula eſſet alicubi*. Et inferius. *Attamen ſola ea* (Regula) *in Galliis dominata eſt, quoad Benedictus Anianae Abbas, tempore Ludovici Pii ſub initia noni Saeculi, duodecim conditis Monaſteriis in Narbonenſi provincia, Benedictinum Regulam propagavit. Quare ejuſdem inſtaurator appellatur a Francis:* „ Hic eſt Bene„ dictus, per quem Dominus Chriſtus in omni Regno Fran„ corum Regulam S. Benedicti reſtauravit. Fierine poteſt, ut Cennius mihi ſuum, quo conficiatur, gladium ſemper dare velit? Ad ſtatuendam in Gallis Benedictinae Regulae aetatem; & ad Concilium Germanicum anno 743. habitum, & ad Acta Sanctorum provocat. Si igitur Concilia evolvam, comperio Cennium inſigniter ſuarum Diſſertationum Lectoribus impoſuiſſe, quum Auguſtodunenſe (oncilium Anno 670. celebratum, ſeptuaginta ſcilicet tribus annis, antequam Germanicum haberetur, S. Benedicti Regulam in Galliis jam longe lateque propagatam luculenter oſtendat: *De Abbatibus vero, & Monachis*, inquit, (c) *ita obſervare convenit, ut quidquid Canonicus Ordo, vel Regula S. Benedicti edocet, & implere & cuſtodire in omnibus debeant. Si enim haec omnia fuerint legitime apud Abbates vel Monaſteria conſervata; & numerus Monachorum, Deo propitio, augebitur, & Mundus omnis per eorum orationes adſiduas malis carebit contagiis*. „ Quo inluſtrius nihil, ait „ Ma-

cuius aetatem, ad Annum 743, perperam diſſerri,

monet Conciliam Auguſtodunenſe

(a) Cap. 3. n. 7. (b) Can. 16. (c) Can, 15.

„ Mabillonius, (a) aut luculentius dici poteſt ad commendandum tam in genere Monaſticum Inſtitutum, quam in ſpecie Regulam S. Benedicti; quam in Gallicanis Monaſteriis non primum recipi, ut quidam contra Canonis ſententiam putant, ſed jam receptam, *impleri, & cuſtodiri* Synodus praecepit, quae ex eo quod Nationalis fuit, ut pote conſtans quinquaginta quatuor Epiſcopis, hoc tempore ubique in Gallicanis tam Neuſtriae, & Burgundiae, quam Auſtriae Monaſteriis Sancti Benedicti Regulam viguiſſe ſatis aperte demonſtrat. „ Et ſane ſi Acta Sanctorum conſulam, Cennium longiſſime a vero abire deprehendo, quum Benedictinam Regulam, vel vivente adhuc Sancto ejus auctore, etiam ante Miſſionem Sancti Mauri, in compluribus Monaſteriis Galliarum obſervatam fuiſſe mihi conſtet. Quidam enim Galli Monachi ejuſdem ſervandae cupidi, Italica Monaſteria ad eamdem addiſcendam adiere, quos inter exſtitit S. Leobardus, qui (ſi Coccio, ex veteribus Cellae Leobardinae membranis ſcribenti fides habeatur) S. Benedicti diſcipulus fuit, primuſque Benedictinas leges in Germaniam intulit, & Monaſterium juxta tabernas Alſaticas condidit. S. Martinus Vertavenſis Abbas eodem deſiderio Italiam peragravit, Benedictinum Inſtitutum didicit, illudque plures inferioris Neuſtriae, & Britanniae Gallicanae Monachos docuit: *Ex hujus ergo loci* (Vertavenſis Monaſterii) inquit auctor ipſius Vitae, (b) *Sancto contubernio . . . . . . tanta eruperunt examina, ut mirum in modum tota ex eorum coadunatis floribus flagraret Neuſtria . . . . . . adeo ut trecentenus vinceretur numerus, quibus omnibus Regulae beatiſſimam ſtatuit normam, quam ſatis arduam, & diſcretionis cenſura praecipuam, olim ipſe a tranſalpinae Regionis partibus fertur detuliſſe*, Benedictinam ſcilicet, quae a S. Gregorio Papa omnium Regularum diſcretione praecipua nominata fuit; *quamque S. Martinus*, teſte Baſtideo, (c) *Monaſticae converſationis initio in Italia coluit, & in Gallias detulit, antequam ad Diaconatum promoveretur, & Concionatoris ſubiret officium*. Sed S. Mauri, & Sociorum ejus opera quam late Benedictinus Ordo ſeſe in Galliis extenderit, nonniſi peregrinus in Hiſtoriis poteſt ignorare. Etſi id ſatis ſuperque ex iis, quae laudati Leo Oſtienſis, & S. Odilo ge-

& Acta Sanctorum

Martini Vertavenſis.

X ne-

(a) *Lib. 16. Annal. Bened. n. 37.* (b) *Saec. I. Bened.* (c) *De Ord. S. Bened. Gallicana propagat. Cap. 2. n. 1.*

DISSERT. II. CAP. III. neraliter dixerunt, Cennius perceperit; ut de hujuſce rei veritate certior fiat, quae ſingulatim propono, audire non graveeur. Donatum S. Columbani diſcipulum Veſontionenſem Epiſcopum Anno circiter 620. S. Benedicti Regulam Sanctimonialibus Juſſanenſibus interpellatum ab ejuſdem loci Abbatiſſa aptaſſe conſtat ex Prologo in Regulam. Valdeberti Abbatis Luxovienſis tempore, qui Anno 625. Euſtaſio ſucceſſit, ait Anonymus auctor gravis & ſuppar in

Salabergae, Libro de geſtis S. Salabergae „ per Galliarum provincias „ agmina Monachorum, & Sacrarum puellarum examina, „ non ſolum per agros, villas, vicoſque, atque Caſtella, „ verum etiam per eremi vaſtitatem ex Regula dumtaxat „ Beatorum Patrum Benedicti, & Columbani pullulabant.„ Quum legis, *ex Regula Beatorum Patrum Benedicti, & Columbani*, intelligas velim, S. Columbani Poenitentiale tunc temporis adſumtum fuiſſe in Monaſteriis tamquam adpendicem & ſupplementum Regulae S. Benedicti, qui diverſos poenarum modos indefinitos relinquens, arbitrio & judicio Abbatis permiſit, ut conſtat ex vetuſtis Codicibus, in quibus Regulae S. Benedicti ſubiicitur S. Columbani Poenitentiale cum brevi praefatione, quam Mabillonius retulit in Tomo quarto Analectorum ex perantiquo Codice Monaſterii S. Galli ſcripto ante annos octingentos. Candavenſia Monaſteria gemina a S. Amando excitata Benedictinae Regulae fuiſſe ſubjecta perantiquus auctor, qui

Bavonis; geſta S. Bavonis primus in litteras retulit, apertiſſime declarat: *Ejuſdem fratribus Monaſterii juxta praeceptum pii patris Benedicti, convocata omni congregatione, ejus patefecit preces*. Anno 629. ad Cadurcae Epiſcopatum adſcen-

Deſiderii Cadurcenſis, dit Deſiderius, qui S. Benedicti Diſcipulos in ſua Dioeceſi excepit: *Inſtituta Beati Benedicti longe diſtabant*, inquit Vitae ipſius Scriptor, (*a*) *Deſiderii autem tempore haec ſecta Caturcae intravit, hujus ſub die haec Religio adoleſcere coepit*. De Solemniacenſi Coenobio Anno 631. condito ita loquuntur S. Eligii litterae: (*b*) *Ut tramitem Religionis Sanctiſſimorum Virorum Luxovienſium ſectentur, & Regulam Beatiſſimorum Patrum Benedicti & Columbani firmiter teneant*. Sigirannus Abbas Millebeccenſis Anno circiter 635. *ſub Regula a Beato edita Benedicto* Longoretenſe Monaſterium conſtruxit. Ne autem longius funem ducam,

---

(a) *T. 1. Biblioth. Labbei*. (b) *Saec. II. Bened.*

cam, hoc eodem Saeculo ſeptimo Foſſatenſe Monaſterium, Floriacenſe, Anianenſe, Caſtrenſe, Romaricenſe, Senonenſe, Tuſſiacenſe, Altivillarenſe, Corbejenſe, Sveſſionenſe, Nobiliacenſe, Fontanellenſe, Bariſiacenſe, Turonenſe, & quamplurima alia ſub S. Benedicti Regula militaſſe adeo compertum habeo, ut id, ſi Cennius negaverit, firmiſſimis rationibus me probaturum pollicear. De Monaſteriis, in quibus octavo Saeculo eadem Sancti Patris Regula in Galliis obſervabatur, loqui ſupervacaneum duco, quum imperante Carolo Magno ita jam obſoleta fuerit in Monaſteriis aliarum Regularum memoria, ut vix earum nomina nota eſſent; quare idem Imperator in Capitularibus *inquirendum* praecepit, *ſi in Gallia Monachi fuiſſent, priuſquam traditio Regulae S. Benedicti has in partes perveniſſet*. Quum vero ſciret pius princeps, S. Martinum, qui B. Benedicto antiquior erat, Monachum fuiſſe, & Monachos ſub ſua cura habuiſſe, juſſit, ut quaereretur, *qua Regula Monachi illi vixiſſent, qui multo ante S. Benedictum in Galliis floruerant*. Certum ergo habuit Carolus Magnus, nullam in Galliis fuiſſe Regulam a Benedictina diverſam ab eo tempore, quo Gallis innotuit; alias fruſtra quaereret, *utrum Monachi eſſe poſſint praeter eos, qui Regulam S. Benedicti obſervant:* fruſtra *utrum Monachi fuiſſent, priuſquam traditio Regulae S. Benedicti in has provincias deveniſſet*, ſi aliqua alia Benedictina antiquiore, aut etiam poſteriore Monachos vixiſſe noviſſet. Nullam ergo aliam a Benedictina in Galliis obſervatam adgnovit, nullam praeceptam eſſe didicit, nullamque ex aliorum relatione credidit eſſe ſervatam. Qua igitur ratione ductus adfirmat Cennius, *uſque ad Annum* 743. *Benedictini Ordinis aetatem differri oportere, quidquid non ignota ea Regula eſſet alicubi?* Num quia *Abbates & Monachi receperunt Regulam S. Patris Benedicti* in Concilio Liptinenſi, quam antea non admiſerant? Minime gentium; nam ſecus etiam *omnis Eccleſiaſtici Ordinis Clerus, Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi cum reliquis Clericis tunc primo ſuſceperunt antiquorum Patrum Canones*, quibus prius addicti non erant. *Abbates* ergo, *& Monachi receperunt Regulam S. Benedicti ad reſtaurandam normam Regularis vitae* a Benedictina praeſcriptae, a qua defecerant, eodem plane modo, quo *omnis Eccleſiaſtici Ordinis Clerus, Epiſcopi &c. ſuſcipientes antiquorum Patrum Canones*, a quorum obſervatione & ipſi longius aberant, *promiſerunt ſe velle Ec-*

Caroli Magni Capitularia.

Concilium Liptinenſe, cujus ſenſus declaratur.

X 2 *cleſia-*

DISSERT. II. CAP. III.

cleſiaſtica jura moribus, & doctrinis, & miniſterio recuperare. Sanctus enim Bonifacius, jubente Zacharia Summo Pontifice, hortatus fuit Carlomannum, ut Concilium cogeret ad reſtituendam in integrum Eccleſiaſticam ſimul, & Monaſticam diſciplinam, *quae in diebus praeteritorum Principum diſſipata corruit*. Quum ergo Abbates, & Monachi in Concilio Liptinenſi non novam aliquam Regulam, ſed jam promiſſam, ſeu potius amiſſam receperint, ideſt iterum ceperint, ut inquiunt Grammatici; alias non eamdem recuperaſſent, nec reſtauraſſent normam regularis vitae: *Ut norma Regularis Vitae*, inquit Concilium Germanicum, *in Synodo legeretur, & recuperaretur*: *Ad reſtaurandam normam Regularis vitae*, ait Liptinenſe, in quo *Venerabiles Sacerdotes &c. prioris Synodi* (Germanici) *decreta conſentientes firmaverunt*, omnino dicendum erit, longe ante annum 743. omnia Gallicana Monaſteria S. Benedicti Regulam admiſiſſe; ideoque ridiculum eſſe, ad eumdem annum Benedictini Ordinis in Galliis aetatem velle differre. Quae quum ita ſint, unuſquiſque intelligit, quo fundamento nitantur ea, quae ibidem ſubdit Cennius: *Attamen ſola ea* (Regula) *in Galliis dominata eſt, quoad Benedictus Anianae Abbas tempore Ludovici Pii ſub initia noni Saeculi, duodecim conditis Monaſteriis in Narbonenſi Provincia, Benedictinam Regulam propagavit*. Sed, quaeſo, cur una haec Regula, praeteritis aliis, etiam antiquioribus, a Summis Pontificibus, & a Sacroſanctis Conciliis ita paſſim nominatur, niſi quia uſque ad Annum 836. nullos Europa adgnoverit Monachos, praeter ſolos Benedictinos, ut pluribus probat Reynerus? (*a*) Igitur, ſi fides adjungenda ſit S. Ardoni, ſeu Smaragdo S. Benedicti Anianenſis diſcipulo, & Vitae Scriptori, Ludovici Pii tempore Benedictinae Regulae inſtaurationem, non propagationem factam fuiſſe, Lector deprehendet. Excute Acta a Bollando edita, (*b*) in quibus haec de Praeceptore ſuo Ardo commemorat: *Dedit autem cor ſuum ad inveſtigandam B. Benedicti Regulam, eamque ut intelligere poſſet, ſatagens, circuivit Monaſteria, peritos quoſque interrogans, quae ignorabat*. Ergo paſſim in Monaſteriis Gallicanis antea ſervabatur Regula Benedictina; alias incaſſum Benedictus Ananienſis Monaſteria perluſtrabat, ut ejus praxim, uſumque exploraret, Quis enim Benedi-

S. Benedictus Anianenſis inGallia

Benedictinae Regulae reſtaurator, non propagator dici debet,

quum paſſim in Gallicanis Monaſteriis ea antea ſervaretur

(a) *In Diſcept. Hiſt. de Antiquit. Benedictinor. in Anglia. Tr.* 1. *Sect.* 1. §. 20.
(b) *Ad diem* 2. *Febr.*

nedictinae Regulae ſtudioſus indagator Baſilianorum Coenobia adeat, ut ejuſdem Regulae uſus, & obſervationes percipiat? Sed perge: *Praefecit eum quoque* (ſcilicet Benedictum Anianenſem) *Imperator Ludovicus cunctis in Regno ſuo Coenobiis. Multa denique Monaſteria erant, quae quondam regulariter fuerant inſtituta, ſed paullatim tepeſcente rigore, Regularis paene deperierat Ordo. Ut autem ſicut una omnium erat profeſſio, fieret quoque omnium Monaſteriorum ſalubris una conſuetudo, jubente Imperatore, adgregatis Coenobiorum Patribus una cum quampluribus Monachis per plures reſedit dies. Omnibus ergo ſimul poſitis, Regulam ab integro diſcutiens, cunctis obſcura dilucidans, dubia patefecit, priſcos errores abſtulit, utiles conſuetudines, adſentientibus cunctis, protulit, de quibus etiam Capitulare Inſtitutum Imperatori confirmandum praebuit, ut omnibus in Regno ſuo poſitis Monaſteriis obſervare praeciperet. Cui protinus Imperator adſenſum praebuit.* Ludovicum ergo vides non duobus, aut tribus, ſed *cunctis in Regno ſuo Monaſteriis* Benedictum Anianenſem praeficere; Synodum cogere, *ut ſicut una omnium erat Profeſſio, fieret quoque omnium Monaſteriorum ſalubris una conſuetudo*. Ergo antea una erat Profeſſio in cunctis Galliae Monaſteriis. Separata erant invicem Monaſteria, diverſis addicta ritibus; alii aliter Regulam Benedictinam interpretabantur; in pleriſque Ordo Regularis paene deperierat. Concilium indicit Imperator: de abdicandis ſeu S. Columbani, ſeu aliorum Patrum Regulis verbum nullum. Benedictinae Regulae dubia explicantur, conſuetudines diverſae conciliantur; pravae reformantur, meliores conſtituuntur, admittuntur ubique. Quis hoc de primaria Benedictinae Regulae receptione, non de Monaſteriorum reformatione, & modo vivendi uniformi explicare abſque gravi errore poſſit? Sane Ardo idem exponens: *Hic eſt Benedictus*, inquit, *per quem Dominus Chriſtus in omni Regno Francorum Regulam S. Benedicti reſtauravit*, non, promulgavit. Certe coaevus ille Poëta, qui geſta Ludovici Pii cecinit, Leges Benedictinas renovatas ſolum adferit, non de novo promulgatas, aut impoſitas; ſic enim habet:

DISSERT. II. CAP. III.

& poſtea deperierit.

ut teſtatur Ardo,

& Poete coaevus

Hic decreta Patris Benedicti lege tenenda
Sancit, & antiquae renovat legalia normae.

Qui-

DISSERT. II. CAP. III.

Quibus verbis hoc ſolum denotat, antiquam ſcilicet S. Benedicti Regulam novis ſtatutis, norma, conſuetudinibus ab Imperatore alterius S. Benedicti conſilio innovatam, fultamque fuiſſe. Quem genuinum eſſe ſenſum Poëtae, Ardonis, & Auctoris Vitae Ludovici Pii, immo & Conventus Aquiſgranenſis ab ipſo S. Benedicto addiſco, qui in Epiſtola ad Georgium Abbatem Anianae: *Sicut ergo Monaſteria*, inquit, *dudum vitiata jam aliquid emendationis a nobis accepiſſe videntur, ita maxime nunc cavete, ne (quod abſit, te poſco, miſericors Deus) ſiniſtram viam ullo tempore tendant*. Et quidem tunc temporis vitiata fuiſſe Monaſteria in Galliis patet ex Concilio Turonenſi III. Anno 813. habito, quod ita ait: (a) *Monaſteria Monachorum, in quibus olim B. Benedicti Regula conſervabatur, ſed nunc forte qualicumque negligentia ſubrepente, remiſſius ac diſſolutius cuſtoditur, vel certe penitus abolita negligitur, bonum videtur, ut ad priſtinum revertantur ſtatum*. Gallicana igitur Monaſteria Benedictus ad priſtinum revocavit, & in iis S. Benedicti Regulam reſtauravit, hoc eſt in integrum reſtituit, & ita *in omni Regno Francorum* obſervandam curavit, ut *olim fuerat conſervata*. Jam ergo ante illum *in omni Regno Francorum* haec eadem Regula ſtabilita fuerat; ideoque Benedictus reſtaurator, non propagator Benedictinae Regulae in Galliis dici poteſt. Et reapſe quid abſurdius dici poterat, quàm Benedictum Anianienſem propagaſſe in Galliis Benedictinam Regulam, quam Paullus Diaconus Caroli Magni aequalis per totum maxime Occidentem diffuſam ſuo tempore luculenter oſtendit teſtis rerum oculatus? *Qui* (ſcilicet S. Benedictus) *uſque ad praeſentem diem*, inquit, (b) *praeſens ſpiritu non tantum noſtrum Collegium, ſed per* TOTUM MAXIME OCCIDENTEM *ſuos ſequaces erudit*. Et inferius: *Quae lucerna clarior hoc praeceptore ſurrexit, quae ſuper candelabrum altioris vitae poſita* TOTAS OCCIDUI PROVINCIAS RADIAVIT? *Hanc*, ſubdit S. Odo (c) *fuiſſe ejus praerogativam, ut etiam remotiſſimos totius* CHRISTIANITATIS SINUS *radiis ſuae* BEATITUDINIS INLUSTRET. *Nec Monachorum cohortes ubique terrarum diffuſae tantam ejus altitudinem ignorant. Quapropter eaſdem illius laudes non una vox, non una congregatio, neque una urbs, vel provincia proclamat; ſed ubicumque S. Eccle-*

ſia

[Margin notes: immo & ipſe Benedictus, | Concilium Turonenſe III. | quod & monet Paullus Diaconus Caroli Magni aequalis, | qui S. Benedicti Regulam | per totum Occidentem | diffuſam praedicat, | immo S. Odo adfirmat per totam Chriſtianitatem,]

(a) Can. 25. (b) *In Hom. de S. P. Bened. quae eſt in Append. T. 1. Annal. Bened.* (c) *In ſerm. de S. Bened.*

ſta diffunditur per tribus, per nationes, per linguas laus Benedicti frequentatur . . . Quis umquam Rex, aut Imperator in tantis Mundi partibus imperavit, aut ex tam diverſis nationibus tantas ſibi legiones condixit, quantas videlicet cujuslibet ſexus & aetatis in Chriſti militia voluntarie juratas diſponit? Idem quoque cum eo ſentit Honorius Auguſtodunenſis, dum ait: (a) *Benedictus Abbas Monaſterii Caſini ſcripſit Regulam Monachorum per totum Mundum promulgatam*. Quare non immerito Lupus in Menologio Armenorum haec legens: „ Nierſes Lampronenſis ex „ Graeco vertit in Armenium Hiſtoriam S. Gregorii Papae Romanorum, & Regulam Benedicti, apud eoſdem „ Romanos obſervatam: „ *Relictis*, inquit, (b) *S. Baſilii inſtitutionibus, Nierſes ſuis Monachis impoſuit S. Benedicti Regulam, imitatus Gregorium, qui ipſam impoſuerat Romanis. Hinc & hujus hiſtoriam, ſeu Dialogorum libros tranſtulit in Armenium. Quod nempe iſta Regula cum ſuo auctore, & omnis Monaſtica vita ab hiſce Libris inſigniter commendetur. Et hinc lucet primam horum Librorum Graecam tranſlationem non eſſe a Zacharia Pontifice, ſed multo priorem. Quod interim laudatam Regulam omnibus Italiae Monachis Gregorius impoſuerit, non eſt ambigendum. Et ita omnino credidit ſecunda Synodus Duziacenſis*. Et ſuadet Bulla Benedicti XII. quae incipit: *Summi Magiſtri*, in qua ita legitur: *Provinciae Thebanenſis, Athenienſis, Patracenſis, Corinthienſis, & Neopacenſis, cum toto Patriarchatu Conſtantinopolitano habeantur pro alia*, in qua ſcilicet Provinciale Capitulum celebrandum erit.

& cum eo Honorius Auguſtodunenſis,

ideoque per Orientem, ut contendit Lupus,

& ſuadet Bulla Benedicti XII.

VIII.

Gregorium Magnum fuiſſe Benedictinum probat propagatio Regulae S. Benedicti apud Britannos facta per eiuſdem Gregorii diſcipulos,

Poſt argumenta ex Gregorii ſcriptis petita, quibus Ordini S. Benedicti S. hic Pontifex non obſcure vindicatur; nunc aliud praevalidum atque neceſſarium proponendum eſt ex propagatione Regulae noſtrae apud Britannos facta per Gregorii Magni diſcipulos, Auguſtinum, alioſque ejus ſodales. Auguſtinum in eodem, quo Gregorius, Monaſterio vixiſſe Monachum, ipſiuſque Gregorii diſcipulum fuiſſe conſtat tum ex Libri VIII. Epiſtola XXX. ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum, in qua Auguſtinum *Monaſterii mei Monachum* dicit; tum ex Libri IX. Epiſtola CVIII. ad Syagrium Epiſcopum, ubi *Auguſtinum tunc Monaſterii mei Praepoſitum* vocat; tum ex Epiſtola Bonifacii ad Ethelbertum An-

(a) *De Script. Eccl. Lib. 3. c. 30.* (b) *T. 5. in Schol. ad Can. 6. Conc. Tholoſ.*

Anglorum Regem, aliiſque teſtimoniis, in quibus Auguſtinus *Gregorii diſcipulus* nuncupatur. Auguſtini ſodales ejuſdem Inſtituti fuiſſe, patet ex eo, quod Abbatem eis Gregorius Auguſtinum conſtituit, ex Epiſtola LI. Libri VI. *Remeanti Auguſtino Praepoſito veſtro, quem & Abbatem vobis conſtituimus, in omnibus humiliter obedite.* Auguſtinus in Britanniam miſſus Anno Chriſti 596. inſtaurata Cantuariae S. Salvatoris Eccleſia, *fecit Monaſterium non longe ab ipſa Civitate ad Orientem*, ibique *Eccleſiam conſtruxit* in honorem *Apoſtolorum Petri & Paulli*, teſte Beda. (*a*) *Quam tamen Eccleſiam non ipſe Auguſtinus, ſed ſucceſſor ejus Laurentius conſecravit. Primus autem ejuſdem Monaſterii Abbas Petrus Presbyter fuit.* Mellius Auguſtini ſucceſſor, in Monaſterio Dorobernenſi, *quod Auguſtinus, beatae memoriae Gregorii diſcipulus, S. Salvatoris nomini conſecravit*, Monachos conſtituit, concedente Bonifacio Papa IV. in Epiſtola ad Ethelbertum, ubi Apoſtolica autoritate decernit, *ut ipſi veſtri praedicatores Monachi Monachorum gregem ſibi adſocient, & eorum vitam ſanctitatum moribus exornent*, id eſt ſanctis moribus & inſtitutis, quae ipſi profitebantur: ſecus adtentare auſis Pontifex graves poenas interminatur. Derivata eſt ſubinde Religio ex Cantuarienſibus Monaſteriis in alia Britanniae Monaſteria praeſertim Saeculo VII. quo idem Iſtitutum accepere Glaſtonienſe, Nutſcellenſe, Maildunenſe ſeu Malmesburienſe, Lindisfernenſe, Elienſe, Wiremuthenſe, & Girwenſe, aliaque non pauca. In illis Monaſteriis Benedictinam Regulam viguiſſe conſtat ex S. Aldelmi teſtimonio, qui Monachus & Abbas in Coenobio Maildunenſi, ac demum Schireburnenſis Epiſcopus mortuus Anno 709. ſcripſit, teſte Beda, Librum metricum *de Virginitate*, in quo S. Benedictum laudans ita canit:

[Margin notes: qui — Angliae — Monaſteriis — Benedictinas leges impoſuerūt, ut teſtatur S. Aldelmus;]

Primus qui noſtrae ſtatuit certamina vitae,
Qualiter optatam teneant Coenobia normam:
Quoque modo properet directo tramitae Sanctus
Ad Superos ſcandens Caelorum culmina cultor:
Cujus praeclaram pandens ab origine vitam
Gregorius Praeſul chartis deſcripſerat olim,
Donec aethralem felix migraret in arcem,

Aldel-

(a) *Lib.* 1. *Hiſ. Cap.* 33.

Aldhelmus Monachus & Abbas Anglicanus manifeſte docet, ſuae, hoc eſt Monaſticae vitae modum primitus a S. Benedicto, cujus vitam ſcripſerat Gregorius Papa I., inſtitutum fuiſſe, & ab eodem traditam normam, qualem ſuo tempore tenebant Anglicana Coenobia. Illud conſideratione dignum, quod auctor iſte in duobus Libris, uno ſtrictae, altero ſolutae orationis, quos de Virginitate ſcripſit, S. Benedictum in utroque a Virginitate commendat, praetermiſſo Aequitio, in quo tamen eam virtutem laudat S. Gregorius. An vero Aequitium omiſſurus fuiſſet Aldhelmus, ſi Auguſtinus, & Socii fuiſſent Aequitiani Inſtituti, aut Aequitii normam Anglicanis Monachis tradidiſſent? Sed deſcendamus ad ea, quae ſuperius commemoravi Monaſteria. In Glaſtonienſi, ubi primum Coenobiorum Aegypti Inſtitutum viguiſſe dicitur, Regula S. Benedicti *coepit exerceri* (Glaſtonienſis Chronici (a) verbis utor) ubi primum Cathedralis Eccleſia Cantuarienſis, ac ſuburbanum S. Petri Coenobium, aliaeque Sedes Epiſcopales, & Monaſteria per Auguſtinum, ejuſque diſcipulos conſtrui coeperunt, *ſecundum Beati Patris Benedicti Regulam Deo militatura*. Eamdem ſervabat Nutſcellenſe, in quo S. Bonifacius, futurus poſtea Germanorum Apoſtolus, *labori manuum quotidiano, & diſciplinali officiorum adminiſtrationi inceſſanter ſecundum praefinitam Beati Patris Benedicti rectae conſtitutionis formam inſiſtebat*, teſtante Willibaldo ejus diſcipulo. De Maildunenſi explorata res eſt ex ſuperiori Aldhelmi teſtimonio. In Lindisfarnenſi S. Cuthbertus *nobis* (inquit (b) Anonymus ejus loci Monachus illius aequalis) *regularem vitam componens conſtituit, quam uſque hodie cum Regula Benedicti obſervamus*. Eamdem Regulam Northumbrenſibus Monaſteriis conſtat impoſitam fuiſſe a Wilfrido Eboracenſi Epiſcopo, qui apud Willelmum Malmesburienſem gloriatur „quod verum Paſcha in Northanimbria, Scotis ejectis, docuerit, & cantus Eccleſiaſticos antiphonatim inſtituerit, qui denique *Sanctiſſimi Benedicti Regulam a Monachis obſervari juſſerit*. Idemque omnino iiſdem fere verbis, ac Willelmus, Eddius-Stephanus Wilfridi diſcipulus commemorat, (c) tum de Paſchae celebratione, ac tonſura, tum de cantu Eccleſiaſtico, *vel quomodo vitam Monachorum ſecundum Regulam S. Benedicti patris, quam* Y *nullus*

DISSERT. II. CAP. III.

& quidem Glaſtonienſi,

Nutſcellenſi,

Maildunenſi,

Lindisfarnenſi;

Northumbrenſibus,

(a) *Monaſt. Angl. T. 1. pag. 12.* (b) *In Lib. 3. Vitae S. Cuthberti Epiſcopi.* (c) *In Vita S. VVilfridi Cap. 44.*

Digitized by Google

DISSERT. II. *nullus ibi*, id eſt in Northumbria *prior invexit*, conſtitue-
CAP. III. rit Wilfridus. Unde vero hanc Regulam acceperit, idem
Cantuarienſibus Eddius ſuperius explicat, (*a*) nimirum ex urbe Cantuaria,
quo ab Egberto Rege ad ordinandos poſt mortem Deuſ-
dedit Epiſcopi Clericos accerſitus fuerat: qua ex urbe
*cum cantatoribus Aedde & Aeona, & caementariis, omniſ-
que paene artis miniſterio, in regionem ſuam revertens cum
Regula S. Benedicti, inſtituta Eccleſiarum melioravit*. Ex
his manifeſte conficitur, Wilfridum non aliunde accepiſſe
S. Benedicti Regulam, quàm ex urbis Cantuariae Mona-
ſteriis: ubi proinde haec Regula recepta erat tunc tem-
poris, id eſt anno circiter 50. a morte S. Auguſtini. In
VVIremuthenſi, Wiremuthenſi, & Girwenſi Monaſteriis S. Benedictus Bi-
Girvvenſi, ſcopus, qui prius S. Petri apud Cantuariam Coenobio Ab-
bas praefuerat, Benedictinae Regulae normam inſtituit, te-
ſtante Beda in Libro primo Hiſtoriae Monaſterii utriuſque,
Biſcopum Abbatem morti proximum diſcipulis ſuis prae-
cepiſſe, *ut juxta Regulam magni quondam Abbatis Benedi-
cti, & juxta privilegii ſui decreta* probum ſucceſſorem e-
ligerent, idemque poſtea Ceolfridum monuiſſe. Unde Al-
Uvirenſi, cuinus Wirenſes & Girwenſes Monachos hortatur, *ut Re-
gularis vitae obſervationem, a Benedicto & Ceolfrido ſta-
tutam, diligentiſſime cuſtodiant*. Quam obſervationem?
Regula, inquit, (*b*) *Sancti Benedicti in conventu fratrum
propria exponatur lingua, ut intelligi poſſit ab omnibus*.
Haec eſt ergo illa Regula, quam hauſerat Biſcopus in
Cantuarienſi Sancti Petri Monaſterio, ubi ante annum 674.
quo Wiremuthenſe Monaſterium aedificare coepit, Abbas
fuerat, quamque in *decem & ſeptem Monaſteriis* a ſe per-
luſtratis invenerat, ut Beda teſtatur in Libro primo Hi-
ſtoriae Wiremuthenſis. Haec, inquam, Regula, quae in
Anglicana Coenobia per Auguſtinum, ejuſque ſocios, ac di-
ſcipulos inducta fuerat, non alia ſane quàm ea ipſa, cu-
jus obſervationem Romae in S. Andreae Monaſterio didi-
cerant, Gregorio Magiſtro & Inſtitutore. Juſſerat quippe
„ Bonifacius IV. (*c*) ut in Cantuarienſi Monaſterio S. Pe-
„ tri praedicatores iſti Monachorum gregem ſibi adſocia-
„ rent, & eorum vitam *ſanctitatum moribus*, hoc eſt ſan-
„ ctis moribus & inſtitutis ſuis, non vero aliunde acce-
non S. Aequitii, ptis, exornarent. Tradidiſſent proinde, ut fit, Aequitii
nor-

(a) Cap. 14. (b) *Epiſt.* 49. (c) *In Epiſt. ad Ethelbertum*.

Digitized by Google

normam, non Benedicti, ſi ipſi Aequitiani fuiſſent. Atqui non Aequitii, ſed Benedicti mores in Monaſteriis ab ſe inſtitutis tradidiſſe, ex ſuperioribus manifeſtum eſt; ac proinde conſtat, eos in Andreano Coenobio ſub Gregorio Benedictinos fuiſſe, uti que & Gregorium, non Aequitianos. Hinc eſt, quod in Britanniae Monaſteriis numquam S. Aequitii nomen auditum, multo minus celebratum fuit; ſecus de S. Benedicto, cujus nomen, utique illic celeberrimum, in omnibus illius Inſulae monumentis ſingulis quibuſque fere paginis occurrit. Certe in vetertimis Litaniis Anglicanis ad uſum Monachorum ante nongentos annos conditis, (nam in iſtis nulli Sancti octavi Saeculi commemorantur) (*a*) proxime poſt Sanctos Gregorium, Auguſtinum, & Hieronymum nominatur SANCTUS BENEDICTUS, cujus nomen bis repeti praecipitur; ac deinde complures Sancti Monachi, non vero Antonius, non Pachomius, non Baſilius, non denique S. Aequitius, cujus memoriam, ſi Gregorius, Auguſtinus, ejuſque ſodales Aequitiani fuiſſent, aut praetermiſſam, aut jam neglectam fuiſſe, a veri ſimilitudine abhorret. Porro Litanias illas pro Anglia fuiſſe concinnatas probat haec ſupplicatio: *Ut Clerum & plebem Anglorum conſervare digneris, te rogamus audi nos*, nullius alterius gentis facta mentione. Quod & obſervari licet in Litaniis in Extrema Unctione recitandis quas Theodorus Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui obiit anno 690. adpoſuit in ſuo Poenitentiali (*b*) in quo invocantur S. Benedictus, S. Maurus, & S. Scholaſtica; immo ibidem dum agitur de ordinatione Monachorum haec formula habetur: *Ego frater N. Deodatus promitto ſtabilitatem meam, & converſionem morum meorum, & obedientiam ſecundum Regulam S. Benedicti coram Deo, & Sanctis ejus in praeſentia Domni N. Epiſcopi.* Hinc firmiſſimo argumento eſt, Benedictinam Regulam Anglicanis Coenobiis ab Auguſtino, ejuſque ſociis traditam, praeceptamque fuiſſe. Et rem ita eſſe, veteres quoque ſenſerunt. Aimoinus Floriacenſis Monachus rationes reddens, cur Angli Monachos ex Coenobio Floriacenſi petierint ad inſtaurandam in Inſula ſua Religioſae vitae diſciplinam, primam hanc refert: (*c*) *Quia Beatus Papa Gregorius, miſſis ad eam gentem convertendam fidei Chriſti praedicatoribus, ejuſdem dilecti Be-*

DISSERT. II. CAP. III.

ſed S. Benedicti Regulam tradiderunt, quam in Andreano Monaſterio ſub S. Gregorio profeſſi erant, quum in Anglia S. Benedicti nomen celeberrimum fuerit, & praecipue in Litaniis, in quibus

bis repetitur, ejus nomen

& in formula Profeſſionis Monachorum.

Ceterum Monachos a S. Gregorio miſſos in Angliam fuiſſe Benedictinos teſtantur Aimoinus.

 ne-

(a) *Apud Mabill. T. 2. Analect.* (b) *T. 1.* (c) *In Vita S. Abbonis Abbatis.*

Digitized by Google

Ethelredus Rex

nedicti Regulam obſervandam ſpecialius inculcavit. Eodem tempore Ethelredus Anglorum Rex in privilegio Eccleſiae Cantuarienſi conceſſo Anno 1006. cauſſam exponens, cur in eam Eccleſiam Benedictinos ſodales reſtituerit: *Hoc ideo*, inquit, *feci*, *& Monachos ejuſdem Ordinis*, *quem huc adtulit S. Auguſtinus*, *in Eccleſia poſui*, *Ordinis ſcilicet*, *quem ille ex praecepto S. Gregorii*, *& ex magni Regis Ethelberti conſtitutione*, *& auxilio in terram hanc intulit*. Hoc

Joannes Diaconus

ipſum prius docuit Joannes Diaconus in Vita S. Gregorii, in qua praeter alia, quibus utitur, ad Gregorium Ordini Benedictino adferendum, hoc momentum proponit: *Quod vero Monachi*, *qui a Gregorio in Saxoniam*, *id eſt in Tranſmarinam Saxoniam*, *ſeu Angliam*, *miſſi ſunt*, *S. Benedicti Regulae fuerint mancipati*, *inter alia etiam illud oſtendit*, *quod ex ipſius diſcipulis vix poteſt in illis partibus Monachus aliquis inveniri*, *a quo non obſervetur tam in propoſito*, *quam in habitu Regula Benedicti*. Joannes Diaconus S. Gregorii Vitam, quam dedicavit Joanni VIII. ſcribebat anno 875. quo tempore Regula Benedictina ita apud Anglos invaluerat, *ut vix poſſet in illis partibus Monachus aliquis inveniri*, *a quo non obſervaretur tam in propoſito*, *quam in habitu Regula Benedicti*. Ex quo Joannis teſtimonio intelligi poteſt, quam erraverit Marshamus, qui in Propylaeo ad Monaſticum Anglicanum a ceteris Anglicis Scriptoribus diſſentiens exiſtimat, S. Benedicti Regulam in Concilio Wintonienſi anno 965. ſub Dunſtano Archiepiſcopo Cantuarienſi ab omnibus primum in Anglia receptam fuiſſe, alto de Benedictina Regula apud Concilium Cloveshoviae anno 747. habitum, & apud Bedam contentus ſilentio. Sed parcendum Marshamo, qui Monaſticam, id eſt Benedictinam Regulam memoria tenere non debuit; ſi enim Concilium illud cum ea attente comparaſſet, hanc non obſcure expreſſam advertiſſet in haec verba.

Concilium Cloveshoviae.

Concil. Cloveshoviae

Cap. 24. Viceſimo quarto ſancitum eſt capitulo, ut ſi quis Saecularium ſanctae profeſſionis famulatum ſubire deſiderat, *non antea tonſurae habitum ſuſcipiat*, quam illius converſatio, ac morum qualitas ſecundum Monaſticae Regulae de-

S. Benedictus.

Reg. Cap. 58. Noviter veniens quis ad converſionem, *non ei facilis tribuatur ingreſſus*, *ſed ſic*, *ut ait Apoſtolus*: *Probate ſpiritus*, *ſi ex Deo ſunt* .... *Probetur* in omni patientia .... Tunc *ſuſcipiatur in Congregatione*.

Quum,

Dissert. II. Cap. III.

definitionem manifeſtius *probetur juxta Apoſtolicum praeceptum : Probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt*; niſi aliqua rationabilis cauſſa, ut ante *ſuſcipiantur in Congregationem*, rite perſuadeat.

Quum igitur Concilium Monaſticam interponens Regulam, B. Benedicti locutione utatur, nullus juſtae dubitationi ſupereſt locus, Regulae Monaſticae nomine Benedictinam a Concilii Patribus, uti ſaepe alias, fuiſſe intellectam. Nec enim in aliis Regulis antiquioribus quidquam reperitur, quod laudati Concilii dictioni diſerte conveniat, ut ex Codice Regularum, & ex earumdem concordia (*a*) evidenter colligitur. Hinc conficio validiſſimum, & graviſſimum argumentum. Regula Benedictina Patribus Concilii Cloveshovienſis abſolute Regula Monastica appellatur: Non alia itaque Regula tum temporis apud Anglos vulgata erat. Sed nec indigne ferendum, a Marshamo Venerabilis Bedae ſilentium opponi, qui Bedae aliquot Opuſcula recens edita non legerat. Hiſtoriam Abbatum Monaſterii ſui duobus libris a ſe exaratam fuiſſe, teſtatur Beda in fine Epitomes Hiſtoriae Anglorum; eamque diu deſideratam tamdem edidit Waraeus. Sub finem Libri primi refert Beda extremam orationem, quam Biſcopus ad diſcipulos habuit in haec verba: *Multum cavetote, Fratres, ne deforis aliunde vobis Patrem quaeratis; ſed juxta quod* Regula *magni quondam Abbatis* Benedicti, *juxta quod privilegii veſtri continent decreta, in conventu veſtrae Congregationis communi conſilio perquiratis; qui ſecundum vitae meritum, & ſapientiae doctrinam aptior ad tale miniſterium perficiendum, dignior que probetur.* In Libro autem ſecundo loquens Beda de Ceolfrido Abbate: *Utilius decrevit*, inquit, *dato fratribus praecepto, ut juxta ſui ſtatuta privilegii, juxtaque* Regulam Sancti Abbatis Benedicti *de ſuis ipſi Patrem, qui aptior eſſet, eligerent*. Nihil interprete opus eſt. Deſinent nunc tamdem adverſarii Bedae nobis opponere ſilentium de Regula S. Benedicti, nec nobis ultra Biſcopum, & Bedam, ſed nec Auguſtinum, atque adeo Gregorium eorum ducem, ac parentem denegabunt. Certe eru-

S. Beda V.

(a) Cap. 65.

DISSERT. II. CAP. III. Bollandiani,

eruditiſſimi viri addentes ad Bollandum, viſo Bedae duplici libello de Abbatibus Monaſterii ſui, longe aliter, atque alias, de antiquitate Regulae Benedictinae in Anglia ſentire ſe profitentur in Commentario praevio ad Vitam S. Elfegi. (*a*) Iidem in Commentario ad Vitam S. Auguſtini Anglorum Apoſtoli, (*b*) etſi non aperte eum noſtris adjudicent, addunt tamen ſe nolle *praejudicatum Benedictinis*, MAXIMA CUM VEROSIMILITUDINE, AC PROPE MODUM EVIDENTIA *Auguſtinum inter ſuos numerantibus*, eo vel maxime, quod in vetuſtiſſimis illis Litaniis Anglicanis nullus ex omnibus vitae Monaſticae Inſtitutoribus nominandus praeſcribitur praeter S. Benedictum, & quidem bis; *evidenti paene*, inquiunt „ indicio, quod vel S. Auguſtinus, vel
„ inſtituti ab eo in Anglia Monachi iſtarum Litaniarum
„ auctores unicum illum adgnoverint ſui Monachatus au-

Seldenus.

„ ctorem „. Ex his infertur cum Joanne Seldeno ſub finem adnotationum in Eadmeri Hiſtoriam novorum „ Coe-
„ nobii S. Salvatoris Cantuariae incolas (ut de aliis inte-
„ rim ſileam) Benedictinae familiae, etiam ab ipſis incu-
„ nabulis, ſemper fuiſſe habitos: nihil contra occurrere
„ in vetuſtis monumentis, in quibus nullum novationis ve-
„ ſtigium apparet; (immo Bedam, Aldhelmum, alioſque
„ ſubpares auctores huic ſententiae aperte ſuffragari.) At
„ vero ſi primis initiis Benedictinum eſſet Coenobium Can-
„ tuarienſe, eandem ipſam argumentationem, qua in con-
„ jecturis ſuis de Gregorio uſus eſt Baronius, Auguſti-
„ num, ac proinde Gregorium, Benedictinae fuiſſe fami-
„ liae demonſtrare; & quidem longe efficacius, quam
„ Auguſtinum Gregorii in Monaſterio fuiſſe diſcipulum con-
„ ſtet, & in ejuſdem regulari Inſtituto perſeveraſſe „ ſe-
cus de Valentino, ut inferius oſtendam. Idipſum docet

& Barcoſius,

etiam eruditiſſimus Barcoſius, (*c*) qui probaturus S. Gre-
„ gorium fuiſſe Benedictinum, adſerit Monachos, quos S.
„ Pontifex in Angliam miſit, fuiſſe dubio procul Bene-
„ dictinos, & in illam Inſulam Regulam induxiſſe, quam in
„ omnibus Angliae Coenobiis ſtabiliere: ipſos pariter fuiſ-
„ ſe Monachos Monaſterii S. Andreae, quod Romae con-
„ ſtruxerat, & in quo Monaſticum habitum induerat.
„ Quare ſubdit nullum ſupereſſe contendendi locum, eos
„ aliter vixiſſe in Angliae Monaſteriis, ac Romae egerint,

„ & ab

(a) *T. 2. Aprilis.* (b) *T. 6. Maii.* (c) *In Epiſt. ad Gouſſainvillium.*

„ & ab Regula, ſecundum quam Profeſſionem emiſerant, „ defeciſſe, quo in aliam, in nova Eccleſia ab ipſis fundata, ſtatuendam concederent, quum ita ſe gerere minime potuiſſent, niſi votam Deo Religionem funeſtarent. „ Religioſos plerumque Regulae ſui Ordinis tenaciſſimos, „ & S. Franciſci alumnos numquam ſuam deſeruiſſe, ut S. „ Dominici Regulam adſumerent; nec Praedicatores ſuam, „ ut Franciſcanam ei praeferrent, confeſſa res eſt & manifeſta. Exploratum igitur habetur, hos S. Gregorii „ Miſſionarios, qui in Anglia Monaſteria ſecundum S. Benedicti Regulam condiderunt, & ad ejus praeſcriptum „ vitam exegere, Romae quoque illam obſervaſſe, & hanc „ eſſe Regulam Monaſterii S. Andreae, in qua S. Pontifex non ſecus, atque ipſi, fuit eruditus. Nemini dubium eſſe poteſt, quin hanc Regulam aliis Monaſteriis „ impoſuerit, quae diverſis in locis conſtruxit; Benedictina enim illi una fuit inſtar omnium, quum dixiſſet, „ eam ceteris omnibus diſcretione praeſtare, *diſcretione* „ *praecipuam*; & diſcretio a Patribus virtutum ſpiritus „ nuncupatur, quum ſine iſta mortuae ſint, & vera vitia. „ Liquet igitur Gregorium eam pro ſuis Monaſteriis ſelegiſſe, nec illi aliam praepoſuiſſe, quam tanti minime „ putabat.

IX.

Etiam propagatio Regulae Benedictinae in Germaniam delatae per Bonifacium, alioſque Monachos Anglos ſuadet GregoriumMagnum fuiſſe Benedictinum.

Non minus validum argumentum depromitur ex propagatione Regulae Benedictinae in Germaniam, & vicinas regiones Septentrionales per S. Bonifacium, alioſque Monachos Anglos delatae, qui ex Anglia ad Fidem Chriſtianam diſſeminandam eo profecti, plurima ibi Coenobia condiderunt, in his maxime Fuldenſe Monaſterium tota Europa, nedum Germania celeberrimum, ubi ritus Benedictinos ab exordio viguiſſe inficiatur nemo. Nimirum quam a majoribus ſuis Auguſtino, ejuſque ſodalibus Gregorii Magni diſcipulis, Romanique Monaſterii alumnis acceperant hi ſacri Verbi Praecones, eamdem in excitatis ab ſe Aſceteriis obſervandam tradiderunt, & in ipſius inſtitutis ad amuſſim cuſtodiendis ad mortem uſque perſeverarunt. Porro S. Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus Anno Domini 754. Martyrii laurea donatus, adhuc puer, teſte S. Willibaldo Eiſtatenſi Epiſcopo ipſius Diſcipulo & Vitae Scriptore, in Monaſterio Britanniae *ad Eſtam Caſtrum* oblatus fuerat ſub Abbate Wolfardo, ac poſtea *in Coenobio Nutſcellenſi* a Winberchto Abbate ſuſceptus *labore manuum quo-*

Porro S. Bonifacius

Monachos Monaſterii Nutſcel-

lenſis, in quo ſervabatur Regula S. Benedicti

quotidiano, & diſciplinali officiorum adminiſtratione inceſſanter ſecundum praeſinitam beati Patris BENEDICTI *rectae Conſtitutionis formam inſiſtebat*. Poſtea in Germaniam a Gregorio Papa II. miſſus Anno 4. imperii Leonis, ut conſtat ex Gregorii litteris ad ipſum ſcriptis, Chriſti Anno 720. deinde adnuente Zacharia Pontifice Romano *in loco ſilvatico, in eremo vaſtiſſimae ſolitudinis, in medio nationum praedicationis ſuae Fuldenſe Monaſterium conſtruxit ſub Regula S. P.* BENEDICTI, prout ſcribit ad Zachariam Papam; demumque in Concilio Liptinenſi Anno 743. coacto ſtatuendum curavit. (*a*) *ut Monachi, & ancillae Dei Monaſteriales juxta Regulam S. Benedicti Coenobia vel Xenodochia ordinare, gubernare, vivere ſtudeant*. En tibi Bonifacius, (ut de aliis Viris, Virginibuſque religioſis taceam, *quos ex provincia, patriaque ſua venire fecit*, ut inquit Othlonus,) (*b*) ex Anglia in exteras nationes transfert Benedictinae vitae rationem, quam ab Auguſtini diſcipulis in patria didicerat.

Fuldenſe Monaſterium conſtruxit ſub eadem Regula,

quam ab Auguſtini Diſcipulis in Patria didicerat.

X.

Pro Benedictina Gregorii Magni profeſſione ſtant S. Bonifacius Papa IV.

Sed jam tempus eſt, ut alia veterum Scriptorum monumenta pro Gregorii Benedictina profeſſione expendamus. Bonifacius Papa IV. cauſſae noſtrae non obſcure ſuffragatur. Is in Concilio Romano, quod Anno ſexto poſt obitum S. Gregorii habuit, vitae & quieti Monachorum conſulturus, inquit Beda, (*c*) nonnullos arguit obloquentes, *Monachos, quia Mundo mortui ſunt, & Deo vivunt, Sacerdotali officio indignos, neque Chriſtianitatem, ſeu abſolutionem largiri poſſe per Sacerdotalis Officii injunctam gratiam. Sed omnino falluntur*, inquit Pontifex: *Nam ſi ex hac cauſſa veteres aemuli vera praedicarent, Apoſtolicae Sedis compar B. Gregorius Monachico habitu pollens ad ſummum apicem nullatenus conſcenderet, cui ſolvendi, ligandique poteſtas conceſſa eſt. Auguſtinus quoque ejuſdem Sanctiſſimi* GREGORII *diſcipulus Anglorum praedicator egregius, & Pannonienſis Martinus* (Dumienſis ſcilicet Epiſcopus, qui paullo ante obierat) *aliique plurimi viri ſanctiſſimi pretioſorum Monachorum habitu fulgentes, nequaquam anulo ſubarrarentur. Neque enim* BENEDICTUS *Monachorum praeceptor hujus rei aliquo modo fuit interdictor*. Sane ſi licuit Gregorio, & Auguſtino Monachis ad Pontificatus apicem conſcendere, quia Benedictus Monachorum praeceptor id ſuis

non

(a) *Can.* 7. (b) *In Vita S. Bonif. Lib.* 1. *Cap.* 25. (c) *In Hiſt. Lib.* 2. *Cap.* 4.

non interdixit; Conſequens videtur, utrumque ejus Regulae paruiſſe, ex cujus praeſcripto, quid ipſis licitum fuerit, expenditur. Certe, Bonifacius Gregorium, & Auguſtinum ad S. Aequitii leges provocaſſet, ſi Benedictinae Regulae ſubditi aliquando iſti non fuiſſent; nemo e-nim ad peregrini, ſed ad proprii juris praeſcriptum abſolvitur, damnaturque. Bonifacio ſuccedat Ambroſius Autpertus in Italia Monachus & Abbas Monaſterii S. Vincentii ad Vulturnum Ordinis S. Benedicti, qui abſolute Gregorium *Noſtrum*, id eſt Benedictinae familiae ſodalem, vocat his verbis: (a) *Si forte me voluerit in his reprehendere, reprehendat etiam* (*ut de multis paucos commemorem*) *Hieronymum, Auguſtinum, Ambroſium, atque* NOSTRUM GREGORIUM. Quae ſane verba non uſurpaſſet Autpertus, niſi majorum certa traditione reſciſſet, Gregorium ſodalitii ſui, id eſt Benedictini participem fuiſſe; Autpertus enim vir non minus ſanctus, quam doctus fuit, verique per quam amantiſſimus, uti ejus ſcripta teſtantur, nec tam remotus a Gregorii aevo, quin id certa majorum relatione diſcere potuerit: ſiquidem ad ſuperos migravit Anno 778. His teſtibus adjungo Amalarium hominem eruditum, & non Monachum, ſed Clericum, ideoque majoris auctoritatis, qui Gregorium Papam *excellentiſſimum S. Benedicti regularem*, ſeu *Regulae obſervatorem*, & *imitatorem*, & in conſequentibus ejus S. Ordinis ſectatorem appellat. (b) Subſequitur deinde Joannes Diaconus, qui in Vita Gregorii Magni, quam, hortante, ac probante Joanne VIII., in uſum Eccleſiae Romanae conſcripſit Anno 875., Benedictinam Gregorii profeſſionem duobus argumentis adſtruit. Primum Argumentum ſumit a forma baltei; quod in detectione Corporis S. Gregorii, Gregorio IV. Pontifice facta, conſpectum a Romanis eſt ante annos fere 40., quam Joannes vitam Gregorii ſcriberet. *Porro in exilitate baltei*, inquit (c) *quae unius pollicis menſuram numquam excedit, ſpeciem propoſiti regularis olim a S. Benedicto ſtatuti, cujus ipſe vitam deſcribens in Dialogo, Regulam quoque laudaverat, eum ſervaſſe, luce clarius manifeſtatur*. Alterum Joannis argumentum validius procedit ex eo, quod Gregorius *ſui Monaſterii Monachos*, BENEDICTI *utique Regulis mancipatos in Saxoniam* Britannicam *deſtinarit*. Id vero itidem pro-

S. Ambroſius Autpertus.

Amalarius.

Joannes Diaconus.

Z bat-

(a) *In fine Lib. 10. ſuper Apocal.* (b) *Apud Mabillon. in Analect.* (c) *Lib. 4. Cap. 80.*

Digitized by Google

bat (*a*) hoc argumento, quod *ex ipſius* Gregorii *diſcipulis vix poteſt in illis partibus Monachus aliquis inveniri, a quo non obſervetur tam in propoſito, quam in habitu Regula Benedicti*. Sane quo in loco fuerit apud veteres Vita Gregorii ab Joanne Diacono conſcripta, aperte demonſtrat Guitmundus Averſanus Epiſcopus, dum ita inquit: (*b*) *Eam Vitam tot Sanctiſſimi, Romanique Pontifices, nullo diſſonante, hactenus probaverunt, eorumque auctoritatem ſequutae tot Eccleſiae, cuncto Populo Chriſtiano conſonante, nunc uſque ſuſceperunt*. Quotquot poſt Joannem Diaconum ſcripſerunt de Gregorii Monaſtica diſtinctione Auctores, illum Benedictino Ordini adſcripſerunt. Aimoinus, qui floruit initio Saeculi undecimi, Gregorium Benedictinae *Regulae ſubditum diſciplinis* fuiſſe, ſcribit: (*c*) iterumque probat in libro de Vita S. Abbonis Floriacenſis Abbatis. Idem adſerit S. Thomas Aquinas, (*d*) Gregorium ſcilicet *Monaſteria conſtruxiſſe ſecundum Regulam a B. Benedicto inſtitutam*; & apud S. Antoninum (*e*) Gregorius S. Benedicti *vitam hauſiſſe, ac Monachus & Abbas ſub dicta Regula militaſſe* perhibetur. Et quidem ea videtur fuiſſe mens Patrum Concilii Tridentini, qui S. Gregorium oratione honoraturi, id munus detulerunt Auguſtino Loſcoſio Abbati Ordinis, ut praefertur, Caſinenſis, non aliam ſane ob cauſſam, quam ut Gregorius a Monacho Inſtituti ſui laudaretur. Ipſe vero Abbas in oratione ſua coram Patribus Tridentinis adſeruit, Gregorium *Divi Benedicti habitum induiſſe*. Ejuſdem fuere ſententiae Thomas Bozius Oratorii Romani Presbyter, (*f*) & Anonymus ille, qui Aluſi Tornacenſis Monachi Gregorianas Exceptiones typis mandari curavit initio Saeculi XVI. Poſt Baronium, Franciſcus Suarezius Societatis Jeſu doctiſſimus Theologus Epiſtolam ad Antonium Yepeſium, Gregorius Lopezius in Libello de veritate Reliquiarum Granatenſium inſignem locum in Chronico Benedictino relatum, & Joannes Seldenus Anglus Apologiam ſcripſit contra Baronii opinionem. Rochus Pirrus etiam in Siciliae Sacrae Tom. 4. aliquot argumenta conjecit in eamdem. Ut vero illi Auctores Baronium impugnarent, non privata movit adfectio, ſed ſola veritatis cauſſa, qua & ſe ductum teſtatur eruditiſſimus

Aimoinus, S. Thomas Aquinas, S. Antoninus, Patre Concilii Tridentini, Bozius, Suarezius, Lopezius, Seldenus, Pirrus,

(a) *Cap.* 82. (b) *Lib.* 3. *de Sacram. Altaris*. (c) *In Prolog. de Mirac. S. Bened.* (d) *In Opuſc.* 17. *Cap.* 26. (e) *Part.* 2. *tit.* 15. *art. ult.* (f) *Lib.* 9. *de Signis Eccl. Cap.* 4.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

Barcoſius,

mus Barcoſius dum inquit: (*a*) S. Gregorius fuit Mona„chus S. Benedicti, quia totus Mundus, nemine prorſus „diſcrepante, ut talem eum habuit mille & amplius an„norum ſpatio, ſcilicet uſque ad Baronium, qui a tem„pore S. Gregorii primus auſus eſt id in contentionem „vocare; nemo enim ante ipſum inventus eſt, qui ſeu ex „Benedictino, ſeu alio quovis Ordine, ſive etiam ex au„ctoribus Catholicis id ſenſerit, quod Baronius. Haec „igitur eſt traditio antiqua & univerſalis, quae in quae„ſtionibus facti multum ſpectari debet.... Si fas ſit res „facti ab antiquis Scriptoribus relatas, & omnium gen„tium firmatas conſenſu ita pervertere propter difficulta„tes, quae occurrunt, non erit in praeſtantioribus Li„bris, & in ipſis Sacris Litteris Hiſtoria, cujus auctoritas „infirmari non poſſit, quum non pauca vel ex certiori„bus in iis continentur, quae in controverſiam deduci „poſſunt conjecturis & objectionibus validioribus & ſpe„cioſioribus, quam ſint illae, quae adverſus Benedictinam „S. Gregorii Magni profeſſionem adducuntur. „ Sed & SS. D. N. Sanct. Mem. Benedictus XIII. in oratione habita in Dedicatione Eccleſiae Caſinenſis, quae propria manu illius Summi Pontificis exarata in ejus Archivo adſervatur, S. Gregorium Magnum Benedictinae Regulae addictum teſtatur, dum ad Monachos converſus: *Vos, Vos ſoli, inquit, prae veſtra pietate non cognoſcitis tot felicitates, & tot benedictiones, quibus ſcitis gaudere; ideoque vobis congruere poteſt, quod olim dixit* VESTER S. GREGORIUS MAGNUS. Diluat interim Cennius haec Mabillonii argumenta, & ego Baroniana in medium proferam, ut eruditi viri perſpiciant, quam facili negotio Mabillonius illa invicta, ſicuti praedicantur, (*b*) argumenta diſſoluerit.

Benedictus III.

XI.

Baronius contendit S. Gregorium Magnum fuiſſe Inſtituti S. Aequitii, quia non ex Caſinatibus poſitis apud Lateranenſem Baſilicam, ſed ex Provinciae Valeriae

Illuſtriſſimus Cardinalis, ut contra receptiſſimam Veterum ſententiam Gregorium, non Benedictini, ſed Aequitiani fuiſſe Inſtituti contenderet, ad Annum 581. (*c*) ait, S. Gregorium non ea proxime poſitis Caſinatibus Monachis, quibus Langobardos fugientibus apud Lateranenſem Baſilicam datum fuerat Monaſterium, ſed ex provinciae Valeriae Monaſterio S. Aequitii, in quo vigebant Monaſtica inſtituta, petiiſſe Abbatem primum nomine Valentinum pro Monaſterio S. Andreae de Urbe ab ſe fundato, a quo

(a) *In Epiſt. ad Gouſſanvill.* (b) *Cap. 3. n. 18.* (c) *Num. 9. & in addendis poſt To. 9.*

DISSERT. II. CAP. III.

Monaſterio S. Aequitii petiit Abbatem primum Valentinum pro Monaſterio S. Andreae de Urbe a ſe fundato, a quo habitum accepit;

nullum enim aliud celebre in Provincia Valeria Monaſterium erat, quam S. Aequitii, ex quo petendus eſſet Abbas primus S. Andreae;

& S. Aequitius ante S. Benedictum in dicta Provincia multorum Monaſteriorum Abbas fuit.

Ex his Baronius infert, Monaſterium S. Aequitii non fuiſſe unum ex duodecim a S. Benedicto fundatis in vicina Provincia.

Haec ſunt Baronii argumenta.

Ab incertis, & dubiis certa, & probabilia ſecernuntur.

S. Andreae Coenobium conditum ante Caſinatum adventu in Urbem.

Valentius in Valeria Provincia Abbas a Langobardis vexatus Romam confugit, acceptuſque a Gregorio eſt tum in Andreano Monaſterio.

a quo Monaſticum habitum deinde accepit. Quod vero ex ipſo S. Aequitii Monaſterio arceſſitus ſit Andreani Coenobii Abbas primus, exinde probat, quia nullum aliud celebre eo tempore in provincia Valeria Monaſterium fuiſſe reperitur, quam S. Aequitii, ex quo primus petendus eſſet Abbas Monaſterii ab ipſo in Urbe erecti. Denique B. Aequitium ante S. Benedictum in dicta provincia Monaſterium conſtruxiſſe, & Monachis in eo poſitis praefuiſſe, immo non unius tantum Monaſterii, ſed multorum Abbatem fuiſſe. Ex quibus, aliiſque infert Baronius, Monaſterium S. Aequitii non fuiſſe unum ex illis duodecim, quae S. Benedictus in vicina provincia aedificavit. Haec eſt Baronianae inductionis tota moles; haec illius argumenta, & conjecturae; quae, an adeo certa ſint, ut negari, aut refutari non poſſint; an vero ita neceſſaria, ut, etiam ſi pleraque concedantur, id, quod Baronius contendit, efficiant, diſpiciendum eſt. Ut clarius res procedat, ab incertis & dubiis certa & probabilia ſecernere juvat. Incertum eſt primo, an eo tempore, quo Gregorius S. Andreae Monaſterium condebat, Caſinates Monachi in Lateranenſi Baſilica jam inſederint: immo certum videtur, prius Andreanum Coenobium erectum fuiſſe, quam Caſinates a Langobardis fugati in Urbem ſe ſe receperint. Valentius enim cujuſdam in Valeria provincia Monaſterii Abbas, a Langobardis vexatus Romam confugit, acceptuſque a Gregorio eſt in Andreanum Monaſterium: At vero prius Valeria Langobardis obvia fuit, quam ager Caſinenſis; ac proinde Valentius jam tum in S. Andreae Monaſterio hoſpitabatur, quum Caſinatibus a Pontifice conceſſa eſt ſedes Baſilicae Lateranenſis. Sane ſi clades Caſinenſis non accidit ante Annum 580., longe ante conditum fuerat S. Andreae Monaſterium; immo ante id temporis Gregorius eo ſe contulerat. Secundo incertum eſt, an Gregoriani Monaſterii primus Abbas fuerit Valentius, ſeu Valentio (nam utroque modo in veteribus membranis ſcribitur, non Valentinus) Et ſi enim Gregorius ipſum ſibi, ac Monaſterio ſuo praefuiſſe dicat, (a) nuſquam tamen eum Abbatem primum fuiſſe affirmat. Tertio incertum, immo (quod pace Illuſtriſſimi Viri dixerim) falſum eſt, Valentium ex primario S. Aequitii Monaſterio arceſſitum a Gregorio fuiſſe.

(a) *Lib. 4. Dialog. Cap. 21.*

ſe. Nam Gregorius ſcribit, (*a*) Coenobii Aequitiani Monachos omnes ad ipſius Aequitii tumulum ereptos fuiſſe de manibus Langobardorum: contra vero in Valentii Monaſterio duos Monachos a Langobardis necatos tradit, (*b*) Gregorii verba expendenda ſunt. *Vitae namque venerabilis*, inquit, *Valentius, qui poſt in hac Romana urbe mihi, ſicut noſti, meo quoque Monaſterio praefuit, prius in Valeria provincia, Monaſterium ſuum rexit.* Monaſterium *ſuum* inquit, hoc eſt a Valentino aedificatum, ſecundum phraſim Gregorii, qui Monaſterium *meum* vocat paſſim, quod ab ipſo conditum eſt. Quarto proinde loco dicendum eſt, Valentinum non ſolum non ex primario S. Aequitii Monaſterio, ſed ne ex aliquo quidem alio Aequitii Monaſterio eductum fuiſſe, ſed ex ſuo, quod in Valeria Valentius ipſe excitarat. Quinto denique incertum eſt, an Valeria provincia Gregorio diverſa fuerit ab Aequicolis, in quibus Sublacus & duodecim ſita erant Monaſteria, quae S. Benedictus inſtituit. Etenim Paullus Diaconus (*c*) nullam rationem habuit Aequicolorum, quos Valeriae adtribuiſſe videtur. Siquidem Carſeolos ſeu Carſilium, oppidum Aequicolorum, ex Ptolomaeo, Valeriae adſcribit. (*d*) Et certe Aequicolorum tractus Valeriam contigit, ut facile cum ea confundi poſſit. His praemiſſis, tota Baronii machina eo ſpectat, ut probet Valentium non ex Lateranenſi Caſinatium Monaſterio proximo, (quod nondum erat ex dictis) ſed ex ipſo Aequitii Monaſterio evocatum fuiſſe ad regendum S. Andreae Monaſterium. Quod poſtremum ſi negem, ut certe conſtanter nego, neſcio quorſum evaſurus ſit totus ille argumentorum apparatus. Nam ſi Valentius ex ipſo S. Aequitii Monaſterio eductus non eſt, ut conſtat ex dictis, jam corruit tota Baronii machina. In id enim incumbit Baronius, ut probet, Valentium ideo ex Aequitii primario Monaſterio adſumtum fuiſſe, *quia*, inquit, *nullum aliud celebre eo tempore in Provincia Valeria Monaſterium fuiſſe reperitur, niſi S. Aequitii, ex quo petendus eſſet Abbas Monaſterii* Andreani. Quum ergo conſtet, Valentium ex alio, quam ex primario Aequitii Monaſterio petitum fuiſſe, non eſt, quod ultra curemus de Baronii argumentis. Sed detur aliquid Baronio. Fac eum voluiſſe, Valentium aut ex primario, aut

(a) *Lib.* 1. *Dialog. Cap.* 4. (b) *Lib.* 4. *Cap.* 21. (c) *Lib.* 2. *de geſtis Langobard.* (d) *Cap.* 21.

DISSERT. II. CAP. III.

ſterio hoſpitiabatur, quum Caſinatibus conceſſa eſt Baſilica Lateranenſis. Incertum eſt, an Gregoriani Monaſterii primus Abbas fuerit Valentius. Falſum eſt, Valentium ex primario S. Aequitii Monaſterio arceſſitum a Gregorio fuiſſe.

Valentius eductus fuit ex ſuo Monaſterio, quod ſcilicet ipſe excitarat.

Aequicolos, in quibus eſt Sublacus, & duodecim Monaſteria a S. Benedicto inſtituta, Paullus Diaconus Valeriae adtribuit.

Baronii machina, quo ſpectet,

diſſolvitur.

Etſi Baronio aliquid detur;

DISSERT. II. CAP. III.

nil obeſt.

aut ex aliquo alio S. Aequitii Monaſterio Valeriae acceptum fuiſſe. Nec ſic tamen quidquam obtinebit adverſum nos illuſtriſſimus Annaliſta. Non enim ex aliquo Aequitiano, ſed ex ſuo ipſius Monaſterio, id eſt ab ſe, non ab Aequitio, condito, eductus eſt Valentius, ut ſuperius probatum eſt. Atqui, inquis, omnia Valeriae Monaſteria, etiam ipſum, quod condidit Valentius, Aequitiani erant inſtituti. At unde hoc habes, o bone? Aequitius quidem in illa provincia *Multorum Monaſteriorum Pater* extitit, teſte Gregorio: Sed non omnino maxime ejus, quod, ipſo mortuo, condidit Valentius. Certe contra Gregorii ſenſum eſſe videtur, quod Aequitius dicatur omnino in Valeria Monaſteriorum Pater: Nec officit ejus ſententiae, ſi quaedam alia Benedictini etiam inſtituti ea in provincia fuiſſe dicantur: Maxime ſi Aequicoli, apud quos Benedictus duodecim erexerat in Sublaco Monaſteria, Valeriae adtribuantur, ut certe eos adtribuiſſe videtur Paullus Diaconus. Deinde etſi ab Aequicolis Valeria diſtinguatur; quo argumento conſtat, duodecim illa S. Benedicti Coenobia intra Eremi Sublacenſi anguſtos ſinus ita contenta fuiſſe, ut ne unum quidem in Valeria, quae provincia Sublaco finitima eſt, ac contigua, ſitum fuerit? An vel Benedicti diſcipuli poſt diſceſſum pii Patris, uni, aut alteri Coenobio in Valeria condendo impares fuere? Verum age, nullum Benedictus, nullum ipſius diſcipuli Monaſterium in Valeria condiderint: Fuerint a prima conditione inſtituti Aequitiani omnia: Fuerit etiam hoc ipſum, quod in ea provincia regebat Valentius ab Aequitio conſtructum: Quid dicere vetat, aut ea omnia, aut ſaltem aliqua, Aequitio mortuo, in S. Benedicti Leges conceſſiſſe? Aequitius enim, Benedicto, (ut contendit Baronius) aetate ſuperior ante Annum 540. exceſſerat e vivis. Ab eo tempore, uſque dum Gregorius condendo S. Andreae Monaſterio admoveret manus, Anni amplius triginta elapſi erant. Denique nullam Aequitius Regulam ſcriptam reliquerat; viventis vox pro lege erat: Eo mortuo defecit lex, non Monaſteria, quae pro nutu Abbatis ſucceſſoris facile Regulam S. Benedicti amplecti potuerunt. Et re quidem ipſa id factum eſſe intelligitur ex quadam Fundani Abbatis Epiſtola ad Simplicium Caſini tertium Abbatem, in qua B. Abbas Fundanus ſcribit, jam tum apud omnes ſtatutum eſſe, *ut omnia Monaſteria Campaniae, Samniae*, VALE-

Nec ſi dicat, Monaſterium a Valentio conditum fuiſſe Aequitiani inſtituti, quidquam obtinet.

etiam ſi ab Aequicolis Valeria diſtinguatur,

quum omnia Monaſteria Valeriae in S. Benedicti leges cōceſſerint,

ut conſtat ex Epiſtola B. Abbatis Fundani ad Simplicium Caſini tertium Abbatem.

RIAE,

riae, *Tuſciae, Liguriae, & aliarum provinciarum Italiae, certam & rectam Regulam vivendi, quam Sanctiſſimus & Deo acceptus* Benedictus *inſtituit, ſervarent*: Seque ejus rei gratia *Hugonem & Paullum fratres ſuos juxta praedictam Sanctam Regulam in Caſinenſi Congregatione inſtruendos* ad Simplicium mittere, ut fuſius legitur in Epiſtolae contextu apud Angelum de Nuce in Notis ad Chronicon Caſinenſe, & in Praefatione primi Saeculi Benedictini. Ergo Simplicio Caſini Abbate, circiter Annum 560. ante adventum Langobardorum, ac proinde ante cladem Caſinenſem, & acceſſum Valentii Abbatis in Andreanum Monaſterium; ante illud, inquam, tempus Valeriae, & aliarum provinciarum Italiae Monaſteria Ordini S. Benedicti acceſſerant: ac proinde aut omnia, aut aliqua ſaltem ex iis, quae S. Aequitius in Valeria conſtruxerat. Huc accedit, quod ſi duo inter ſe conferantur Gregorii loci, luce meridiana clarius patebit, Valentium non fuiſſe Aequitiani inſtituti. Nam Gregorius Aequitium poſt mortem diſcipulos ſuos contra Langobardos tutatum eſſe, atque a morte liberaſſe adſerit. (a) At Langobardos e Monaſterio Valentii Abbatis duos Monachos in ramis arboris ſuſpendiſſe, qui eodem die defuncti ſunt, alibi refert. (b) Ne quis autem cum Gallonio Baronii propugnatore opponat, ſuſpectam videri Epiſtolam praedictam ob Bernardi & Hugonis nomina eo tempore apud Italos inuſitata: Repono, incertum eſſe, an Abbas Fundanus vocatus ſit Bernardus, an Bartholomeus, aut alio nomine ab eadem littera B. incipiente, quum decurtatum dumtaxat ejus nomen in ea Epiſtola reperiatur. Et occurrit Saeculo ſeptimo Bernardus inter Epiſcopos Cremonenſes apud Ughellum. (c) Porro Hugonis nomen, tametſi aevo illo nondum ita frequens, haud ſufficit ad elevandam Epiſtolae auctoritatem. Non enim facile eſt adeo praeciſe definire propriorum nominum origines. Caeterum hanc Epiſtolam viderat Lucas Holſtenius, qui nomen ſuum eidem in codice Caſinenſi ſubſcripſit. Hanc Epiſtolam confirmant verſus quidam, qui in veterrimis Regulae noſtrae codicibus praemittuntur, quibus Simplicius Abbas Magiſtri ſui Regulam in omnia Italiae Monaſteria propagaſſe memoratur. Horum verſuum editionem primam debemus minime ſuſpecto auctori, ſcilicet Antonio Gallonio

At ex ipſo S. Gregorio patet, Valentium non fuiſſe Aequitiani Inſtituti,

Nec ſuſpecta eſt Epiſtola Abbatis Fundani

quum eam Holſtenius probaverit, & confirment verſus veterrimis Codicibus Regulae Benedictinae praemiſſi, qui Simplicium eam in omnia Italiae

(a) *Lib.* 1. *Dialog. Cap.* 4. (b) *Lib.* 4. *Cap.* 21. (c) *In Ital. Sac.* T. 4.

Digitized by Google

Monaſteria propagaſſe commemorant, quoſque Gallonius è Vaticano Codice MS. produxit in lucem.

nio Baronianae ſententiae defenſori, qui eos e Vaticano codice MS. produxit in lucem. Verſus duos huc referre ſufficiat: *Hoc Benedictus Pater conſtituit ſacrum volumen, ſuiſque mandavit haec ſervanda alumnis*. SIMPLICIUS *Chriſti miniſter Magiſtri latens opus propagavit in omnes*. Tria heic inveſtiganda, nempe quanta hujus inſcriptionis antiquitas: Quis Simplicius in ea memoratus: Quiſve horum verſuum legitimus ſenſus.

XII.

Inſcriptionis antiquitatem probant veteres Codices MSS. Sigebertus, Petrus Diaconus, Candidus Monachus.

Inſcriptionis antiquitatem probant in primis veteres codices MS. in quibus ea reperitur: Tum priſci Auctores, qui eam legerunt, nempe Sigebertus Gemblacenſis Monachus, (*a*) & Petrus Caſinenſis Diaconus, (*b*) uterque ante Annos quingentos. Eamdem quoque ante octingentos legiſſe videtur Candidus Monachus, qui de S. Benedicti Regula agens in Libello de Vita S. Eigilis Fuldenſis Abbatis, *Regulam Monachorum*, inquit, *Spiritu Sancto plenus magna diſcretione conſcripſit, ſuiſque ſecum obſervandam mandavit Alumnis*, quae poſtrema verba praemiſſae Inſcriptioni reſpondent. Haec itaque tunc temporis, id eſt principatu Caroli Magni legebatur in ſcriptis Regulae noſtrae exemplaribus apud Fuldenſes Monachos, qui hunc titulum, e Caſinenſi Monaſterio per Sturmium Abbatem, iſtuc a S. Bonifacio miſſum, forſan acceperant. Jam quis fuerit Simplicius, expendendum eſt. Duo fuere ejus nominis S. Benedicti diſcipuli: unus Abbas a Gregorio laudatus: (*c*) alter S. Mauri in Gallicana peregrinatione, ac demum Fauſti in reditu Romam ſocius. De Simplicio Abbate ſic loquitur Gregorius, teſtes producens quatuor, quorum relatu S. Benedicti geſta reſciverat: *Hujus*, inquit, *ego omnia geſta non didici, ſed pauca, quae narro, quatuor diſcipulis illius referentibus adgnovi. Conſtantino ſcilicet reverentiſſimo valde viro, qui ei in Monaſterii regimine ſucceſſit: Valentiniano quoque, qui annis multis Lateranenſi Monaſterio praefuit:* SIMPLICIO, *qui Congregationem illius poſt eum tertius rexit: Honorato etiam, qui nunc adhuc cellae ejus, in qua prius converſatus fuerat, praeeſt*. Simplicium, qui tertio loco nominatur, non S. Benedicti in Caſinenſi regimine, ſed Valentiniani in Lateranenſi ſucceſſorem tertium ſtatuit Baronius, ratus pro nomina relativa, *illius* & *eum*, ad Valentinianum referri. Sed (pace inluſtriſſimi Viri)

Sub uno Simplicii nomine duo ſecernendi. Unus Abbas; Alter S. Mauri, ac demum Fauſti ſocius. S. Gregorius loquitur de primo, quem non Caſini, ſed Laterani Abbatem ſtatuit Baronius; ſed manifeſto

(a) *Lib. 1. de Script. Eccl. Cap. 31.* (b) *Lib. de Vir. inluſtr. Caſinen. Cap. 5.* (c) *Init. Lib. 2. Dialog.*

ri) manifeſto errore. Primo, quod eodem modo intelligendus ſit Gregorii locus de Simplicio, ac de Honorato, *qui nunc adhuc cellae ejus*, inquit Gregorius, *in qua prius converſatus fuerat, praeeſt*. Atqui per *cellam ejus* ſine dubio Gregorius intelligit cellam S. Benedicti, nempe Sublacenſem, in qua vir Sanctus primum converſatus fuerat. Deinde quod Zacharias Pontifex in verſione Graeca, Gregorii loca tam de Conſtantino, & Honorato, quam de Simplicio reddens, haec pronomina, *illius*, *ejus* & *ei*, utrobique vertit αὐτῷ; quo S. Benedictum indicat aeque in Simplicio, ac in Conſtantino, & Honorato. Praeterea quod poſt Valentinianum in Lateranenſi Monaſterio Abbas tertius fuerit non Simplicius, ſed Theodorus, ut patet ex Prologo Fauſti Monachi in Vitam S. Mauri, quam ſcribere adgreſſus eſt, compellente *religioſiſſimo, ac cum honore nominando* THEODORO, *qui* TERTIUS, *poſt ſanctae memoriae Valentinianum, prolixiore tempore Lateranenſis Monaſterii Congregationem rexit*. Ad haec, quod Paullus Warnefridi Diaconus ac Monachus Caſinenſis, S. Benedicti in Caſinenſi regimine ſucceſſores enumerans, Simplicium hunc, de quo agit Gregorius, tertio loco ſtatuit his verbis: (*a*) *Ceterum poſt B. Benedictum Conſtantinus, poſt hunc* SIMPLICIUS, *poſt quem Vitalis, ad extremum Bonitus Congregationem iſtam rexit; ſub quo haec deſtructio facta eſt*. Paullo ſuffragantur non ſolum veteres indices Caſinenſium Abbatum, ſed etiam Leo Marſicanus Cardinalis Oſtienſis, (*b*) & Aimoinus Fleriacenſis Monachus; (*c*) ex quibus perſpicuum eſt, Simplicium a Gregorio laudatum non Lateranenſis, ſed Caſinenſis Monaſterii tertium poſt S. Benedictum Abbatem fuiſſe. Quum ergo Simplicius iſte ſub Annum 560. Caſinenſi Monaſterio praefuerit; ſi praedictos verſus huic Simplicio tribuas, uti tribuendos eſſe poſtea demonſtrabo, Regulae S. Benedicti propagatio in omnia Italiae Monaſteria circiter Annum 560. facta, neceſſaria conſecutione dicenda eſt. Iiſdem argumentis evertitur Gallonii ſententia, qui ſuperiores verſus, Regulae S. Benedicti praefixos, Simplicio B. Mauri in Gallicano itinere ſocio, ac poſt ipſius in Italiam reditum Abbati (ut putat) Lateranenſi accomodare nititur, ſed irrito prorſus conatu; quippe quum nullus eo nomine Abbas Lateranenſi Congre- ga-

DISSERT. II. CAP. III. errore. Prima ratio.

Secunda ratio,

His accedit auctoritas Fauſti,

Paulli Diaconi,

Leonis Oſtienſis, & Aimoini. Ex quibus patet Simplicium a Gregorio laudatum non Lateranenſis, ſed Caſinenſis Monaſterii tertium poſt S. Benedictum Abbatem fuiſſe, cui ſi tribuas praedictos verſus, Benedictinae Regulae propagatio in omnia Italiae Monaſteria circa annum 560. facta eſt.

(a) *In Lib. de Geſt. Langobard. Cap.* 18. (b) *In Chron. Caſinen. Lib.* 1. *Cap.* 2. (c) *In Hiſt. Lib.* 3. *Cap.* 80.

DISSERT. II. CAP. III.

Gallonius dictos verſus Simplicio Sancti Mauri ſocio, ac dein Abbati, ut putat, Lateranenſi accomodare nititur;

ſed fruſtra, quum nullus eo nomine Abbas Lateranenſi Monaſterio praefuerit;

& eo magis, quod Gregorius de Simplicio agit veluti pridem mortuo.

Erat ergo alius a Simplicio S. Mauri ſocio, qui vivebat adhuc tempore Bonifacii IV. & qui Petro Diacono auctore diſtinguitur ab Abbate Caſinenſi tertio, qui S. Benedicti Regulam publice legendam omnibus Monachis tradidit.

Inſcriptionis duplex ſenſus. Primus. Alter.

Priorem repudiare neceſſe eſt, & cur.

gationi praefuerit, ut patet ex Catalogo, quem Antonius Yepeſius in Chronico Benedictino refert. (*a*) Et vero Gallonius hunc ſuum ipſius errorem facile emendaſſet, ſi attente legiſſet praemiſſum Gregorii locum ex initio Libri 2. Dialogorum. Ibi enim de Simplicio agit Gregorius, ut de homine pridem e vivis ſublato, *qui Congregationem illius*, inquit, *poſt eum tertius rexit*. Ex quibus verbis intelligimus, Simplicium hunc Anno 593., quo libros Dialogorum ſcribebat Gregorius, jam olim vivere deſiiſſe. Erat ergo alius a Simplicio B. Mauri ſocio, quem eo Anno ſuperſtitem, immo uſque ad Bonifacii Papae IV. Pontificatum fuiſſe, patet ex Vita S. Mauri ab eodem Pontifice adprobata. Id porro evincit Petrus Diaconus Monachus Caſinenſis, qui in Libro de Viris illuſtribus Caſinenſibus duos diſtinguit Simplicios; unum Abbatem Caſinenſem tertium, de quo ita ſcribit. (*b*) SIMPLICIUM *ſanctiſſimi Benedicti diſcipulus, ac poſt eum in Caſino Abbas effectus, Regulam, quam ſuus Magiſter ediderat, publice legendam omnibus Monachis tradidit*. Heic nullus tergiverſationi locus: En Simplicius Abbas non Lateranenſis, ſed Caſinenſis S. Benedicti Regulam omnibus Monachis tradidiſſe memoratur. Ergo id factum circiter Annum 560., quo fere Anno Simplicius Abbas Caſinenſi praeeſſe coepit, annis minimum viginti ſex prius, quam Simplicius B. Mauri ſocius in Italiam remearet. Supereſt, ut exponamus praedictae Inſcriptionis ea verba, quibus *Simplicius Magiſtri latens opus propagaſſe in omnes* perhibetur. Duplex in his ſenſus excogitari poteſt. Primus eſt, Regulam S. Benedicti, quae ad id tempus in Caſinenſi Monaſterio latuerat, a Simplicio etiam aliis Monachis propoſitam fuiſſe. Alter ſenſus eſt, eamdem Regulam, quae Monaſteriis non ita multis uſque ad id tempus nota, & in publicum prolata fuerat, per Simplicium in omnia Italiae ſaltem Monaſteria fuiſſe tranſfuſam. Priorem ſenſum repudiare neceſſe eſt, tum quia haec Sancta Regula per Beatum Maurum in Galliam, & per S. Placidum in Siciliam antea penetraverat; tum quia in duodecim Sublacenſis Eremi Coenobiis a S. Patre conſtructis, & in Terracinenſi obſervabatur. De poſteriori explorata res eſt ex Gregorii teſtimonio in Dialogis, (*c*) ubi Terracinenſis Coenobii Monachi duo, Specioſus, & Gre-

(a) *Ad Ann.* 529. *Cap.* 4. (b) *In Cap.* 5. (c) *Lib.* 4. *Cap.* 8.

Digitized by Google

Gregorius laudantur, qui *S. Benedicti ſe Regulae in ſancta converſatione tradiderant*. Itaque praeferendus eſt poſterior ſenſus, eoque modo ſuperior Inſcriptio interpretanda, ut Simplicius Caſinenſis Abbas tertius Regulam, quam S. Benedictus *ſuis alumnis*, hoc eſt Monachis, ac Monaſteriis ab ſe erectis, *ſervandam mandaverat*, in Benedictinis Coenobiis *latentem propagaverit in omnes*, ideſt in omnia ſaltem Italiae Monaſteria; ac proinde conſequens eſt, etiam in Aequitanis Coenobiis longe ante Gregorii Monaſticam profeſſionem, eamdem Regulam fuiſſe receptam. Et hunc poſteriorem ſenſum ſua auctoritate adprobat Pagius, (*a*) & confirmat vetus annorum ſeptingentorum codex in Bibliotheca conſultiſſimi Viri Filiberti *de la Mare* Conſiliarii Divionenſis, in quo praefixa eſt ſuperior Inſcriptio S. Benedicti Regulae, in qua *Magiſtri late opus propagaſſe in omnes* Simplicius dicitur. Hinc eſt, quod eam Gregorius abſolute vocat *Regulam Monachorum* in Libro ſecundo Dialogorum, & Benedictus a Bonifacio IV. in Romano Concilio dicitur *Monachorum Praeceptor*: quod utrumque argumento eſt, iſtam Regulam, ejuſque auctorem eo tempore apud omnes, aut certe apud pleroſque multum auctoritatis obtinuiſſe.

Cur ergo tamdem, inquis, Gregorius è Caſinenſi Monaſterio Abbatem ſibi non arceſſivit? Nempe forſan, quod Gregorio notior ac probatior fuit Valentius Abbas, quam quivis alius. Deinde quod is a Langobardis fugatus Romam, Gregorii caritatem ſolicitaret. Valentius quippe praeſidebat illi Valeriae Monaſterio, in quo Monachos duos a Langobardis caeſos jam dixi: quapropter neceſſitate compulſus fugit Romam, a Gregorio acceptus cum ſuis in Monaſterium, quod forſan eorum, & aliorum ejuſmodi miſerorum cauſſa Gregorius in aedibus ſuis conſtruxit. Uno verbo, Gregorius ideo Valentium Abbatem ceteris praetulit, quod eum regendo Monaſterio judicavit aptiorem. Sic enim ob eamdem cauſſam Probum ex Laico repente Monachum, ſimulque Abbatem ordinari juſſit, ut patet ex facultate teſtandi Probo a S. Gregorio conceſſa, (*b*) non quod Monachos Coenobii ſui adſpernaretur, ſed quod Probum ob egregias dotes digniorem exiſtimaret. Ceterum ſi quid valerent ejuſmodi ratiunculae, pe-

DISSERT. II. CAP. III.

Poſterior eſt praeferendus; & ſic Simplicius Caſini Abbas tertius Regulam, quam S. Benedictus ſuis alumnis ſervandam mandaverat, in Benedictinis Coenobiis latentem propagavit in omnia ſaltem Italiae Monaſteria, atque adeo in Aequitiana ante Gregorii Monachatum, ut explicat etiam Pagius.

Quare S. Gregorius S. Benedicti Regulam *Monachorum Regulam*, & S. Benedictum Bonifacius IV. *Monachorum Praeceptorem* vocant.

XIII.

Cur S. Gregorius non è Caſino Abbatem ſibi arceſſivit?

(a) *Ad Annum* 581. n. 10. (b) *In Adpendice* n. 9.

DISSERT. II. CAP. III.

Cur biennium exigat ad Novitiorum probationem?

terem ego, cur Gregorius, ſi Aequitianum Inſtitutum Monaſterio ſuo praeſcribere volebat, non ex primario Aequitii Coenobio, ſed ex alio minus celebri Valentium adſciverit? Ulterius dices, eccur Gregorius ſcribens ad Fortunatum Neapolitanum Epiſcopum, biennium exigit ad Novitiorum probationem his verbis: (a) *Monaſteriis omnibus Fraternitas veſtra diſtrictius interdicat, ut eos, quos ad convertendum ſuſceperint, priuſquam biennium in converſatione compleant, nullo modo audeant tonſurare: ſed hoc ſpatio vita, moreſque eorum ſolicite comprobentur, ne quis eorum aut non ſit contentus, quod voluit, aut ratum non habeat, quod elegit*, quum S. Benedictus non biennium, ſed unum dumtaxat annum ad Novitios probandos praeſcribat? (b) Haec objectio nullius prorſus videbitur momenti, ſi cauſſa expendatur, cur Gregorius adſignaverit biennium probandis Novitiis in Dioeceſis Neapolitanae Monaſteriis. Siquidem ipſe inquit: *Pervènit ad nos, Mauritium quemdam, qui nuper in Monaſterio Barbaciani converſus eſt, ablatis ſecum aliis Monachis, fuga de eodem Monaſterio diſceſſiſſe. Qua in re praedictum nobis Barbacianum haec praecipitatio vehementer accuſat, qui temere Saecularem hominem, & non ante probatum tonſuravit*. Et quidem laudatum Gregorii decretum fuiſſe pro ſola provincia Neapolitana liquet ex Cap. Gonſaldus (c) ubi Alexander II. ſic ait: *Quapropter quia & B. Benedicti Regula, & praecipue Patris & praedeceſſoris noſtri S. Gregorii Papae canonica inſtitutio interdicit, Monachum ante unius Anni probationem effici, judicamus, & auctoritate Apoſtolica praecipimus* &c. Ita Pontifex, qui dubio procul S. Gregorii h c ſuper re decretum legerat, tametſi in Regiſtro deſideretur. Et quidem in S. Andreae Monaſterio, ubi Gregorius Monachum induerat, hoc biennalis probationis ſpatium non ſervabatur, ut conſtat exemplo Probi, qui ex Saeculari repente Monachus atque Abbas factus eſt, ut modo vidiſti. Denique unius Anni probatio non ita eſt propria Regulae S. Benedicti, ut eo ſpatio vel contracto, vel ampliato, judicari poſſit, an ea in aliquo Monaſterio ſervata ſit. Nam ſi haec ratiocinandi forma probaretur, concludendum eſſet, Regulam S. Benedicti non viguiſſe apud Cluniacenſes tempore Petri Venerabilis, quo tempore ante ſolidi Anni probatio-

(a) *Lib.* 10. *Epiſt.* 24. (b) *Reg. Cap.* 58. (c) *Cap.* 17. *q.* 2.

bationem Novitii paſſim recipiebantur; quam conſuetudinem adverſus Ciſtercienſium querelas propugnat idem Petrus Venerabilis. (*a*) Ad haec Grimlaicus in Regula Solitariorum ſeu Recluſorum, cujus tota fere diſciplina ex Regula S. Benedicti conſtans, nonniſi pro Monachis ejuſdem Regulae cultoribus, & ad recluſionem contendentibus edita eſt, biennium exigit ad probationem Recluſorum. Et porro hoc ipſo tempore Fratres laici, quos Commiſſos appellamus, plerumque biennio, quandoque etiam triennio, vel ultra, ſi res exigat, probantur apud nos ante ſtabilitatem. Ex quibus intelligas, biennalem probationem nequaquam Benedictinae Regulae obſervationi officere. Tandem ſi mihi Cennius obiciat, S. Gregorium prohibuiſſe, ſuſcipi in Monaſteriis adoleſcentes ante decimum octavum aetatis annum, ut patet ex Epiſtola ad Anthemium Subdiaconum, (*b*) quod manifeſte adverſatur Regulae S. Benedicti, (*c*) quae permittit etiam infantes in Monaſteriis a parentibus oblatos recipi; dicam, hoc Gregorii Magni decretum non pro omnibus Monaſteriis, ſed pro iis tantum, quae quibuſdam in Inſulis Tyrrheni maris erant condita, fuiſſe editum; idque ſatis innuit S. Pontifex, dum ita ſcribit: *Quia autem dura eſt in Inſulis Congregatio Monachorum, etiam pueros in eiſdem Monaſteriis* (Inſulae Eumorphianae) *ante decem & octo Annorum tempora ſuſcipi prohibemus . . . . Hoc & in Palmaria, aliiſque Inſulis te per omnia volumus cuſtodire*. Cauſſam igitur habes, cur adoleſcentes nondum maturae aetatis vetet Gregorius ſuſcipi, & Monachos his in Inſulis fieri. Nempe durum erat & aſperum vivendi genus in illis locis, ſive propter inſalubrem aërem, ſive propter ſoli ſterilitatem, nec ad id tolerandum vires in tenera aetate ſuppetebant. Illa igitur lex de illarum Inſularum Monaſteriis tantum intelligitur, non de aliis, ut legenti ſtatim patet; addit enim ibidem S. Gregorius: *Vel ſi qui nunc ſunt, tua eos experientia auferat, & in Romanam Urbem tranſmittat*. Hinc Regulae S. Benedicti puerorum infra hos Annos admiſſionem permittenti fruſtra opponitur haec prohibitio. Haec quidem omnia ſuffeciſſe confutandis Baronii, ejuſque ſequacium objectis exiſtimarunt omnes aequi amantes, uno excepto Cennio, cujus gratia Mabillonianа argumenta una cum confutatione contrario-

Cur prohibeat ſuſcipi adoleſcentes ante aetatis 18. annum?

(*a*) *Lib.* 1. *Epiſt.* 28. (*b*) *Lib.* 1. *Epiſt.* 50. (*c*) *Cap.* 59.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

riorum locorum ſum coactus in medium proferre, ut & ipſe poſſit ea commodius expendere, & Lector rerum aequus aeſtimator dijudicet, utrum Baronius, ejuſque defenſores *invictis*, ſicuti praedicatur, (a) *comprobarint argumentis, Gregorium minime fuiſſe Benedictinum*. Omitto prudens

Minutiora omittuntur.

leviuſcula quaedam, quae nonnunquam obiciuntur a nonnullis, quod Gregorius neque Benedictum ſuum ipſius Patrem, neque ejus Regulam diſerte ſuam dicat uſquam: Si enim ejuſmodi argutiis ſtaretur, Gregorius nullam Regulam, nullam Monachorum Inſtitutum profeſſus cenſendus eſſet; ſiquidem nullam Regulam, nullumve aut Aequitii, aut cujuſvis alius Inſtitutum ſuum vocat: nimirum quod ea partium ſtudia procul aberant a moribus illius aetatis; & quod Gregorius jam Pontifex Summus & Patrum Pater erat, quum Regulae noſtrae, ejuſque Auctoris in Dialogis ſuis meminit, quamquam ſatis ſuperque ſtudium, adfectumque ſuum in S. Benedictum, veluti in Patrem teſtatum reliquit, dum ipſum, ipſiuſque Regulam tam ſingulari elogio laudat, & adprobat. Immo etiam *Beatiſſimum Patrem* Benedictum vocat, (b) quo nihil ſignantius proferunt recentiores Benedictini ad exprimendam ſuam in S. Benedictum caritatem. Gregorius itaque Magnus fuit Benedictinus, ac Benedictini Inſtituti, propagator, ut optime etiam animadvertit Cardinalis Tuſcus, dum ait: (c) *Quam Gregorius I. fuiſſet Monachus, dedit licentiam, quod omnes Latini ad fidem venientes profiterentur Regulam B. Benedicti, & ampliata eſt apud Latinos.*

§. IV.

I.

Cennius ut ab Hiſpania S. Benedicti Regulã depellat.

IN Hiſpaniam revertor, ubi Cennium invenio, qui ab ea S. Benedicti Regulam depulſurus, poſtquam ad Canonem quadrageſimum nonum Concilii Toletani IV. habiti Anno 633. ſatis ſudaverit, hanc tandem interpretationem denuntiat: (d) *Qui non ultro Monaſticam amplectebantur diſciplinam, ſed parentum pietate devovebantur, ante quam pubertatem adtingerent, ii Monachorum in coetu apud Hiſpanos*

fit Inſtitutor Monaculorum,

(a) Cap. 3. n. 18. (b) *Lib.* 2. *Dialog.* Cap. 33. (c) Concl. 238. *Lib.* 9. (d) Cap. 3. n. 5.

nos habebantur, etiamſi minime ingrederentur in Monaſterium. Quam rem minus adſequuti eſſe videntur nonnulli, qui ſtudio inſigendi Benedictinam Regulam in Monaſteriis Hiſpaniae conſuetudinem devovendi filios nacti, ex eadem Regula id profectum contendunt. Addo igitur profeſſioni Monachatus & parentum devotionem cum Concilio Toletano IV.: (*a*) Mo-
„ nachum aut paterna devotio, aut propria profeſſio fa-
„ cit: Quidquid horum fuerit alligatum, tenebit. Proinde
„ his ad Mundum reverti intercludimus aditum, & omnem
„ ad Saeculum interdicimus regreſſum. *Quo inſuper ex Canone intelligimus, quod non ſolum a Saeculo perpetuum ſecernebantur, qui ſponte fiebant Monachi; ſed & qui a parentibus devovebantur, dummodo aut tonſura, aut Religioſa veſtis in conſpectu hominum hos aliquando pueros a laicis diſtinxiſſet, quod declaratur in alio poſteriori Concilio.*
„ (*b*) Quum hucuſque diſſolutae operationis effectus inter-
„ dum mutare fecit honeſtae conſtitutionis edictum, dum
„ incondite reſolvi putatur, quod indiſſolubili ſanctionis au-
„ ctoritate tenetur: ideo quidquid obvium ex incerto oc-
„ currit, evidenter abiici debet, ut de cetero nihil ſu-
„ perſit, quod in dubium mutetur. Ideoque ſi in qua-
„ libet minori aetate vel Religionis tonſuram, vel Religio-
„ ni debitam veſtem in utroque ſexu filiis aut unus, aut
„ ambo parentes dederint, certe aut nolentibus, vel ne-
„ ſcientibus ſe ſuſceptam, non mox viſam in filiis abdica-
„ verint, ſed vel coram ſe, vel coram Eccleſia, palamque
„ in conventu eoſdem filios talia habere permiſerint, ad
„ Saecularem reverti habitum ipſis filiis quandoque peni-
„ tus non licebit; ſed convicti, quod tonſuram, aut Re-
„ ligioſam veſtem aliquando habuerint, mox ad Religionis
„ cultum habitumque revocentur. „ *Quid vero his rei eſt cum Regula S. Benedicti?* (*c*) *Audiantur ejus verba:* Si quis forte de nobilibus, &c. quae inferius adferentur. *Attente nunc relegantur Hiſpanorum Praeſulum decreta; nil aliud horum ſimile ab iis involvi compertum erit, quam teneram hujuſmodi Monaculorum aetatem. Itaque Hiſpanis pueri erant Monachi, non qui offerebantur Deo in Monaſterio, ſed qui ab uno ex genitoribus devoti tonſuram, aut Religioſam veſtem extra Monaſterium geſtaverant, quod omnino aliud eſt a S. Benedicti decreto, ut per ſe patet; nec vocat inutilia* *con-*

DISSERT. II. CAP. III. qui domi manebant, poſthabitis omnibus aliis Interpretibus, & ſingulari adhibita explanatione Canoni 49. Concilii Toletani IV.

& Canoni 6. Toletani X.

(a) *Can.* 49. (b) *Tolet.* X. *Cap.* 6. (c) *Cap.* 59.

DISSERT. II. CAP. III.

Hos Monachulos nuſquam exſtitiſſe

congerere. Papae, inſignem brevitatem! Conſentaneam Conciliis Toletanis interpretationem! Vides ergo abs Cennio Monachulos in Hiſpaniis inſtitutos, qui Monaſterium minime incolerent. Sed hos in rerum natura numquam exſtitiſſe, unicuique compertum erit, qui alia Cenniana verba, qui Concilia, qui Summorum Pontificum decreta, qui Benedictinam Regulam, eorumque interpretes expenderit. Antequam rem adgrediar, pro certo habeas velim, Monachum eſſe, qui abrenuntians propriis voluntatibus, Domino militaturus, adſumit obedientiae arma ſub Regula, vel Abbate, ut in Dominici ſchola ſervitii, numquam a Monaſterio diſcedens in ejus doctrina uſque ad mortem perſeveret. Quid vero

Ipſiuſmet Cennii verba evincunt,

dicit Cennius? (a) *Primo*, inquit, *ſtatuendum mihi videtur apud animum noſtrum, quod Monachus, apud Hiſpanos praecipue, nomen fuit generale Religioſorum illorum, qui non erant Clerici, ſed ſeveriori navantes operam diſciplinae, aut iidem in Coenobio degerent, aut ex Cellulis convenientes in Baſilicam aliquam, cui ob id Monaſterii nomen erat, ibidem congregarentur; veterum Monachorum Antonii &c. praecepta audiebant, piaque eorum meditatione diſtinebantur.* Adprobat igitur Cennius allatam Monachi definitionem: heic enim habes propriae voluntati nuntium remiſſum, & ſpiritualem militiam, dum vides illos *ſeveriori navantes operam diſciplinae*; habes obedientiae arma ſub Regula vel Abbate; *audiebant enim veterum Monachorum Antonii &c. praecepta*; habes Dominici ſcholam ſervitii; ſcilicet *aut degebant in Coenobio, aut in cellulis, unde ſtatis temporibus in Baſilicam aliquam, cui ob id Monaſterii nomen erat, congregabantur*; habes tamdem in Monaſterio uſque ad mortem perſeverantiam; quia ſi Monachus erat, qui talem in Coenobio, aut cellulis vitam agebat, Monachus eſſe non poterat, qui taliter vivere deſinebat. Si ergo ita res ſeſe habet, Monachuli illi quo in Coenobio, quibus in cellulis morabantur? Quamnam, quaeſo, in Baſilicam conveniebant? Cujus Antonii praecepta meditabantur? quae omnia Monachi naturam conſtituere jam vel ipſe Cennius ſtabilivit. Rurſus ſi aquam tundit, teſte ipſo Romano Critico, qui inter Monachos & Monachos putat diſcrimen aliquod reperiri, erunt Monachi ab aliis Monachis diſtincti; quidam enim, ut ſunt Monachuli illi Cenniani, do-

mi

(a) *Cap.* 3. *n.* 2.

mi manebant, alii, quibus convenit Monachorum definitorum character, in Coenobio, vel cellulis commorabantur, a Saeculo perpetuum ſecreti. Inter hos igitur, & pueros a parentibus devotos diſcrimen intercedere quis neget, quum nil eis commune ſit cum Monachatu praeter habitum, qui Monachum non facit? Nonne ipſe Cennius Helladium traducit, quem Monachum efficit, nec in Monaſterium ingreſſum, nec Religioſo habitu ornatum, immo neque devotum? *At enim*, inquit, *poterat quis eſſe Monachus, etiamſi Coenobium minime incoleret, citra devotos a pueritia, ut legitur de nuper laudato Helladio, antequam fieret Coenobita, quia ſub Saeculari habitu Monachi votum pariter explebat, & opus*. Et tamen Mariana (*a*) eum dumtaxat Monachum vocat, quum *in Agalienſi Monaſterio Toleti Monachum induit*. At ſi haec veritati non adverſarentur, poſſem & ego dicere, Theodoſium juniorem fuiſſe Monachum, *qui*, ut teſtantur Socrates (*b*) & Nicephorus, (*c*) *princeps religioſiſſimus, cujus regia non diſſimilis erat a Monaſterio, primo diluculo hymnos alternis recitabat*: Poſſem & Hilarium in Monachorum numerum referre, *qui*, ut ejus Acta perhibent, *in matrimonio quaſi vitam Monachi egit*. Probabit id Cennius dicens: (*d*) *Unum, idque generale erat totius Monachatus Inſtitutum, Vita contemplativa: quod abunde deſcribitur prope finem VII. Saeculi a Felice Toletano Antiſtite in Vita Juliani ſui praedeceſſoris*: „ Divino, *inquit*, (*e*) afflante Spiritu, theoreticae, ideſt contemplativae quietis delectati ſunt Julianus, & Gundilanes „ Levita perfrui bono, & Monaſticae inſtitutionis conſtringi „ repagulo. Si ita eſt, etiam Rorigo Comes erit Monachus, *qui*, teſte Odone Abbate Foſſatenſi, (*f*) *in Oratoriolo, ut nobilioribus mos eſt, poſt matutinos reſidens hymnos divinis intendebat theoriis, Pſalmis, & precibus per contemplationem inſiſtendo*. Sed quid inde? Num S. Benedicti Regula ab Hiſpania extorris, quia non dirigitur ad contemplationem? Audi Suarezium: *Conſtat in primis*, ait, (*g*) *Religionem a Benedicto inſtitutam proprie & perfecte Monachalem eſſe; nam finis illius ſolum eſt propria perfectio ad Divinam contemplationem, & tandem ordinata*. Sed his tricis omiſſis, ad Monachulos revertor. Ecquis hos a Cle-

qui eos probaturus

Saeculares etiã vult eſſe Monachos;

Sed pugnantia inter ſe

(a) *Lib. 6. de reb. Hiſp.* Cap. 4. (b) *Lib.* 7. Cap. 22. (c) *Lib.* 14. Cap. 13. (d) Cap. 3. n. 4. (e) *De Viris Illuſtr. in Appendice*. (f) *De Tranſl. S. Mauri Abb. apud Mabill. Saec. IV.* (g) *T.* 4. *de Relig. Tr.* 9. *Lib.* 2. *Cap.* 2.

DISSERT. II. CAP. III. cum loqui quis non vincit?

ro per ſeverioris operam diſciplinae diſtinguat, ut nulla ſit utriuſque Ordinis confuſio, ſi Monachorum coetui adſcribantur, quemadmodum Cennius Monachos a Clero internoſci contendit? Sed ulterius progredior. Dicet Cennius cum Concilio Toletano, illa devotione interpoſita, pueris *intercludi aditum ad Mundum revertendi, & omnem ad ſaeculum interdici regreſſum.* Bone Deus! Si igitur ipſis interdicebatur regreſſus ad Saeculum, non erant in Saeculo; ſi intercludebatur aditus ad Mundum, ergo non erant in Mundo; ergo vel parentum domus erant Monaſteria, vel pueri non erant in domibus parentum. Ad haec quid magnum erat iſthaec devotio, ex qua perpetua in Monachatu obligatio ſequeretur; Ergo ſub aliquibus conditionibus, caeremoniis, & ſignis externis a legitima auctoritate adprobatis celebranda erat, ut ex iis ad uſum redactis conſtaret de vi devotionis, & ſi poſtea reſilire auſi eſſent, in officio continerentur. Scimus, verbi gratia, Lamberti oblationem irritam fuiſſe declaratam, quia in ipſius oblatione, nec benedictio Abbatis intercesſerat, nec puerali manus in palla altaris fuerit involuta. At vero doceat nos Cennius caeremonias, conditiones ab Eccleſia inſtitutas ad hoc, ut controverſa devotio vim haberet: dicat, quo auctore fuerint in Eccleſiam invectae, a quo fuerint obſervatae, quando nam obſoleverint; ut dum non habet, quod reponat, commentum ſuum prodere convincatur. Eſt quidem apud Marteneum de antiquis Monachorum ritibus: *Ordo ad induendum puerum, vel puellam habitu pro voto, ſeu devotione; & Ordo ad exuendum puerum, ſeu puellam poſt Annum, quum portaverit habitum pro voto, ſeu devotione:* at Ordinem ad induendos domeſticos Monachulos non producet Cennius, nec inveniet. Sed quis umquam credat, puerulos Monachos fuiſſe in domibus Parentum educatos, quum Hiſtoria Monaſtica nos moneat, Sanctum Bonifacium a remotiſſimis uſque Angliae Provinciis Moniales feminas arceſſiſſe, ut ipſarum miniſterio oblatorum puerorum inſtitutioni, & educationi melius conſuleret? Perperam ergo intruditur inauditum hoc domeſticorum Monachorum genus, quod nec Patres Toletani adgnoverunt.

II.

Cenniani Monachi ignoti S. Iſidoro, qui Cōcilio Toletano IV. praeſedit.

Et ſane Cennianos hos Monachos ignotos fuiſſe vel S. Iſidoro, qui Concilio Toletano IV. praeſedit, quemque, vero eſt ſimile, auctorem fuiſſe laudati Canonis 49., perſpicuum eſt ex ipſius S. Doctoris verbis, qui ſex Mona-

cho-

chorum genera recenſens, (*a*) de his domeſticis Monachis ne verbum quidem. Relege, quaeſo, quae ex eo protuli ſuperius; (*b*) & videbis, non alios ibi enumeratos fuiſſe Monachos, quam Coenobitas, Eremitas, Anachoretas, Circelliones, Sarabaitas, & eos, qui in primordii ſui fervore quodam, brevi Coenobii perfectionem videntur expetere, ſed continuo tepefacti, ſubdique Seniorum imperio dedignantes, ſeparatas expetunt Cellas, ut a nemine laceſſiti, manſueti, & humiles aeſtimentur. Producam etiam ex S. Valerio (*c*) ſeptimum genus Monachorum; eorum ſcilicet, *qui ex famulitio Monaſterii inviti tondebantur, paucis tunc ad converſionem accedentibus*. Hinc perſpicis, in his ſeptem Monachorum generibus, quae perantiqui inſignes Scriptores Hiſpani commemorant, nullum poſſe eſſe locum pueris illis Monachis domeſticis, quos ab uno ex genitoribus devotos tonſuram, aut religioſam veſtem extra Monaſterium Cennius geſtaſſe comminiſcitur. Quae ergo eum cauſſa impulit, ut octavum Monachorum genus in Hiſpaniis excogitaret, niſi ut ab iis ſtudio partium abreptus Benedictinos exigeret? Eos rem minus adſequutos pronuntiat; ſed ne cum ipſis ſentire cogatur, Canonem laudatum Concilii Toletani IV. contorquet, inſtituendo Monachos domeſticos; & eos confirmaturus provocat ad Canonem ſextum Concilii Toletani X. qui tantum abeſt, ut Cennio ſuffragetur, ut patenter obſiſtat. Id vel ipſe advertit, qui propterea Canonem mutilum propoſuit. Audi reliquum Canonis, quod tacitus praetermiſit, & judica: *Et ſub aeterna diſtrictione hujuſcemodi obſervantiae inſervire cogantur*. PARENTIBUS SANE FILIOS SUOS RELIGIONI CONTRADERE NON AMPLIUS QUAM USQUE AD DECIMUM AETATIS EORUM ANNUM LICENTIA POTERIT ESSE. *Poſtea vero an cum voluntate parentum, an ſuae devotionis ſit ſolitarium votum, erit filiis licitum Religionis adſumere cultum. Quiſquis autem vel abolitione tonſurae, vel ſaecularis veſtis adſumtione detectus fuerit attigiſſe tranſgreſſionem, & excommunicationis cenſuram accipiat, & Religioni ſemper inhaereat*. Ubi percipis, tradere filios Religioni aliud non eſſe, quam offerre Deo filios in Eccleſia, ſeu in Monaſterio ſub Regula militaturos; Religioſorum enim nomine, fatente ipſo Cennio, (*d*) in Hiſpania adgno-

DISSERT. II. CAP. III. & ſex Monachorum genera recenſet,

& S. Valerio, qui ſeptimum addit,

in quibus locum non habent,

& Concilio Toletano X.

quod loquitur de pueris oblatis in Monaſterio,

 ſce-

(a) *Lib. 2. de Off. Eccl. Cap.* 15. (b) *Cap.* 1. n. 6. (c) *In Concord. Regular. Cap.* 3. *de Generib. Monachor.* (d) *Cap.* 2. n. 4.

ſcebantur Clerici, & Monachi: *Si quis Religioſorum*, ait Concilium Toletanum X. (*a*) *ab Epiſcopo uſque ad extremi ordinis Clericum, ſive Monachum &c.* Et ſane Patres Toletanos loquutos fuiſſe de pueris in Monaſterio oblatis, non de domeſticis Monachis, docet Gloſſa apud Gratianum, (*b*) dum ita inquit. *Hoc caput dividitur in duas partes. In prima parte dicitur, quod parentes filium, vel filiam in minori aetate poſſunt a Monaſterio revicare, niſi in duobus caſibus, quorum primus eſt, quando ambo parentes, vel unus eorum filium, vel filiam Monaſteriis obtulerit. Secundus eſt, quando, eis nolentibus, vel neſcientibus, habitum ſuſceperunt, & ſtatim quum ſciverint, non reclamaverunt. Unde ſi tales filii poſtea habitum deſeruerint, ſuper hoc commoniti debent ad Monaſterium revocari. In ſecunda parte dicitur, quod parentibus non licet filios Monaſteriis tradere, niſi uſque ad* 14. (in Conciliis editis & mss. legitur, 10.) *annum. Exinde ſi ſponte intraverint, & poſtea habitum dimiſerint, per excommunicationem redire compellantur.*

ut docet Gloſſa apudGratianum

Hoc ipſum confirmat Auctor notarum in laudatum Canonem, dum ita ait: (*c*) *Nota oblatos Religioni pueros, de quibus ſupra diximus, ligatos, & Religioni adſtrictos manere, ſi parentes, ignorantes puerum ab aliquo ſic oblatum, illum aliquando viderint veſte Religionis indutum, nec reclamaverint, hocque intra decimum puerorum aetatis annum.* Quinam ſunt iſti pueri Religioni oblati, de quibus ſupra dixerat? Certe ſunt ii; de quibus idem Auctor loquitur in notis ad Concilium Toletanum II. dum inquit: *Tunc temporis fuiſſe parentibus morem, filios Monachos, aut Clericos deſtinandi, & utroſque aut* MONASTERIO SUB ABBATIS, *aut Eccleſiae Seminario ſub Epiſcopi regimine tondendi pro ſua voluntate.* Quare non immerito Mabillonius rem optime adſequutus dicendus erit, dum ita inquit: (*d*) *Toletani X. Concilii Canon ſextus eſt de pueris Deo a parentibus oblatis, quibus Concilium IV. Toletanum, Canone quadrageſimo nono, omnem ad Saeculum regreſſum penitus interdixerat ſecundum Regulam S. Benedicti: ſed quia dubium erat, ad quam pueri aetatem offerri poſſent, Concilium definit, id licere ad decimum aetatis annum: ultra quem parentibus liberos ſuos ſub illa irrevocabili neceſſitate offerre non liceret.* Nec minori ſagacitate

& Auctor notarum ad dictum Concilium,

& ad Concilium Toletanum II.

& Mabillonius,

(a) Cap. 2. (b) 20. q. 2. (c) *In delectu Actor. Eccl. univerſal.* (d) *Lib.* 14. *Annal. Bened. n.* 42.

tate doctiſſimum Virum Concilii Toletani IV. Canonem quadrageſimum nonum fuiſſe interpretatum, dum de Benedictinae Regulae apud Hiſpanos propagatione diſſerens, de pueris in Monaſterio oblatis in eo fuiſſe ſermonem adfirmat, ex iis, quae ſub oculis ſubiiciam, omnino conſtabit. Ita loquitur Mabillonius: (*a*) *Quum lego IV. Concilii Toletani Canonem 49. S. Benedicti Regulae ſententiam, atque uſum mihi videre videor*. Monachum, *inquiunt Patres*, „ aut paterna devotio, aut propria profeſſio facit. Quidquid horum fuerit adligatum, tenebit. Proinde his ad „ Mundum reverti intercludimus aditum, & omnem ad „ Saeculum interdicimus regreſſum. „ *Non haec ex Baſilii Regula, non ex Caſſiani inſtitutis. Baſilius quidem pueros admittit in Monaſterium, Deoque illic a ſuis parentibus offerri probat; at eiſdem* jam adultis revertendi in *Saeculum*, *ac nubendi poteſtatem facit. Caſſianus ne pueros quidem intra clauſtra recipit. Quid vero S. Benedicti Regula?* (*b*) *Idem omnino praeſcribit, quod Concilium Toletanum. Offertur a parentibus inter ipſa ſacra puer, involuta ejus manu in palla Altaris. Sancte jurant parentes, ſe nihil umquam puero daturos, nec per ſe, nec per ſuſpectam perſonam, ne qua puero detur pereundi occaſio, nempe contra vota faciendo, aut revertendo in Saeculum. Annon eſt hoc ipſum, quod ajunt Patres Toletani, quum his, quos parentes obtulerint, omnem ad Saeculum interdicunt regreſſum?* Atque „ ita omnia obſtruantur, inquit S. P. Benedictus, ut nul„ la ſuſpicio remaneat puero, per quam deceptus perire „ poſſit (quod abſit), quod experimento didicimus. „ En quid Regulae S. Benedicti rei ſit cum iis, quae decernunt Patres Toletani; quos de pueris in Monaſterio oblatis, non de domeſticis Monachis, fuiſſe loquutos, docet etiam Gratianus; qui probans, *non licere de Monaſterio egredi, quem pater, vel mater intra annos infantiae fecerit ordinari*, profert Concilium Toletanum IV.: (*c*) *Monachum aut paterna devotio, aut propria profeſſio facit* &c. Niſi haec Cennium ab ſuo ſenſu ſejungant, operam poſcam Patrum Concilii Wormatienſis, Anno 868. habiti, a quibus, certo ſcio, adigetur ad fatendum, ſe non modice alucinatum. Ii enim de parvulis a parentibus intra ſepta Monaſterii traditis ſic ajunt: (*d*) *Si pater, vel mater*

DISSERT. II. CAP. III.

& Gratianus.

qui profert Concilium Toletanum IV.

a Concilio Vormatienſi

explicatum

(a) *Lib. 3. Annal. Bened. n. 37.* (b) *Cap. 59.* (c) *Cap. 20. q. 1.* (d) *Can. 22.*

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

ter filium, filiamque intra ſepta Monaſterii in infantiae annis ſub regulari tradiderint diſciplina, non liceat eis, poſtquam ad pubertatis pervenerint annos, egredi, & matrimonio copulari. Hoc ergo omnino devitandum eſt, quia nefas eſt, ut oblatis a parentibus Deo filiis voluptatis frena laxentur. Igitur, ut praediximus, non liceat eis ſuſceptum habitum umquam deſerere, ſed convicti, quod tonſuram, aut Religioſam veſtem aliquando habuerint, in Religionis cultu, habituque, velint, nolint, permanere cogantur. Et illico ſubdunt: (a) *Monachum ergo aut paterna devotio, aut propria profeſſio facit. Quidquid horum fuerit, alligatum tenebit* &c. Ubi Auctor notarum ait: *Nota, hoc adhuc Saeculo viguiſſe uſum pueros Monaſteriis offerendi, quos ad Monachiſmi profeſſionem ex hoc ipſo parentes adigebant, quod Tonſuram, aut Religioſam veſtem juniores induerint, idque velint, nolint*. Poteruntne clarius Patres Concilii Wormatienſis explicare Canones utriuſque Concilii Toletani, & Cennianam de domeſticis Monachis abrogare ſententiam? Animadvertat Cennius particulam illam, *ergo*, quae eſt initio Canonis viceſimi tertii: *Monachum ergo*; & ex hoc intelliget, quam recte Patres Wormatienſes hunc Canonem integre ſumtum ex Concilio Toletano IV. inferant ex antecedenti viceſimo ſecundo, in quo agitur de pueris intra ſepta Monaſterii Deo oblatis. Quae omnino conſona

Et Concilium Triburienſe.

ſunt iis, quae leguntur in Concilio Triburienſi, quod ita loquitur: (b) *Quem progenitores ad Monaſterium tradiderunt, & in Eccleſia coepit canere, & legere; nec uxorem ducere, nec Monaſterium deſerere poterit; ſed ſi diſceſſerit, reducatur; ſi tonſuram dimiſerit, rurſus tondeatur; uxorem ſi uſurpaverit, dimittere compellatur.* Immo Toletanis le-

& alia Concilia, Gregorius II. & Patres

gibus, Synodique adquieſcunt Concilia Aurelianenſe V. & Matiſconenſe I. & Gregorius II.; & ſive iis, ſive Benedictinae Regulae inhaereant, idem ſentiunt S. Beda Venerabilis, S. Lanfrancus, S. Petrus Damiani, & S. Bernardua. Apertiſſime ergo vides etiam alia Concilia, & Patres loqui de oblatione puerorum Deo facta in Monaſteriis a parentibus, vel ab uno eorum, & prorſus ignorare Monaculos illos domeſticos, quos Cennius in Tago expiſcatur.

Immo etiam ipſe S. Iſidorus,

At quid exterorum opus eſt argumentis, quando ipſe S. Iſidorus Hiſpanus, qui Concilio Toletano IV. praefuit, qui-

(a) Can. 23. (b) Can. 6.

quique hujus Canonum auctor fuiſſe perhibetur, non alios pueros Monachos adgnoſcit, quam in Monaſteriis oblatos? *Quicumque*, ait, (*a*) *a parentibus propriis in Monaſterio fuerit delegatus, noverit, ſe ibi perpetuo permanſurum*. Quem locum reperies in Excerptis Egberti Eboracenſis Epiſcopi. (*b*) Quare mirum non eſt, ſi Menardus, Mabillonius, Marteneus, Calmetus, Megeus, aliique Interpretes Benedictinae Regulae ex laudatis verbis S. Legislatoris: *Atque ita omnia obſtruantur* &c. recte omnino concludentes, oblatos hoc modo in Monaſteriis infantes ita Monachatui fuiſſe adſtrictos, ut reſilire, & ad Saeculum redire poſtmodum eis integrum non foret, pro ſua firmanda ſententia, quarti Concilii Toletani producant Canonem, quem longe antea protulerant Goffridus Vindocinenſis, (*c*) & Clemens III., (*d*) & noviſſime Longus, Cabaſſutius, Thomaſſinus, Gonzalez, Fagnanus, Du-Cangius, & alii.

Interpretes Benedictinae Regulae.

Canoniſtae, & alii Scriptores.

III.

Cennius falſ Monachis, auctoritate fultus S. Ildefonſi, Juſtum,

Nec eſt quod propoſitum urgeat Cennius, contendendo Juſtum, & Eugenium fuiſſe domeſticos Monachos, innixus auctoritate S. Ildefonſi, cujus verba, Lectorem rogo ut expendat, enuntietque, faveant, necne, vel tantillum Cennio: *Juſtus*, inquit S. Archiepiſcopus, (*e*) *poſt Helladium, diſcipulus ejus, illique ſucceſſor innexus eſt, vir habitudine corporis, ingeniique meritis decorus, atque ſubtilis, ab infantia Monachus ab Helladio ad virtutem Monaſticae inſtitutionis affatim educatus pariter & inſtructus, in Agalienſi Monaſterio, tertius poſt illum Rector eſt factus*. De Eugenio autem ita loquitur: (*f*) *Eugenius diſcipulus Helladii, conlector & conſors Juſti, Pontifex poſt Juſtum acceſſit, ab infantia Monachus, ab Helladio cum Juſto pariter ſacris in Monaſterio inſtitutionibus eruditus*. Ex iis verbis quis inferat Juſtum, & Eugenium fuiſſe Monachos domeſticos, niſi Cennius? qui ait: (*g*) *Hujuſmodi haud dubie fuerunt duo S. Helladii diſcipuli Juſtus, & Eugenius*. Et ſi hujuſmodi fuerunt, quidni & B. Rabanus Maurus qui *a puero in Fulda Monachus* dicitur? Quod ſi ita eſt, non *Hiſpanis* dumtaxat, ſicuti vult Cennius, (*h*) ſed etiam Germanis *pueri erant Monachi, non qui offerebantur Deo in Monaſterio, ſed qui ab uno ex genitoribus devoti tonſuram, vel Religioſam veſtem extra Monaſterium geſtaverant*: Quod pror-

& Eugenium

adnumerat,

(a) *In Reg. Cap.* 4. (b) *Num.* 92. *apud Spel. T.* 1. *Conc. Angl.* (c) *Lib.* 3. *Epiſt.* 35. (d) *Cap. Cum virum. Antiq. Coll. Lib.* 3. *tit.* 18. *c.* 3. (e) *De Vir. illuſtr. Cap.* 8. (f) *Ibib. Cap.* 13. (g) *Cap.* 3. *n.* 4. (h) *Ibid. n.* 3.

Digitized by Google

forte devotionis deceptus nomine, cujus vim diſcere poterat apud Legumlatorem VViſigotthum,

prorſus a veritate abhorrere, unuſquiſque ex hucuſque dictis plene percepit. Si autem Cennius acrius, quam par eſſet, tamquam pius *devotioni* adhaeſit, veram ſaltem exquirere poterat, & deprehendiſſet, tum apud Auctores illius aevi, tum apud aetate poſteriores devotionis nomini ſubiici & oblationem puerorum in Monaſteriis a parentibus factam, & propriam profeſſionem. Docet id lex ipſa Wiſigotthorum, quae Cennio falſam opinionem eripere poterat: *Hac in perpetuum valitura lege ſancimus*, inquit, (*a*) *ut quicumque Religionis habitum per honorabile Tonſurae ſignum, aut tempore poenitentiae ſuſceperint, aut non fraudolenta; ſed pia parentum* Oblatione *meruerint, aut propriae voluntatis* devotione *tennerint, & ad laicalem converſationem poſtmodum apoſtatizando redierint, juxta ſententiam Canonicam ad eumdem Religionis Ordinem, quolibet proſequente, reducantur inviti, atque infamiae nota reſperſi, & in Monaſteriis perenniter religati, diſtrictiori macerentur poenitentia, corrigendi*.

& apud Benedictum XIV.

Docet id etiam Benedictus XIV. feliciter regnans, qui in Inſtructionibus ſuper dubiis ad ritus Eccleſiae & Nationis Gophtorum pertinentibus, ita inquit: (*b*) *Inſuper licet uſque ad Saeculum XII. conſueverint parentes filios in infantili aetate poſitos in ſacris Monachorum Coenobiis* devovere, *& Divino famulatui mancipare, perpetuo vetito egreſſu è ſeptis Monachorum; attamen* &c.

Jure igitur Mabillonius, legem latam de oblatione puerorum in Monaſteriis a Concillo Toletano e S. Benedicti Regula profluxiſſe, contendit;

Merito igitur melius rem adſequutus dici poterit Mabillonius, qui ut probaret Benedictinam Regulam in Hiſpaniis viguiſſe, legem latam de oblatione puerorum in Monaſteriis a Concilio Toletano IV. ab eadem Regula profluxiſſe cum Du-Cangio, & emunctae naris Auctoribus contendit; ille, inquam, Mabillonius, *qui*, teſte eruditiſſimo Scriptore, (*c*) *praeſertim plurimi faciendus eſt ob altiſſimam, qua pollebat, eruditionem, ac diuturnam experientiam*. Sed ne videar omnia negare Cennio, pono Hiſpanis fuiſſe domeſticos illos Monachos, quos tamen admittere non poſſum, veluti repugnantes ipſius Cennii dictis, menti Patrum utriuſque Concilii Toletani, & aliorum Conciliorum, Summorum Pontificum declarationibus, inſignium Scriptorum interpretationi, ac demum SS. Iſidori, & Ildefonſi ſententiae; nec ſic tamen quidquam obtinebit adverſum me Monachorum domeſticorum Inſtitutor. Non enim ex alia Re-

gula

(a) *Lib. 3. tit. 5. §. 3.* (b) *§. 21. ſub datum Romae die 4. Maii 1745.* (c) *Auctor Lib. de opt. legend. Eccl. PP. meth. p. 2. Cap. 17.*

gula Patres Toletani mutuari fuerunt legem, illis Monaculis impoſitam, perpetuo deferendi Tonſuram, & Habitum abſque ſpe ad Mundum & Saeculum revertendi, quàm ex una Regula S. Benedicti, quae infantibus in Monaſterio oblatis a genitoribus hujuſmodi regreſſum omnino interdicit, ſicuti perſpicuum fit, & clarius conſtabit ex Formula Oblationis, quam adhibendam tradit Smaragdus: (a) *Idcirco hunc filium noſtrum nomine N. cum oblatione in manu, atque petitione Altaris palla omnia involuta, ad nomen Sanctorum, quorum hic Reliquiae continentur, & Abbatis praeſentis trado coram teſtibus, regulariter permanſurum: ita ut ab hac die jam non liceat illi collum de ſub Regulae excutere jugo; ſed magis ejuſdem Regulae fideliter ſe cognoſcat inſtituta ſervare, & Domino cum ceteris gratanti animo militare. Et ut haec noſtra traditio inconvulſa permaneat, promittimus cum jurejurando coram Domino, & Angelis ejus, quia numquam per nos, numquam per ſuffectam perſonam, nec quolibet modo per rerum noſtrarum facultates aliquando egrediendi ei de Monaſterio tribuemus occaſiones &c.* Alias hujuſmodi oblationis formulas legere poterit Cennius apud Mabillonium in Vet. Anal., apud Theodorum in Poenitentiali, apud Du-Cangium Verb. Oblati. Nec deſunt oblationes puerorum factae a parentibus in Monaſteriis Hiſpaniarum. Legat Cennius Adpendicem Marcae Hiſpanae, & reperiet, (*b*) Anno 888. ab Wifredo Comite, & Widinilla Comitiſſa Radulfum filium traditum Monaſterio Rivipullenſi ſub manibus Dagini Abbatis, *ut ibi habitaturus ſit omnibus diebus vitae ſuae*. Inveniet, (*c*) Anno 1034. Guillelmum Comitem Biſuldunenſem legaſſe Monaſterio Coxanenſi ducentos ſolidos pro hereditate Udalardi, *quem*, inquit, *ibi a pueritia Monachum eſſe inſtitui*. Deteget, (*d*) Anno 1036. Tezendam *pia devotione obtuliſſe filium ſuum in Monaſterio Arulenſi Domino Deo, ut ibi Monachus cunctis diebus vitae ſuae ſub Regula B. Benedicti militaret*. Nec enim Cennio Eccleſiaſticae Hiſtoriae, uti ex adlatis liquet, peritiſſimo mirum videri debet, Eccleſiam Hiſpanam ſibi adoptaſſe legem a S. Benedicto ſancitam de reditu ad Saeculum pueris oblatis inhibito; quando vel haec, vel illa Eccleſia, ſive etiam Eccleſia univerſalis complura, quae aut S. Benedictus in Regula praeſcripſit, aut

Nec enim mirum videri debet, Eccleſiam Hiſpanam eam legem a S. Benedicto ſancitā ſibi adoptaſſe, quum Eccleſia

C c Abba-

(a) *In Cap. 59. Reg. S. Bened.* (b) *Col.* 817. (c) *N.* 212. (d) *N.* 216.

DISSERT. II. CAP. III. *univerſalis cōplura vel a S. Benedicto, vel ab ejus Monachis inſtituta acceperit*

Abbates in ſuis Monaſteriis inſtituerunt, accepit. Firma ad id probandum argumenta eſſe poſſent Color Niger in veſtibus, Officium B. Mariae Virginis, Lectio Martyrologii ad Primam, complura Feſta, & alia, quae a Monachis Benedictinis ad Clericos tranſiiſſe, fatentur Scriptores. Sed iis omiſſis, nonne S. P. Benedictus primus fuit, qui praeciperet, (*a*) ut initio cujuſcumque Horae Canonicae diceretur: *Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me feſtina;* & Reſponſoriis adderetur (*b*) *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, aut etiam *Alleluja* tempore Paſchali? Hos ritus nonne recepit Eccleſia? Nonne Concilium Aquiſgranenſe, Anno 816. habitum, pro Canonicis decrevit, quae Sanctus idem Pater pro Monachis praeſcripſit, tarde ad Chorum accedentibus? Audi quam exacte omnia fere ejus verba uſurpet.

S. Benedictus.	Conc. Aquiſ.
Reg. c. 43. Si quis *ad nocturnas Vigilias* poſt Gloriam Pſ. 94. *occurrerit, non ſtet in ordine ſuo in Choro, ſed ultimus omnium ſtet*, aut *in loco*, quem, *talibus negligentibus* ſeorſum *conſtituerit Abbas* .... Ut niſi ab omnibus, vel pro ipſa *verecundia* ſua emendentur. Nam ſi *foris* Oratorio remaneant, erit forte talis, ... qui *fabulis vacet*.	*Can.* 131. Qui ſegniter, aut tarde *ad Matutinum*, aut aliud quodlibet Divinum Officium peragendum *occurrerit*, dignum eſt, ut non cum aliis *in Choro, ſed omnium ultimus*, ut certe *erubeſcere* diſcat, *in loco hujuſcemodi negligentibus* a Praelatis *conſtituto, ſtet*. *Foris vero nullatenus remanere* praeſumat, ne otio, & *fabulis vacet*.

Nonne Anniverſariam omnium Fidelium Defunctorum Commemorationem, a S. Odilone Abbate prima die poſt Feſtum Omnium Sanctorum in ſuis Monaſteriis inſtitutam, univerſalis poſtea Eccleſia recipiens comprobavit? Unde cantus Gregorianus, Hymnus *Ave Maris Stella*, Antiphonae *Alma Redemptoris, Ave Regina Caelorum; Salve Regina?* Unde carmen illud *Gloria, laus, & honor*, & innumera alia, quae a Monachis, & quidem Benedictinis accepit Eccleſia? Et ne a propoſito deflectam; unde mos offerendi filios, quibus ad Saeculum reverti neutiquam licitum fuerit, ad Canonicos Regulares derivatus fuit? Hujus rei formulam exibet Appendix Marcae Hiſpanicae (*c*) his expreſſam verbis: *Notum*

(a) *Reg. Cap.* 9. & 18. (b) *In Reg. Cap.* 15. (c) *N.* 419.

tum ſit cunctis, quod ego Bernardus de Conillo, & uxor mea Stephania damus Deo, & Eccleſiae S. Vincentii de Cardona, & Bernardo Abbati, omnique Conventui filium noſtrum nomine Petrum, ut OMNIBUS VITAE SUAE DIEBUS *in praefata Eccleſia maneat regulariter*. Immo ritus a S. P. Benedicto praeſcriptus adeo apud Canonicos invaluit, ut obſervaretur etiam ab illis, qui ſponte alicui Canonicae ſe devovebant. Exemplum praebet Cathedralis Arretina de Anno 1075. tali pacto: *Ego Farolfus Presbiter ſpontanea mea voluntate offero meipſum Deo, & Eccleſiae S. Donati, & Jocundo Praepoſito atque Archidiacono ſecundum Regulam Canonicam fideliter ſerviturum*, PALLIO ALTARIS MANIBUS INVOLUTUS CUM OBLATIONIBUS MEARUM RERUM MOBILIUM, ET IMMOBILIUM; ITA UT AB HAC DIE NON LICEAT MIHI COLLUM EXCUTERE A JUGO REGULAE CANONICAE, *ſed magis ejuſdem Regulae ſtatuta fideliter ſervare, & Deo tum ceteris grato animo militare, ut cum ipſis praemium aeternae remunerationis ab illo recipiam, qui cum Patre, & Spiritu Sancto regnat unus Deus in Saecula Saeculorum Amen. ✠ Ego Farolfus Presbyter confirmavi, & ſſ.* Legem ergo illam, ac ritum, quem Cennius vocat, devovendi filios, quibus intercludatur aditus redeundi ad Mundum, quis neget profluxiſſe a Regula S. Benedicti in Hiſpaniis tunc temporis ſervata, quam Patres Concilii Toletani IV. prae manibus habuiſſe, clariſſime manifeſtat vel Canon quinquageſimus de Clericis, qui Monachi fieri volunt, quique Canonem quadrageſimum nonum de oblatione puerorum in Monaſteriis agentem proxime ſubſequitur? Siquidem laudati Patres non ſecus ſe gerunt in condendis Canonibus, ac S. Benedictus in ſua componenda Regula, qui Capiti quinquageſimo nono *de Filiis nobilium, vel pauperum, qui offeruntur*, illico ſubdit Caput ſexageſimum *de Sacerdotibus, qui voluerint in Monaſterio habitare*.

IV. S. Iſidorus

Laudato Concilio vix triennio ſuperſtes fuit S. Iſidorus, qui S. Gregorii Magni praecepto obtemperaturus, quo Latini Monachi ad Benedictinam Regulam ſervandam adigebantur, eam *pro Patriae uſu, & invalidorum animis*, ut loquitur Braulio Caeſarauguſtanus Epiſcopus, *decentiſſime temperavit*, ſimul & expoſuit, quamque *Sanctis fratribus in Coenobio Honoriacenſi*, a ſe forſitan exſtructo, *conſtitutis* inſcripſit; quod non dubium eſt argumentum S. Benedicti Regulae Superiori aevo vigentis in Hiſpania. Ad

Digitized by Google

Dicitur a Cennio non ex Benedictina, ſed ex Regula Donati multa in ſuam tranſtuliſſe, quibuſdam decerptis ex Eutropii Epiſtola, quae potius cum Benedictina cõponuntur,

id evertendum, quas ſolet, Cennius adhibet machinas, & contendens, S. Iſidorum non ex Benedictina, ſed ex Regula S. Donati multa in ſuam tranſtuliſſe, quaedam capita ex Eutropii Epiſtola decerpit, (*a*) quae vult contineri in Regula Donati, quae numquam exſtitit, aut ſaltem qualis fuerit, vel ipſe Mabillonius, non facile eſſe divinare, fatetur. (*b*) Quae dicit Abbas Servitanus, experimento videat Cennius, quam facili negotio conferam cum iis, quae ſcribit S. Benedictus, a quo praeſtando eum deterruit *ſumma*, ut ait, (*c*) quae *ubique occurrit*, *diſcrepantia*.

S. Benedictus.	Eutropius.
Reg. Cap. 2. Qualis debeat eſſe Abbas. Abbas .... indiſciplinatos, & inquietos debet durius arguere; obedientes autem & mites, & patientes, ut melius proficiant, obſecrare, negligentes autem, & contemnentes, ut increpet, & corripiat, admonemus. Detrimenta gregis ſibi commiſſi non patiatur.	De Abbate. Si autem a Deo nobis creditum gregem & exhortando, & increpando ſaepius a Diaboli laqueis, & perverſo voluerimus opere revocare, immites & aſperi multorum ore dicemur. Nos autem quod accepimus, & didicimus, tenemus.
Cap. 42. Mox ut ſurrexerint a Coena .... legat unus collationes, vel Vitas Patrum. Et *Cap.* 48. Accipiant omnes ſingulos Codices de Bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant.	De Codicibus. Sine cauſſa ergo SS. Patrum quotidie vitam legimus.
Cap. 41. Tota aeſtate quarta, & ſexta feria jejunent uſque ad Nonam. Ab Idibus Septembris uſque ad caput Quadrageſimae ad Nonam ſemper reficiant fratres. In Quadrageſima vero uſque ad Paſcha ad Veſperam reficiant.	De Jejunio. Praeterquamquod & frequenter in fame & ſiti, & jejuniis ſaepe adſerit ſe gloriari.
Cap. 28. Quod ſi nec iſto modo ſanatus fuerit, tunc jam	De delinquentibus, de ſaepius peccante, de culpa indul-

(a) *Cap.* 3. *n.* 12. 13. (b) *In Praeſ. ad Saec.* I. *Bened. n.* 25. (c) *N.* 15.

jam utatur Abbas ferro abſciſſionis, ut ait Apoſtolus: auferte malum ex vobis. *Cap.* 23. Si vero neque ſic correxerit: excommunicationi ſubjaceat. *Cap.* 24. Si quis frater in levioribus culpis invenitur &c. uſque dum ſatisfactione congrua veniam conſequatur. Et *Cap.* 25. Is frater, qui gravioris culpae noxa tenetur &c. Cibi autem refectionem ſolus percipiat.

dulgenda, vel culpati correctione, de delictis, & excommunicatione. De abſciſſione & ſeparatione eorum, qui poenitere nolunt, ita loquitur Paulus: Utinam excidantur, qui vos conturbant. De quibus & Dominus in Evangelio, ut aliis verbis loquar: Si saepius autem admonitus frater corrigi noluerit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. De illis, qui in malo perſeverare propoſito, nec ad rectae vitae tramitem reſipiſcendo reverti, elegerint, alibi praecipit: Increpa eos dure. Et iterum: cum ejuſmodi nec cibum ſumere.

Haec ſunt *ſumma* illa *capita Regulae Donati*, quam Cennius Europianae Epiſtolae auxilio redivivam intendit, & materiam praebuiſſe S. Iſidoro, perinde ac ſi S. Doctor S. Benedicti Regula uti non potuiſſet. Quid dicet modo, Donati Regulam, (ſi fuerit tamdem aliquando) videns ita cum Benedictina congruere, ut ab Iſidoriana diſcrepet vel in iis, quae eum legiſſe ſaltem ſuadet collatio Regularum, quam ſe feciſſe teſtatur? Noſti, Donatum velle abſcindi, & excludi eos, qui nolunt ad poenitentiam redire, ſicuti praecepit etiam S. Benedictus. Quid vero S. Iſidorus? *Quamvis*, inquit, (*a*) *frequentium, graviſſimorumque vitiorum voragine ſit quiſquam immerſus, non tamen e Monaſterio proiiciendus eſt*; quod a Cennio minime perpenſum inter illas Benedictinae Regulae praeceptiones numerari debet, quas S. Doctor temperavit. Nec eſt, quod Cennius proferat (*b*) Caput ſecundum Regulae Iſidorianae de eligendo Abbate, & ſexageſimum quartum Benedictinae de ordinando Abbate, quò, uno cum altero compoſito, oſtendat & diſcrimen inter utramque intercedere, & electionem Abbatis non ad Monachos, ſed ad Epiſcopum pertinere. Quid enim Iſidoro opus erat, ut explanationem adhi-

quàm cum Iſidoriana

Ceterum S. Iſidorus

Benedictinā Regulam temperavit,

& explanavit;

(a) *In Reg. Cap.* 15. (b) *N.* 15.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

adhiberet rebus, quas S. Benedictus apertiſſime deſcripſerat? Cur, cedo, Iſidorus ſeniorem vult eligi in Abbatem, niſi quia Benedictus *de aetate nihil pronuntiavit?* Quae cauſſa eſt, cur Abbatis electio fieri debeat ab Epiſcopo, & non a Monachis, quibus non autem Epiſcopo S. Doctor Regulam, Abbatem de ſenioribus eligendum praeſcribentem, ſervandam offert? Nonne qui caput ſecundum *de eligendo Abbate* inſtituerat, & *de electione nihil ſtatuit*, perſequi debebat Abbatis munus, imitaturus S. Benedictum, qui capiti ſecundo ſuae Regulae titulum addidit: *Qualis debeat eſſe Abbas?* Cur ergo Cennius Caput ſecundum Regulae S. Iſidori cum Capite ſecundo Regulae S. Benedicti minime contulit, niſi ut Lectores verbis duceret, & veritatem obſcuraret? Ceterum iis praetermiſſis, qua ratione venditet Cennius ſummam illam diſcrepantiam, quam inter ſe Iſidorianam, & Benedictinam Regulam habere contendit, demiror. Quid aliud id eſt, quam doctiſſimos Monachos, & quidem Benedictinos, evulgare vel tamquam ignaros, quaſi illas Regulas nequaquam intellexerint, vel tamquam deceptores, perinde ac ſi verba dederint, quando S. Iſidori Regulam ſimilitudine ad Benedictinam adſeruerunt accedere. Primus, qui ſeſe offert, eſt Hugo Menardus fidei plenus, ut pote qui ſingulas Patrum Regulas notis, & obſervationibus exornavit. Ipſe enim agens de Regulis, quas Concordia complectitur, de que earum Auctoribus ita inquit: *Regula S. Iſidori non multum differt a S. Benedicti Regula.* Alter eſt Conſtantinus Cajetanus, qui ſic ait. (*a*) *Qui evulgatam S. Iſidori Regulam perlegit, ab ea, quam S. Benedictus conſcripſit, hauſtam deprehendet. Eaedem enim utriuſque inſtitutiones, eaedem ſententiae, eaedem voces. Praecipit Benedictus ut Monachorum vitam informent Abbates; Praepoſiti, Decani, Cellerarii, Seniores. Iſidorus his ipſis, ut ita dicam, terminis obſervationem eamdem Monachos ſuos docet. Idem de veſtimentorum vocabulis videre eſt: Cucullae nimirum, tunicae, melotes pelliceae, mappulae, pedules, caligae, & cetera hujuſmodi, quae a S. Benedicto exſcripta, Regulae ſuae Iſidorus interſerit. Sic cibi, potuſque praecepta, poenarum item delinquentium; de opere Monachorum; de eligendo Abbate; de cura & ſolicitudine Praepoſiti, & Decanorum. Quae omnia uſque adeo in ordine ad leges Mona-*

tantum abeſt, ut Iſidori Regula a Benedictina diſcrepet,

ut ei ſimillima ſit,

ſicuti adverterunt Menardus

Conſtantinus Cajetanus,

(a) *Part. 5. Sacrar. Concert.*

naſticas S. Benedicti Monachis Iſidorum cuſtodienda tradidiſſe, manifeſtum eſt, ut neceſſario inferre liceat, non eum alio propoſito, quam ut Hiſpanis Monachis ſub S. Benedicto militaturis illius Regulam a ſe dumtaxat enarratam, & ad terrae Hiſpanae uſum paullulum deflexam, (quod S. Benedictus praelatorum diſcretioni permiſit) obſervandam proponeret. Atque huc reſpexit S. Braulio Epiſcopus Caeſarauguſtanus in Vita S. Iſidori, dum, ſcripſiſſe Iſidorum, ait, Monaſticae Regulae Librum unum, quem pro Patriae uſu, & invalidorum animis decentiſſime temperavit. Subſequitur Auguſtinus Calmetius, qui ita loquitur: (*a*) *Apparet Iſidorum Regulam S. Benedicti legiſſe, quando quidem ſaepe ipſi adludit; utitur aliquando iiſdem verbis, atque deſignat ſuis Monachis eaſdem obſervationes jejuniorum, laboris, & lectionis &c.* Et antea ſermonem habens de Iſidoro, & Fructuoſo ita dixerat: (*b*) *Plura ſtatuunt, quae cum Benedictina Regula admodum connexa ſunt.* Succedit tamdem Mabillonius, *Vir doctiſſimus*, ut Noriſii verbis utar, (*c*) *ac de re litteraria optime meritus ob egregias animi dotes, ac praeclara ſcripta commendatus*, qui ita inquit. (*d*) *Interfuit huic Concilio Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, & ipſe Regulae auctor, in qua Benedictinae praecepta de verbo non raro tranſcribit.* Et rurſus: (*e*) *Non integro triennio ſupervixit huic Concilio Iſidorus, ſcripta Monaſtica Regula . . . . . . Multa ſunt in ea Regula Benedictinae affinia, aliquando eadem de verbo: lectae ab eo Regulae non dubium argumentum. Facilis eſſet comparatio, ſi hanc permitterent Hiſtoriae leges. Jejuniorum, laboris, ac lectionis eadem alternatio, veſtes eaedem, eademque nomina; tametſi quaedam addit Iſidorus pro Patriae ſcilicet uſu. Audi quid ille de ſtrato:* (*f*) Fratres quoque omnes, ſi poſſibile eſt, in uno conclavi commorari decet; Quod ſi difficile fuerit, certe vel decem, quibus unus eſt praeponendus Decanus, quaſi rector, & cuſtos . . . . . Lux autem nocte dormientium locum inluſtret. *Eadem S. Benedictus:* (*g*) Si poteſt fieri omnes in uno loco dormiant; ſi autem multitudo non ſinit, deni aut viceni cum ſenioribus ſuis, *Decanos alibi vocat*, qui ſuper eos ſoliciti ſint, pauſent. Candela jugiter in eadem cella ardeat uſque mane. „ *Vix*

Calmetius. Mabillonius.

ovum

(a) *In obſervat. crit. ſuper Reg. Relig. & Canon.* (b) *In Praef. ad Comment. in Reg. S. Bened.* (c) *In Paraeneſi ad Harduin.* (d) *Lib. 3. Annal. Bened. n. 27.* (e) *Lib. 12. Annal. Bened. n. 42.* (f) *Cap. 14.* (g) *Cap. 22.*

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

ovum ovo ſimilius. Initio Iſidorus Regulam ſuam veluti quodam vitae perfectioris rudimentum proponit, quae S. Benedicti modeſtia eſt in fine Regulae ſuae. Prolixior eſſet aliorum locorum conlatio. Si autem Benedictinorum dicta grata, acceptaque non habeat Cennius, audiat Pagium: (*a*) *Porro Regula S. Iſidori quaedam Regulae S. Benedicti mitigatio erat, ut notat Hugo Menardus in Concordia Regularum pag. 72. ad haec verba:* „ Non multum differt a S. „ Benedicti Regula; *& rurſus ad iſta ejuſdem Iſidori:* „ Quiſquis veſtrum illam univerſam Veterum diſciplinam „ contendit adpetere, pergat in quantum placet, & arduum „ illum limitem, atque anguſtum levigato curſu incedat. „ Qui vero tanta juſſa priorum explere nequiverit, in „ hujus limitis diſciplinam greſſum ponat. Quapropter ſicut illa praecepta priorum perfectum reddunt & ſummum, ita faciant iſta vel ultimum. *Ad quae Menardus „ habet:* Innuit S. Iſidorus Regulam ad captum imperfectorum, & infirmorum a ſe compoſitam fuiſſe, quod „ confirmatur auctoritate S. Braulionis Epiſcopi Caeſarauguſtani, quum agit de Scriptis S. Iſidori: Monaſticae Regulae Librum unum, quem pro Patriae uſu, & invalidorum animis decentiſſime temperavit. Audiat & Helyotium ita dicentem: „ (*b*) *S. Iſidorus ſcripſit Regulam pro Monachis Monaſterii Honoriacenſis, quae magna ex parte Benedictinae conſentit.* Hoc ſpecimen argumentorum dedi Lectoribus, ut adgnoſcant, qua ratione Cennius *ſummam diſcrepantiam* inter Regulas S. Iſidori, & S. Benedicti praedicet *occurrere*, in firmiorem probationem ducturus utriuſque Regulae conlationem, poſtquam diſputatio fuerit abſoluta de S. Fructuoſi Regula, ut & ipſa conjunctim procedat.

Pagius.

Helyotius.

V.

Cum Benedictina congruit Regula S. Fructuoſi.

Non ſatis habuit Cennius excogitaſſe diſcrimen inter SS. Benedicti, & Iſidori Regulas, quin & S. Fructuoſi. *Hiſpani Praeſules*, inquit, (*c*) *deflorabant, non exſcribebant antiquas Regulas. Cuique legere erit licitum S. Fructuoſi Regulam, indeque colligere, utrum vires ingenii perdant, qui Benedictinum Inſtitutum in Hiſpaniis fuiſſe autumant, priuſquam Monaſteria a Saracenis exſcinderentur* &c. Sit, necne, inanium verborum crepitus, dijudicet Mabillonius: *Verum nihil aeque*, ait, (*d*) *confirmat, Benedictinas leges tum apud Hiſpanos*

ut docent Mabillonius.

(a) *Ad Ann.* 1091. (b) *In Hiſt. Ord. Relig. p.* 4. *Cap.* 4. (c) *N.* 16. (d) *In Praef. ad Saec. I. Bened. n.* 75.

nos fuiſſe obſervatas, quam S. Fructuoſi Regula in Cap. 4. O- „ bedientia, (PRAECEPTUM EST REGULAE) ut in impoſſibi- „ libus quoque rebus opere, atque adfectu oſtentetur, & „ teneatur uſque ad mortem. *Quae enim alia Regula, niſi Benedictina heic intelligenda eſt, cujus in Cap.* 68. *praece-* „ *ptum eſt*, ut ſi cui fratri impoſſibilia injunguntur, ſu- „ ſcipiat jubentis imperium? „ *Nam & Hebdomadariorum miniſtrorum benedictionem, ceteraque officia Fructuoſus Cap.* 9. *ad inſtar Regulae noſtre Cap.* 35. *praeſcribit, & jejunia ab Exaltatione S. Crucis ad Paſcha, & poenas tardius ad Officium Divinum, & menſam accedentium Cap.* 18. *diſpenſat omnino ad mentem S. Benedicti. Quod ſi Regulam ipſius communem diſpiciamus, inveniemus pleraque capita Benedictinae etiam verbis tenus omnino conſentanea. Nam Cap.* 6. „ Eligatur, *inquit*, Cellerarius bonae patientiae probatus, „ quem communis elegerit collatio, & ab omni excuſe- „ tur Monaſterii ſervitio, & coquinae officio . . . . . Et „ ſi major fuerit congregatio, junior ei detur pro ipſo „ officio diſcurrendo: *Quae S. Benedicti verbis Cap.* 31. *omnino reſpondent. Ejuſdem Regulae inſcriptionem Capitis* 14. *deſumſit Fructuoſus ad verbum ex Cap.* 27. *Benedictinae. Heic enim legitur:* „ Qualiter debeat eſſe ſolicitus Abbas „ circa excommunicatos. *Illic*: Qualiter debent Abbates eſ- „ ſe ſoliciti erga excommunicatos. *Fructuoſi verba in Cap.* 18. In plumbi natura mollitus, *arguunt eum non oſcitanter S. Benedicti perlegiſſe Regulam; quae Cap.* 1. *eadem verba habet. In eodem Capite Fructuoſus annuam probationem exigit, & facultates in pauperes impendi praecipit, antequam Novitius ſolemnem faciat Profeſſionem:* Poſtmodum, *inquit*, „ exuatur Saecularibus veſtibus, & induatur Monaſterii „ Religioſis ſimplicibus. *Quid vero Benedictus?* Mox ergo „ in Oratorio exuatur rebus propriis, quibus veſtitus eſt, „ & induatur rebus Monaſterii, Cap. 58. *Ovum ovo ſimilius non eſt. Ceteris comparandis ſuperſedeo.* Sed & hoc ipſum longe antea adverterat Hugo Menardus, dum ita inquit: (a) *S. Fructuoſus in ſua Regula fere ſequitur Regulam S. Benedicti.* Quod & probat Helyotius ita dicens: (b) *Regula*, quam S. Fructuoſus *pro Monachis* ſcripſit, *ad illius S. Benedicti ſimilitudinem multum accedit.* Hinc inferat Cennius, qui ſe ab omni ſtudio vacuum jactat, ſum-

DISSERT. II. CAP. III.

Menardus; Helyotius;

D d mam,

(a) De Concord. Regg. earumq. Auctor. (b) In Hiſt. Ord. Relig. p. 4. Cap. 4.

DISSERT. II. CAP. III.

immo Iſidori, & Fructuoſi Regulae ſunt veluti Commentarii in Regulam S Benedicti, ut monet Mabillonius.

mam, non diſcrepantiam, ſed ſimilitudinem Regularum Iſidori, ac Fructuoſi cum Benedictina; immo ſi aequiori judicii lance eas expenderit, & cum Benedictina comparaverit, non ſolum earum congruentiam adſequetur, ſed etiam illas eſſe veluti commentarios in S. Benedicti Regulam deprehendet. Monet id Mabillonius: (a) *Id unum addere juvat, Leandri, Iſidori, & Fructuoſi Regulas cenſendas potius* admonitiones, *ut loquitur Iſidorus, & quaſdam in S. Benedicti Regulam commentationes, locis, ac perſonis accommodatas*. Et reapſe S. Iſidorus Regulam ſuam in capite ultimo *admonitionem* tantum appellat, eamque ita cuſtodiri praecipit, ut *majorum praecepta Patrum per omnia conſerventur*.

Calmetius.

Mabillonio concinit Calmetius, qui loquens de Regulis Magiſtri, Fructuoſi, & Iſidori ita ait: (b) *Tres iſtae Regulae haberi poſſunt tamquam Commentaria in Regulam S. Benedicti*.

Yepeſius.

Idipſum docet Yepeſius, qui ſermonem habens de S. Fructuoſi Regula, ita ſcribit: (c) *Si legas, non Regulam novam, ſed commentarios in antiquam S. Benedicti Regulam compoſitos cenſeas*.

Conſtantinus Cajetanus.

In eadem eſt mente Conſtantinus Cajetanus, dum ait: (d) *S. Iſidori Regula Epitome Commentariorum in Regulam S. Benedicti verius appellari poteſt*.

Perezius.

Nec ab aliis ſeorſum ſentit Perezius, quum ita dicat: (e) *Illa Divi Fructuoſi Regula nihil aliud eſt, quam inſtar Scholiorum Benedictinae. Quod ſi quae habet, in queis a noſtra diſcedat, ea pro loci, ac temporis opportunitate Fructuoſus immutanda cenſuit, praeſertim quum Fructuoſus non Coenobitis dumtaxat, ſed etiam Anachoretis in Montenſi Eremo praefuerit. Et vero Fructuoſum haud novam Regulam condere, ſed alius jamdudum receptae Monachos ſibi ſubditos admonere; ſi qua deeſſe putabat addere; alia obſcurius dicta, aut ab nonnullis minus intellecta illuſtrare; nonnulla pro locorum, ac temporum varietate, & opportunitate mutare, ſibi propoſuiſſe, qui eam, quae ejus nomine circumfertur, attento atque a praejudiciis vacuo animo legerit, dubitare nequit. Nam ſubinde in illa ad Regulam ſuos Monachos remittit, ut Cap. 5. de Menſis, ubi haec leguntur:* „ Quod ſi quis Monachus violaverit, & contra ſanctionem Regulae, uſumque veterum veſci carnibus praeſumſerit &c. „ *Sed multo clarius Cap. 8. ubi haec ſcribit,* „ Obedientia praeceptum eſt Regulae, ut in impoſſibili- „ bus

(a) *In Praef. ad Saec. I. Bened. n.* 75. (b) *In Comment. in Reg. S. Bened. Cap.* 43. (c) *In Chron. gener. ad Ann.* 646. (d) *Part.* 5. *Sacr. Concert.* (e) *In Diſſert. Eccl.*

„ bus quoque rebus opere, atque adfectu oſtentetur, & te- DISSERT. II.
„ neatur uſque ad mortem ..... *Quum Regulae Fructuoſus* CAP. III.
*meminit, aliam proculdubio a ſua innuit, & intelligit, quum
idem in ſua de rebus iiſdem verbum nullum alicubi fecerit;
quaenam ergo Regula illa eſt adeo celebris, Monachiſque fa-
miliaris, ut Regulae* κατ' ἐξοχὴν *nomine inſigniatur, & ſigni-
ficetur? Benedictina abs dubio, cujus pleraque dictata, &
ſcita ſua in Regula Fructuoſus, etſi aliis verbis, eadem ta-
men ſententia paſſim adfert, & repraeſentat. Et quidem ſan-
ctio illa de abſtinentia a carnibus in Regulae Benedictinae
Cap. 38. exſtat. Jam praeceptum illud obedientiae, quae
vel ad impoſſibilia ſeſe porrigat, & extendat, adeo Regulae
Benedictinae proprium, & peculiare eſt, ut quum in nulla a-
lia Regula reperiatur, in ea tamen integrum Caput 68. ei
dicatum ſit, ut quum ejus meminit Fructuoſus, Benedictinam
Regulam velut intento digito demonſtret. Quare dubitandum
non eſt, quin leges Benedictinae, antequam ſuas Fructuoſus
ferret, dudum eſſent receptae, & Monachis Hiſpanis fami-
liares, haſque illarum inſtar interpretationum eſſe, prorſus
certum & exploratum videtur. Itaque haec S. Fructuoſi Re-
gula adeo Benedictinae in Hiſpania noſtra propagationi &
receptioni antiquiori non obſtat, ut ex ipſa potius ejus in
illa antiquitas & uſus invicte eliciatur, & confirmetur. Ad-
de, quod ridicule Fructuoſus ſuos Monachos ad ignotam Re-
gulam Benedictinam remitteret, injunctique ab ipſa praecepti
inaniter admoneret, ni eamdem ante ipſi amplexi, & pro-
feſſi eſſent. Poterant enim Monachi illi Fructuoſo regerere
id, quod ſibi a nonnullis Benedictus Ananienſis Abbas re-
geſtum memorat: Quid ad nos, quam non promiſimus, Re-
gulam legere pertinet?* In horum ſententiam concurrit etiam
Fleurius, dum ita ait: *Regulae S. Iſidori, & S. Fructuo-* Fleurius,
*ſi ſimillimae ſunt S. Benedicti Regulae, & ejuſdem veluti
moderatae explanationis.* Sed quid moror? Nonne Petrus Petrus Diaconus,
Diaconus Caſinenſis, qui ſexcentos & amplius ab hinc An-
nos floruit, hanc de S. Iſidoro, in ſuis explanationibus
Benedictinae Regulae Caſini adſervatis, mentionem facit?
*Sed nos iccirco breviter hanc exponemus, quia in hujus rei
negotio operam dederunt Paullus Caſinenſis Diaconus, Rha-
banus Maurus*, DOCTOR ISIDORUS, *Stephanus, & Paullus
Abbates.* Et quidem inſignes hos Scriptores falſos non eſ- & conlatio Re-
ſe, ſatis argumenti erit heic unius vel alterius Capitis u- gularum,
triuſque Regulae cum altero Benedictinae conlatio.

Oratorio coram omnibus promittat de ſtabilitate ſua, ſciens ſe lege Regulae conſtitutum, quod ex illa die non liceat egredi de Monaſterio; Et rurſus, ut (*a*) *ſi quis Clericorum Monaſterio ſociari voluerit, promittat de obſervatione Regulae, vel propria ſtabilitate;* Iterumque ut (*b*) *ſi* (Monachus peregrinus) *voluerit ſtabilitatem ſuam firmare, non renuatur talis voluntas.* In quae verba ita Calmetius: *Haec omnia probant, jam tum integrum fuiſſe Monacho in eo permanere Monaſterio, quod magis ei placuiſſet; probant inſuper, ante S. Benedictum ſtabilitatis votum fuiſſe ignotum. Licet Monachus profeſſionem ſuam deſerens ſacrilegium admitteret, nulla tamen lege ad hoc potius, quam illud Monaſterium incolendum adigebatur.* Nec ab eo diſſentit Baſtideus, dum ait: (*c*) *Altera, quae inter Benedictinos, & alios antiquorum Ordinum Monachos intercedit differentia, a viſceribus rei, ut dicunt, petitur, id eſt ab eſſentialibus votis, quorum numerum S. Benedictus augeri voluit, quum ſancivit, ut omnes, qui Regulam ejus profitentur, novum & hactenus inauditum ſtabilitatis votum emittant.* Audiatur etiam, quid dicat femina, ſed femina prophetiae ſpiritu, ſanctitatis gloria, & litterarum monumentis clariſſima S. Hildegardis, quae in expoſitione Regulae S. Benedicti ita inquit: *Ante tempora B. Patris hujus Benedicti nulla certa Regula Monachi confirmati, diverſa incertitudine, & inſtabilitate hac, & illac vagabantur, certo magiſterio, & certa locatione carentes. Quapropter ipſe vitia inſtabilitatis morum illorum deſcribens, ut vita eorum a fidelibus Monachis devitetur, monet.* Hoc ipſum ſcripſit antiquiſſimus Auctor Tractatus de Profeſſione Monachorum, quem ex MS. Codice Bigotiano, ante Annos quingentos exarato, producit Marteneus, (*d*) dum enumeratis, quae S. Iſidorus recenſet, Monachorum generibus, ita inquit: *Haec diverſitas Monachorum uſque ad tempora B. Benedicti, qui praecipuus Inſtitutor, atque Reformator S. Ordinis, piuſque Ordinator Coenobialis inſtitutionis in Occiduis partibus fuit, permanſit.* Siquidem antiqui Monachi ſtabilitate alicui loco non adligabantur. *Concedebant enim venienti ad converſionem, ut in nomine Domini eſſet unus ex illis; non tamen de ſtabilitate, id eſt ut in illo loco tota vita ſua perſeveraret, aliquam promiſſionem faciebat, vel exigebatur ab aliquo. Nam*

DISSERT. II. CAP. III.

ut obſervant Calmetius,

Baſtideus,

S. Hildegardis,

antiquiſſimus Auctor

(a) Cap. 60. (b) Cap. 61. (c) *De Ordinis S. Bened. Gallicana propag.* Cap. 13. n. 16. (d) *De antiq. Eccl. rit.* T. 2. Lib. 2. Cap. 2.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

Nam quum alicui agere placebat vitam ſolitariam, vel ſe honorari a ceteris pro aliquo magno opere videbat ..... licentiſſime, & abſque ulla contradictione, vel timore, & damno animae ſuae, ibat, quo volebat, tantummodo obſervans propoſitum, & habitum Religionis. Quid vero egit S. Benedictus? Promiſſioni converſionis morum, & obedientiae, quae erat inſtituta in cunctis Regulis, addidit ſtabilitatis votum, ſcilicet *ut nullus prius recipiatur in Congregatione, quam coram Deo, & Sanctis ejus, Abbatis quoque, ſimulque Congregationis praeſentia, ante promiſerit, ſe permanſurum in illo Coenobio, quandiu vixerit*. Haec conditio poſita etiam peregrinis Monachis apertiſſime demonſtrat ſolos Benedictinos per eadem tempora ſtabilitatis voto fuiſſe detentos: alias S. Benedictus, de cujus pietate dubitari non poteſt, alienos Monachos ad ſtabilitatis votum edendum hortatus non eſſet. Id enim ſalva conſcientia praeſtare non potuiſſent, ſi antea in altero loco, & ſub altera Regula eamdem ſtabilitatem voviſſent. Quum ergo alii Monachi ex vi ſuorum votorum tantum vivendi propoſito addicti viderentur, liberamque ſemper Regularum & Monaſteriorum mutandorum licentiam haberent, recte concluditur, S. Fructuoſum non ab alia Regula, quam a Benedictina eduxiſſe ſtabilitatis in Monaſterio promittendae morem; quod effeciſſe, minime dubium eſt, & S. Iſidorum, qui ſtatuit, (a) Converſum non eſſe recipiendum in Monaſterio, *niſi ſe prius ibi ſcriptis ſuae profeſſionis ſpoponderit permanſurum*, quum nullae aliae Regulae antiquiores Benedictina Monachis ejuſmodi legem indicant. Adde ſupradictis, quod quum Benedictus primus Completorii inſtitutor fuerit, ut evidenter probat Cardinalis Bona, (b) ipſoque nomine Completorii nullus Eccleſiaſticus Scriptor, Benedicto antiquior, uſus fuerit, ſatis argumenti eſt, Iſidorum, & Fructuoſum a Benedictina Regula Completorii nomen mutuatos eſſe, quod illud ſuis Regulis inſeruerint. Immo eam longe antea in Hiſpanis Monaſteriis viguiſſe, patet ex ipſis verbis S. Iſidori, qui ita ait: (c) *Ante ſomnum autem, ſicut mos eſt, peracto Completorio, valedictis invicem fratribus, cum omni cautela & ſilentio requieſcendum eſt*; ergo erat alia Regula, quae *peracto Completorio* ſilentium tenendi morem induxerat; & quaenam eſt

& Completoriū a S. Benedicto inſtitutum, ut docet Card. Bona,

& ab Iſidoro, & Fructuoſo adoptatum.

(a) *In Reg. Cap.* 4. (b) *De Divina Pſalm. Cap.* 11. §. 1. (c) *Cap.* 42.

eſt iſta Regula, niſi Benedictina, quae praecipit, (*a*) *ut poſt Completurium nemo loquatur?*

IV.

S. Fructuoſum fuiſſe Benedictinum adſerunt Scriptores,

Sed quid diutius de re tam clara diſputo, quando Trithemius, Yepeſius, Arnoldus, Menardus, & alii S. Fructuoſum adſcribunt Ordini, & Scriptores Hiſpani praecipuum Monaſterium a Sancto Viro conſtructum inter Benedictina adnumerant? Unum prae cunctis, quos poſſem adlegere, ſufficiat adtendere Garibayum, ita dicentem ad Annum 647.: (*b*) *S. Fructuoſus fundavit iſto tempore Monaſterium Complutenſe Ordinis S. Benedicti in territorio Vergidenſi apud Aſturiam Auguſtam*. Et ſane laudatum Coenobium tunc Benedictinis legibus fuiſſe addictum, evincit diploma, quo S. Fructuoſum Chindeſvindus Gotthorum Rex muneravit, in quo ita legitur: (*c*) *Aut Regulae ſanctae conſtitutionem voluerit evellere*.

& confirmat Chindeſvindi diploma, in quo fit mentio Sanctae Regulae, cujus nomine Benedictinā intelligendam eſſe, adfirmant omnes, praeter Cennium.

Regulae Sanctae nomine S. Benedicti Regulam intelligendam eſſe, qui neget, uſque modo inveni neminem, praeter Cennium, qui ita ait: (*d*) *Yepeſii prae aliis, quem ſequitur Mabillonius, reiicio conjecturas, dum Sanctam Regulam non innuere Benedictinam contendo*. Aſt eum prorſus conjectura aberrare unicuique perſpicuum erit, qui Concilia, Patres, Scriptoreſque diligenter expenderit.

Et quidem eam Sanctam Regulam vocarunt ipſe S. P. Benedictus.

Et quidem quum S. Benedicti Regula, ut divinitus dictata, (*e*) & eodem Spiritu, quo Sacri Canones, condita, (*f*) ſub Sanctae Regulae denominatione in lucem prodierit, eam vel ipſo Benedicto Sanctam nominante: (*g*) *Si quis frater in aliquo contrarius exſiſtens Sanctae Regulae repertus fuerit*; & iterum: (*h*) *Qui Praepoſitus ſi .... contemtor Sanctae Regulae fuerit, comprobatus admoneatur uſque quater*, mirum videri non debet, ſi Concilia Benedictinam Regulam abſolute Sanctam Regulam appellaverint.

Concilia

Svesſionenſe,

Animadverte, an expertus loquar. Concilium Sveſſionenſe habitum Anno 744.: *Conſtituimus*, inquit, (*i*) *ut Ordo Monachorum, vel Ancillarum Dei ſecundum* REGULAM SANCTAM *ſtabilis permaneat*. Quid vero intelligendum ſit per *Regulam Sanctam* Concilium Germanicum Anno 743. coaevum declarat, dum ſtatuit: (*k*) *Ut Monachi, & Ancillae Dei Monaſteriales juxta Regulam S. Benedicti Caenobia, vel Xenodochia ſua ordinare, gubernare, & vivere ſtudeant*. Eamdem honoris praerogativam S. Benedicti Regula meruit

ruit

(a) *Cap.* 42. (b) *Lib.* 8. *c.* 25. (c) *Apud Yepeſ. in Chron. gen. in Append. T.* 2. *Script.* 17. (d) *Cap.* 7. *num.* 16. (e) *Leo Archiep. Raven. ad Durandum Monach.* (f) *Conc. Duziac. Anno* 874. (g) *Cap.* 23. (h) *Cap.* 65. (i) *Cap.* 3. (k) *Can.* 7.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III. Moguntinum.

ruit in Concilio Moguntino, Anno 813. congregato, in quo ita legitur: (a) *Decrevimus, ſicut* SANCTA REGULA *dicit, ut Monaſterium, ubi fieri poſſit, per Decanos ordinetur; quia illi Praepoſiti ſaepe in elationem incidunt;* quae ultima verba ex Capite 65. Benedictinae Regulae fuere deſumta. Ne autem aliunde explanationem mutuari debeas, audi, quid ibidem dicitur: *Abbates cenſuimus ita cum Monachis ſuis pleniter vivere, ſicut ipſi, qui in praeſenti Synodo aderant, palam nobis omnibus promiſerunt, id eſt ſecundum doctrinam* SANCTAE REGULAE *Benedicti*. Et inferius loquens de Abbatiſſis ait: (b) *Quae profeſſionem* SANCTAE REGULAE *Benedicti fecerunt, regulariter vivant*. Omitto Canonem viceſimum, ubi loca, & aedificia Monachis congrua provideutur, *ſicut in* SANCTA REGULA *dicitur*; quem locum ne forte ad aliam Regulam detorqueas, mox iſtius Sanctae Regulae referuntur haec verba: *Monaſterium autem ita debet conſtitui, ut omnia neceſſaria infra Monaſterium exerceantur;* quae totidem verba reperiuntur in Benedictinae Regulae Capite 66.

Troslejanum.

Moguntino accedit Troſlejanum Anno 909. convocatum, quod laudata *Sancti, & Sancto Spiritu pleni Beatiſſimi Patris Benedicti Regula*, poſt aliquot verſus ita inquit: (c) *In ipſo ingreſſu lectionis* SANCTAE REGULAE *legitur de eligendo Abbate, & qualis eſſe debeat*: Quod Capitis ſecundi Regulae S. Benedicti eſt argumentum. Nimius ſim, ſi ex Patrum, Auctorumque ſcriptis referam

Patres, & Scriptores

locos omnes, in quibus Regulae Sanctae nomen ſoli Benedictinae tribuitur.

S. Eigil Abbas.

Id diſerte probat S. Eigil Fuldenſis Abbas, dum ait: (d) *Quumque plurima illic Monachorum Congregatio ſub* SANCTAE REGULAE *diſciplina diſtrictam duceret vitam*.

B. Paſchaſius Radbertus.

Idem luculenter docet B. Paſchaſius Radbertus his verbis: (e) *Nequaquam igitur minus videtur, eum defendiſſe ab hoſtibus, & religioſiſſime ſub* SANCTA REGULA, *& augmentaſſe ſtudioſiſſime*. Idipſum praeclare demonſtrat S. Benedictus

S. Benedictus Anianenſis.

Anianae Abbas, dum inquit: (f) *Sumite haec Monachi monita, quae* REGULA SANCTA *vos monet adſidue*.

S. Ardo Smaragdus.

Id etiam planum facit S. Ardo Smaragdus, dum ita loquitur: (g) *Aliorum circuibat cellas, & eis* REGULAE SANCTAE *pandebat abſconſa*.

Aigradus.

Hoc quoque monet Aigradus, dum ſcribit, (h) *S. Uvandregeſilum Fontanellam aedificaſſe, atque cum*

(a) Can. 11. (b) Can. 12. (c) Can. 3. (d) *In Vita S. Sturmii Abbatis* (e) *In vita S. Valae Abbatis Corbeienſis* (f) *In 2. Praef. ad Concord. Regular.* (g) *In vita S. Benedict. Anianen. Abb.* (h) *In Vita S. Ansberti*.

cum magna Monachorum cohorte ſub SANCTAE REGULAE *jugo laudabilem duxiſſe vitam*. Nec minus clare idem oſtendit Paullus Diaconus, qui ita inquit: (*a*) *Sacrum Codicem* SANCTAE REGULAE, *quam praefatus Pater compoſuerat, deferentes. &c.* Et alibi: (*b*) *Petronax brevi multorum Monachorum Pater effectus ſub* SANCTAE REGULAE *jugo, & B. Benedicti inſtitutione vivere caepit*. Et, ne longior ſim, his tantum adjungam S. Petrum Damiani, qui ſic ait: (*c*) SANCTA REGULA *quaſi ampla quaedam, capax, & ſpatioſa domus facta eſt, ad omnia hominum genera capienda*. Ad haec praeter Concilia, & Patres, ſeu Scriptores, innumera ſunt Regum, Imperatorumque diplomata, quae hanc in rem conferre poſſem; ſed ſatis mihi erit, ſi tria tantum huc proferam, unum Theoderici, alterum Caroli Magni, tertium Ludovici Pii, in quibus Regula Sancta pro Benedictina uſurpatur. Theodericus in diplomate confirmationis electionis Eremberti in Corbejenſem Abbatem ſic loquitur: *Ideo noſtra clementia ei indulſit, ut habeat poteſtatem de tota Congregatione ipſius Monaſterii, vel de eorum hominibus, & poſſeſſionibus mobilibus, & immobilibus, ſicut* SANCTA REGULA *docet*, Benedictina ſcilicet, quae vult, (*d*) *in Abbatis pendere arbitrio Monaſterii ſui ordinationem*, & jubet, (*e*) *ut Cellerarius curam gerat de omnibus*, ea tamen conditione poſita, *ut ſine juſſione Abbatis nihil faciat*. Caroli Magni hac de re praeceptum pro Cella-Nova exſtat in Vita S. Benedicti Anianenſis, ejus rogatu conceſſum, in quo ita legitur: *Denuo per noſtrae auctoritatis praeceptum ei, & Monachis ſuis inibi ſub* SANCTA REGULA *conſiſtentibus* &c. Et ne Cennius obiiciat, me externa afferre teſtimonia, tertium produco Ludovici Pii diploma, Hiſpano Monaſterio Arulenſi Anno 821. datum, quod in Appendice Marcae Hiſpanae, (*f*) ab ſe non ſemel citata, videre poterat. Ex eo tam perſpicue patet, REGULAE SANCTAE nomen Benedictinae Regulae fuiſſe adtributum, ut turpe ſit vel id dubitare. En ejus verba: *In quo nunc, Deo opitulante, cum turba Monachorum ſub* SANCTA REGULA *militat*. Et ut pro certo habeas iſtam SANCTAM REGULAM non aliam eſſe, quàm Benedictinam, inferius leges: *Qui eos ſecundum Regulam Sancti Benedicti regere valeant, licentiam habeant eligendi Abbates*. REGULAE SAN-

DISSERT. II. CAP. III.

Paullus Diaconus,

S. Petrus Damiani.

Diplomata

Theoderici pro Corbeienſi Monaſterio,

Caroli Magni pro Cella-nova,

Ludovici Pii pro Monaſterio Arulenſi Hiſpano

(a) *Lib.* 4. *Hiſt. Langobard. Cap.* 6. (b) *Lib.* 6. *Cap.* 40. (c) *Opuſc.* 13. *Cap.* 7. (d) *Cap.* 65. (e) *Cap.* 31. (f) *N.* 3.

Digitized by Google

Baſtideus, Sandovallius, Calmetius, Ruinartius, Mabillonius, & Du-Freſneus: Ex quibus omnibus liquet, a S. Fructuoſo ſervatam fuiſſe in Complutenſi Monaſterio Regulam Sanctam, Benedictinã ſcilicet, quae Ordonio Rege, in Monaſterio S. Petri de Mõtibus vigebat.

CTAE elogio inſignitam fuiſſe S. Benedicti Regulam, multis probant Philippus Baſtideus, Sandovallius, Calmetius, Ruinartius, Mabillonius, quibus inter externos adſentitur Carolus Du-Freſneus in ſuo Gloſſario mediae, & infimae Latinitatis, ubi REGULA SANCTA, ait, *eadem, quae S. Benedicti*. Ex his omnibus manifeſtum eſt, praedictum Chindaſvindi Regis diploma ſtatuentis, ut *qui de loco, vel Eccleſia* Monaſterii Complutenſis, *Monaſticam traditionem, aut* REGULAE SANCTAE *conſtitutionem voluerit evellere, ſit anathema*, explicandum eſſe de Regula S. Benedicti: quae proinde ante id tempus in Hiſpaniis jam ubique recepta erat in Monaſteriis: Sicuti eadem ipſa verba Ordonius Rex in ſuo diplomate, quod Monaſterio S. Petri de Montibus conceſſit, pro Benedictina Regula expoſuit. Poſtquam enim dixit: *Omnem doctrinam Deificam, conſtitutam in Regula Beati Benedicti* &c. inferius ſubdit: *Aut de loco, vel Eccleſia ipſe veſtrae regulae Monaſticam traditionem, aut* REGULAE SANCTAE *conſtitutionem voluerit evellere, ſit anathema* &c. Hinc Cennius diſcat intra inſtituti ſui limites conſiſtere, Monachiſque res Monaſticas tractandas relinquat. Si quis enim S. Benedicti Regulam PATRUM, vel SS. PATRUM REGULAM nuncupatam dixerit, proculdubio ei animum offendet: & quidem ſic etiam vocatam luculenter oſtendit Baſtideus in ſua Diſſertatione *De Regulae S. Benedicti Gallicana propagatione*, (a) ex qua haec libare juvat. S. Benedicti Regula cur PATRUM, vel SS. PATRUM REGULA jure ac merito nominata fuerit, non una eſt ratio. Primo, quia *S. Benedictus Regulam, quae ſpiritualibus hominibus eſſet accommodata, è Sanctorum Vitis, Spiritu Sancto docente, & oſtendente, condiderat*, ut refert S. Hildegardis in Vita S. Diſibodi. Secundo, quia Benedictina Regula multum a Sanctis Patribus eſt commendata, & Monachis ad recte vivendum tradita: *Accipe*, inquit Ordo Romanus, *Regulam a Sanctis Patribus nobis traditam ..... Accipe Monaſticae converſationis Regulam*. Nomine REGULAE SS. PATRUM Benedictinam intelligi certum eſt ex Sveſſionenſi privilegio, in quo expreſſis verbis, quaenam ſit SS. PATRUM REGULA, notatur, & explicatur: *Sancto igitur amore ſuccenſi* (Ebroinus ſcilicet Majordomus, Leutrudis ejus uxor, & Bovo eorum filius, inquit

S. Benedicti Regula cur etiam Patrum, ſeu SS. Patrum Regula nuncupata?

Ita vocata in Sveſſionenſi privilegio

(a) *Cap. 8.*

Digitized by Google

quit S. Drauſcio Sveſſionenſis Epiſcopus) *intra Coenobii ſepta Baſilicas conſtruxerunt, ubi puellae Virgines, ac Deo ſacratae Aeteria Abbatiſſa, relicta Saeculi pompa, ſub* REGULA BEATISSIMORUM PATRUM *ad Laudes Chriſti diu, noctuque canendas*. Ut vero nullam errandi occaſionem praebeat, ſuam de SS. PATRUM REGULA mentem ſequentibus verbis aperit: *quod nos tractantes .... benevola deliberatione hoc privilegium in Dei nomine ad praedictum Monaſterium tribuendum indulſimus, quo .... ut intra Monaſterium virgines, & caſtae debeant Deo militare ſecundum Regulam S. Benedicti .... & ad modum Luxovienſis Monaſterii, quod B. Columbanus tenuit*. Nec minus clare idipſum conſtat ex privilegio, quod Petrus Antiſtes Mediolanenſis Anno 789. Benedicto Abbati S. Ambroſii conceſſit, in quo ita legitur: (*a*) *Abbas cum fratribus omnia ſecundum inſtituta Ven. P. Benedicti, ejuſque Regulam diſponat, & ordinet, & numquam Abbas ibidem ordinetur extraneus, niſi aut .... aut quem fratres eligant, qui eos ſecundum Divinas leges, & Patrum Regulas valeat gubernare*. Et ne ab Hiſpania digrediar in inſigni Bibliotheca Eſcurialis, teſte Rodriguezio, (*b*) eſt Regula Gothica antiquiſſima S. Benedicti, cui titulus eſt: REGULA SS. PATRUM. *Incipit prologus* SS. REGULA PATRUM *Monachorum. Auſculta, o fili, praecepta Magiſtri &c.* Regula igitur SS. Patrum, quae indicatur in privilegio Corbejenſi, in Epitaphio S. Wilfridi a Beda citato, & in quorumdam Sanctorum Vitis, dubium non eſt, quin ſolam Benedictinam importet, quae in illis Monaſteriis ſervabatur.

In Mediolanenſi.

& ſic in Hiſpaniis

Inſcripta.

VII.

S. Benedicti Regulam in Hiſpaniis viguiſſe evincunt Concilium Toletanū VII. quod decernit conſentanea Regulae S. Benedicti.

Venio ad Concilia Toletana, quae nova mihi ſuggerunt argumenta, quibus ut cum maxime S. Benedicti Regulam in Hiſpaniis viguiſſe confirmem. Et quidem ſi ſeptimum ſpectem eodem Anno celebratum, quo Chindaſvindus Rex S. Fructuoſum privilegio honeſtavit, deprehendo Canonem V. decernentem, *nullos ad tam ſanctum propoſitum* Recluſionis *admittendos, niſi prius in Monaſteriis conſtituti, & ſecundum ſanctas Monaſteriorum Regulas plenius eruditi, & dignitatem honeſtae vitae, & notitiam poterint ſanctae promereri doctrinae*: quod Regulae S. Benedicti (*c*) omnino conſentaneum eſt, edicentis, ut ad vitam Eremiticam, ſeu Anachoreticam nullus prius admitta-

(a) *Apud Puricellum*. (b) *De antiquit. Reg. S. Bened. in Hiſp. adverſus Cennium prol. 6. 4. 1. n. 9.* (c) *Cap. 1.*

DISSERT. II. CAP. III. Toletanum VIII habitum in Eccleſia SS. Petri & Paulli

tatur, quam *Monaſterii probatione diuturna didicerit contra Diabolum multorum ſolatio jam doctus pugnare.* Si Toletanum octavum expendam, detego & locum, in quo coactum fuit, & perſonas, quae convenerant, ſatis oſtendere S. Benedicti Regulam in Hiſpaniis longe antea receptam. Primum clare indicant Acta Concilii, dum Regem, & Regni proceres in Eccleſiam SS. Petri & Paulli ſe contuliſſe, adſerunt, quo etiam Patres coiverant. Ibidem quoque celebratum fuit Concilium XIII. ſub Ervigio, & XV. ſub Egica, atque aliud ſub Witiza, quod licet cum ceteris Conciliis, ut inquit Yepeſius, (a) conjunctum non ſit, Hiſtoria tamen generalis, Alphonſi ſapientis juſſu in lucem emiſſa, omnem dubitationem tollit: en ejus verba: (b) *Et iſte in Eccleſia Sancti Petri Apoſtoli extra Toletum ſita, quae ad Dominas Moniales Nigras ſpectat, Concilium fecit cum Epiſcopis, & proceribus ſui Regni, ſuper regimine, ac ordinatione ſuae terrae.* Color niger quos Monachos, & quas Moniales exprimat, ſatis omnes ſciunt: *Trado, & concedo* (inquit Ethelbaldus Rex Anno 716.) *Omnipotenti Deo, Beatae Mariae, & Sancto Bartholomaeo de dominiis meis ad fundationem Nigrorum Monachorum ſub norma Sancti Benedicti famulantium totam Inſulam Croylandiae.* Ethildrita Regina *pro regali diademate*, inquit Thomas Elienſis Monachus, (c) *humili obumbratur velamine, pro byſſo, & purpura ambitur nigra veſte & aſpera.* Adſidue hoc colore Canoniſtae, Theologi, ac Concilia nos pingunt. *Monachi Nigri ſimpliciter*, ait Ferrarius, (d) *pro Benedictinis intelliguntur.* Ab antiquo nuncupari caeperunt Monachi Nigri, ut liquet ex Clement. I. de ſtatu Monach. & ex Conſt. Benedicti XII. Conſtitutiones Apoſtolicas loquentes de Monachis Nigris, convenire Benedictinis, non autem Baſilianis, quamvis habitum nigrum quoque geſtantibus, docet Cardinalis de Luca. (e) Quocirca nemo inficias iverit, laudata Concilia ad SS. Petrum & Paullum Nigrarum Monialium habita in Eccleſia Praetorienſi Parthenonis Ordinis S. Benedicti non procul a Palatio Regio fuiſſe celebrata. Rem ita eſſe aperte teſtatur Mariana, dum inquit: (f) Concilium Toletanum XVIII. habitum *in Petri & Paulli ſuburbano Templo, ubi per ea tempora Benedictinarum Virginum domicilium erat*, Hanc in rem citavi teſtem certiſſimum,

Monialium Nigrarum,

Ideſt Benedictinarũ,

ut explicant Canoniſtae, Theologi, & Scriptores;

Et rem ita eſſe teſtatur Mariana.

(a) *In Chron. gen. ad Ann.* 653. (b) *In Egica.* (c) *In ejus Vita n.* 24. (d) *In notis ad Reg. S. Bened.* (e) *De juriſdict. diſc.* 28. *n.* 7. (f) *Lib.* 6. *Cap.* 9.

Digitized by Google

DISSERT. II.
CAP. III.

ſimum, *qui*, monente Baronio, (*a*) *veritatis amator, & pietatis optimus cultor erudito ſtylo poſtremam manum adpoſuit rerum Hiſpanicarum Hiſtoriae*. Quod ad alterum ſpectat, ex iis, qui Concilio interfuerunt, duos tantum ſe ligam Eugenium, & S. Ildefonſum, quos Benedictino Ordini addictos, praeter Benedictinos, externi quoque Scriptores adfirmant. Eugenium juniorem Archiepiſcopum Toletanum, quem perperam Cennius in eorum numerum adgregat, (*b*) qui *poterant eſſe Monachi, etiam ſi Coenobium minime incolerent, citra devotos a pueritia*, reipſa fuiſſe Monachum, docet S. Ildefonſus: *Hic quum Eccleſiae regiae*, ait, (*c*) *Clericus eſſet egregius, vita Monachi delectatus eſt. Qui ſagaci fuga urbem Caeſarauguſtanam petens, illic Martyrum Sepulcris inhaeſit, ibique ſtudia ſapientiae, & propoſitum Monachi decenter incoluit*. Quaenam ſunt Caeſarauguſtae Martyrum Sepulcra, quibus inhaeſit Fugenius, niſi Monaſterium S. Encradis, ſeu Encratiae ad Maſſam-Candidam, ideo ita appellatum, quòd innumerorum Martyrum cineres eo confluxiſſe, ſeque ſuo candore prodidiſſe feruntur? Sacra haec lipſana penes noſtri Ordinis Monachos fuiſſe, quum Hiſpania Gotthorum imperium perferret, atque S. Eugenius Benedictinae legi pareret, immo etiam dum Mauri regnarent, ſcriptum reliquit Zurita: *Hic Monialium Conventus*, ait, (*d*) *quas poſtmodum Minoretas, vocarunt, juxta S. Encratidis Monaſterium locum cepit, quod Ordinis S. Benedicti erat, ubi Monachi reſidebant a tempore, quo Civitas Caeſarauguſtana Mauris ſerviebat. Sub Paterno vero Caeſarauguſtae Epiſcopo, & Papa Gregorio, adnexum fuit Eccleſiae Jaca & Hueca cum Parochia de las Santas Maſſas*. Quae Zuritas Anno 1219. memoriae prodidit; unde elucet Candidas-Maſſas multis Saeculis ad Benedictinos pertinuiſſe, Blancaſius paullo apertius exponit: *Olim autem, inquit,* (*e*) *ibi Monachos Divi Benedicti degiſſe*, MANIFESTA OMNIBUS, ET NOTA RES EST, *fuiſſeque illius fani religionem tantam, ut Anno Chriſti* 651. *Eugenium a Toleto patria ad hujuſmodi dictorum Monachorum Coenobium, tamquam ad locum religionis inſignem, ceteriſque aliis praecellentem veniſſe conſtet, fuiſſeque ibidem aliquandiu diverſatum; quumque in eodem eſſet ipſius Divi Benedicti deditus Inſtituto, a Cindaſvintho Gotthorum Rege, Toletanoque Clero*

Laudato Concilio interfuerût

Eugenius junior, quem Cennius adgregat iis, qui poterant eſſe Monachi, etſi Coenobium non incolerent; ſed eum, S. Ildefonſus docet, reipſa fuiſſe Monachum Caeſarauguſtae ad Martyrum ſepulcra, id eſt Monaſterii S. Encratidis ad Maſſam-Candidam,

& quidem Benedictinum,

ut teſtantur Zurita,

& Blancaſius;

ro

(a) *Ad Ann.* 688. *n.* 2. (b) *Cap.* 3. *n.* 4. (c) *De Vir. illuſtr. Cap.* 14. (d) *Lib.* 2. *Annal. Aragon.* (e) *In Comment. rer. Aragon.*

Digitized by Google

ac S. Ildefonſus, quem perperam Trullus ſuis Canonicis ſocium adjungit,

ro in Toletanae Eccleſiae Antiſtitem evectum. Inter Abbates, qui laudato Concilio adſiderunt, erat S. Ildefonſus, quem, neſcio qua ratione ductus, Joannes Trullus Canonicus Regularis hiſce verbis a nobis avellat: *Et poſt annos aliquot Agalienſe Coenobium Ordinis Canonicorum Regularium*, inquit, (*a*) *in Toleti ſuburbio, Deo militaturus ingreſſus, & paullo poſt Abbas conſtitutus*.

quum vere fuerit Monachus, ut ſcribunt Julianus Archiep. Tolet.

S. Ildefonſum fuiſſe Monachum Agalienſis Monaſterii Julianus Archiepiſcopus Toletanus dilucide teſtatur: *Hic ſub rudimentis*, ait, (*b*) *adhuc infantiae degens . . . . . . vita delectatus eſt Monachorum, contemtiſque parentum, rerumque mundanarum adfectibus, Agalienſe Monaſterium petiit . . . . . . Monachumque ſe in eo multis fere annis decenter exhibuit . . . . . . Rector deinde effectus Agalienſis Coenobii, Monachorum mores exercuit*. Vides heic nullam fieri de Canonicis Regularibus mentionem; & nihilominus Addentes ad Bollandum, Trulli forſan auctoritate freti, Monachis ius ſuum tribuere detrectant;

& Ipſe S. Ildefonſus,

Sed audi ipſum Ildefonſum de ſe loquentem: (*c*) *Agalienſe dico, cujus me ſuſceptio Monachum tenuit*.

& quidem Benedictinus, ut patet ex Ordine Romano,

Et quidem Benedictinum, quum eo Saeculo non fuerit alia profeſſio Monaſtica, niſi Benedictina, ut patet ex Ordine Romano ſcripto medio Saeculo VII. & in lucem edito ab Hittorpio, in quo haec pro veſtiendo Monacho praefinitur formula: *Accipe hoc ſalutare indumentum, quod Venerabilis Pater Benedictus illaeſum cuſtodivit*.

& teſtantur Alcocer,

Et aperte teſtiſicatur Alcocer Hiſtoriae Toletanae Auctor: *Ildefonſus*, inquit, (*d*) *quum ad Religionem inclinaret animus, invitis parentibus, habitum S. Benedicti in Agalienſi Monaſterio ſumſit*. Hic teſtis reiici non debet, quum Monachus non fuerit:

Marieta,

cui praeterea ſubſcribit Joannes Marieta, qui Libri ſui quinti caput quadrageſimum nonum ſic inſcripſit: *De Sancto Ildefonſo Ordinis S. Benedicti, Archiepiſcopo Toletano*.

Carranza,

Marieta eſt e familia Sancti Dominici, cui adſentitur Carranza Carmelita, qui, S. Ildefonſum S. Benedicti inſtitutum ſequutum fuiſſe, fatetur. (*e*)

Villegas,

Nec ab his diſſentit Alphonſus Villegas Societatis Jeſu, *qui*, ut ait Bollandus, (*f*) *addit, jam olim in Hiſpania celebrem fuiſſe eorum* (SS. MM. Juliani &c.) *memoriam, ac varia eiſdem dicata Templa, quorum unum erat non procul a moenibus urbis Toletanae in Monaſterio Agalienſi Ordinis S. Benedicti*.

& alii.

Praetereo Rodri-

(a) *Lib. 1. Cap. 6. Ord. Canonic. Regul.* (b) *De S. Ildefonſo*. (c) *De Vir. illuſtr. Cap. 7.* (d) *Lib. 1. Cap. 34.* (e) *In Vita S. Ildefonſi*. (f) *Ad diem XI. Januar.*

driguezium Ordinis S. Franciſci, (*a*) Romanum Auguſtinianum (*b*) Julianum de Caſtillo, (*c*) Gundiſalvum de Illeſcas, (*d*) Benedictinaque Martyrologia, & adquieſco in duabus Bullis Pontificiis, (*e*) exſiſtentibus apud Congregationem S. Benedicti Vallifoletanam, quae S. Ildefonſum inter Sanctos ejuſdem Divi Patriarchae adnumerant. Si excutiam Concilium Toletanum XI. video Regem Uvambam, qui paucis poſt annis, Anno ſcilicet 680. ad Monaſterium Pampligae Ordinis S. Benedicti convolavit, ibique, quamdiu vixit, in Religione permanſit. Teſtes in hanc rem ſunt, ultra aliqot ex praedictis Scriptoribus, Garibajus, Taraſa, Ritius, nec non antiquus Codex Coenobii Arlancenſis. Eoſdem rem ipſam loqui, conſtat ex Diplomate Alphonſi Regis dicti Sapientis, quod profert Doctor Pulgarius, (*f*) & in quo ita legitur: *Pro certo habentes, nobilem Regem Uvambam negotium ſuum tam bene geſſiſſe, ut aeternae mortis periculo ſubtracturus animam, antequam e vita exiret, Religionem* MONACHORUM NIGRORUM *amplexatus fuerit in S. Vincentii Monaſterio de Pampliga &c.* Monachorum Nigrorum nomini ſubiici ſignificationem Benedictinorum, ſuperius oſtendi. Eadem veritas magis elucet ex alio inſtrumento, (*g*) in quo refertur, Philippum II. cum Praelatis, & Proceribus regni vidiſſe Regis Uvambae ſepulcrum reſeratum, in quo *cum oſſibus Corpus Sanctum olentibus fragmentum Caputii, & quedam Scapularis fruſta reperta fuere . . . . . . Creditur id eſſe Corpus Regis Uvambae,* QUI OBIIT MONACHUS BENEDICTINUS &c. Laudati Regis aevo exſtitiſſe in Hiſpaniis inſigne Monaſterium S. Eulaliae Sacrum, Benedictinis legibus adſtrictum ex firmiſſimis monumentis patet. *Florentius Eccleſiae Monaſterii S. Eulaliae Abbas* Concilii Toletani XI. ſubſcriptor reperitur. Monaſterium ſub eodem titulo perſeveraſſe uſque ad Annum 950. liquet ex privilegio, (*h*) quod Garcias Rex, & Munia Regina ejus uxor eidem conceſſerunt: *Domnis Sanctis, atque glorioſis, & poſt Deum nobis fortiſſimis Patronis venerandis Martyribus, quorum Reliquiae conditae requieſcunt* S. EULALIAE *Virginis, & S. Vincentii Levitae, in cujus honore Baſilica* AB ANTIQUIS *fundata eſſe dignoſcitur in Sub-urbio Legionenſis Civitatis in Valle, quam vocitant Eliſonciae &c.* Privi-

Regem Uvambam fuiſſe Benedictinum, docent Hiſtorici.

Diploma Alfonſi Regis.

& aliud Inſtrumentum.

Monaſterium S. Eulaliae Legionenſe fuiſſe Benedictinum

(a) *Lib.* 2. 9. 313. *artic.* 4. *Quaeſt. Regular.* (b) *Hiſt. Eccleſ. Lib.* 3. (c) *Hiſt. Gotth. Lib.* 2. *diſc.* 9. (d) *Lib.* 4. *Hiſtor. Pontif.* (e) 81. 82. (f) *Hiſt. Palent. T.* 2. *p.* 344. (g) *Pulgar. T.* 4. *p.* 446. (h) *Apud Rodrig. contra Cenn. prop.* 4. §. 1.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III. vilegium Rex, Regina, Gennadius Epiſcopus Aſturicenſis, Attilanus Epiſcopus Zamorenſis, Cixilla Legionenſis, &c. & demum decem Monachi ejuſdem Monaſterii ſubſcribunt. Coenobium variis Maurorum incurſionibus patuit, numquam tamen ex toto vaſtatum, & direptum. In graviori, quem in illud Rex Arabum Cordubienſis dedit, impetu, ſubſtantia omnis Monachos defecit, Rege Uveremundo, & Abbate Ordonio; ad ſuſtentandam enim vitam feraciorem agrum diſtrahi ſtatutum fuit, ut liquidum eſt ex Actis venditionis. Poſt haec Hurraca Alfonſi Regis ſoror Monaſterium auxit, ditavit, privilegio donavit, Sanctiſque Petro, & Paullo dicavit. Id perſpicuum eſt ex diplomate, (a) cujus haec ſunt verba, ex quibus apparet, quam Regulam antea etiam ſervaverat: *Hoc eſt privilegium, quod facio ego Hurraca Ferdinandi Regis, & Santiae Reginae filia ...... Offero itaque tibi, bone Deus, Coenobium in honorem Principis Apoſtolorum Petri, & Vas electionis Paulli conſtructum, in Valle Eliſonza ſitum, quod Coenobium Tritavus Garſeas Rex in cultui ne Regni poſitus conſtruxit etiam, & Collegium Monachorum ſub Regula S. P. Benedicti Deo militantium decoravit, cum benedictione Abbatis adjuvando perornavit, qui Regio ſumptis Eccleſiam raropere aedificavit &c.* Omitto alios Abbates, qui interfuerunt laudato Concilio, qui quum in Hiſtoria generali Hiſpaniae antiquiori, & certioris fidei, ſcripta juſſu Alfonſi X. Regis dicantur *Abbates Benedicti*, dubium non eſt, quin fuerint Benedictini, quibus unis Ordo Romanus ab Hittorpio editus adſignat Benedictionem, in qua examinatur Abbatis benedicendi *propoſitum*, & *S. Benedicti Regulam ſi velit ipſe obſervare*. Tamdem ſi Toletanum XIII. revolvam, ſubſcriptum cerno Citruvinum Abbatem Caſtrenſis Monaſterii, vice Stephani Epiſcopi Carcaſſenſis, qui in locum Richardi Anno 692. ſuffectus fuit Epiſcopus Albigenſis. (b) Monaſterium Caſtrenſe, nunc Epiſcopalem Sedem, Anno 647. a tribus nobilibus Viris Roberto, Anſelino, & Daniele, *juxta fluvium Agonti* ſub patrocinio, & Regula S. Benedicti conſtructum fuiſſe, docet Spicilegium Dacherianum. (c) Primus loco praefuit Robertus Abbas, cui ſucceſſit Fauſtinus, qui S. Benedicti Baſilicam magno ſumtu aedificavit, ut patet ex veterrima Inſcriptione, quae etſi, ut

patet ex diplomate Hurracae.

Citruvinus Abbas Caſtrenſis

ſub Regula S. Benedicti

(a) *Apud Rodrig. ibid.* (b) *Spicil. T. 7. p. 336.* (c) *Idem. T. 7. p. 335.*

Digitized by Google

ut ſcribit Borellus, e loco ſuo mota fuerit ſub Joanne XXII. quando ſcilicet haec Baſilica in Cathedralem erecta novam formam accepit; ſupereſt tamen ejus exemplum, immo & integra refertur in veteri Chronico Caſtrenſi in hunc modum:

DISSERT. II. CAP. III.

Fauſtinus, lapſis a Mauri
Morte decem octo Luſtris,
Has Sancto Benedicto dedicat Aras.

Citruvinum hujus Monaſterii Abbatem Monaſticos ritus puriores in Hiſpanica Monaſteria induxiſſe, qua occaſione Carcaſſonenſis Epiſcopi vice in Toletano Concilio functus fuit, ſuadent ſubjecti verſus: (*a*)

In Hiſpanicis Monaſteriis

Heſperias rigidus cenſor pervenit ad oras,
Ritusque antiquos reſtituiſſe ferunt.
In Toletano Coetu Citruinus obivit
Carcaſſonenſis munus Epiſcopii;
Cumque cathedra ſuo Albigae ſeſſore careret,
Antiſtes factus judicio eſt populi.

ritus antiquos reſtituit,

Neque enim vero eſt ſimile Benedictinum Abbatem reſtituiſſe diſciplinam Monaſticam aliam a Benedictina, quam in Hiſpaniis ſatis antiquam fuiſſe ſecundus verſus aperte demonſtrat.

non alios quidem a Benedictinis.

VIII.

A Conciliis me revocat clades illa, Sarracenica Hiſpaniis exitioſiſſima, quae Oppidis, Urbibuſque expugnatis, Monaſteria excidit, omniaque vetuſtiora monumenta cum ſacris libris ita funditus abſumſit, vix ut, teſte Perezio, (*b*) ex iis aliquod tenue veſtigium ſuperfuerit. Qui tam miſerandae cladis exſtitere ſuperſtites, partim per Gallias fuga diſſipati, partim in arduos Aſturiarum, & Galliciae montes confugerunt. Inibi latuit fidelium grex; at poſtquam reſpirare ei licuit, fixa a Sarracenis Cordubae Regia ſede, fines ſuos in Galliciam dilatavit, & Urbibus, Oppidiſque conditis, Ovetoque Regni capite conſtituto, Eccleſias, & Monaſteria conſtruere incepit. Et ſane Anno 759. in Galliciae Regno ad Montes Aſtruricenſes prope Sarriam Dioeceſis Lucenſis ab Argerico Abbate, qui Toleto profugus ob Maurorum vexationes, eo ſe recepit, S. Juliani Sa-

Sarracenica cladis

ſuperſtites in Aſturiarum, & Galliciae montes confugerunt,

&, ubi reſpirare licuit,

Monaſteria conſtruxerunt.

Argericus Abbas Toleto profugus S. Julia-

Ff

(a) *Idem T. 7. pag. 339.* (b) *In Epiſt. ad Mabillon.*

ni Samonenſe Monaſteriū excitat ſecundum Normam SS. Patrum, ideſt S. Benedicti.

Samonenſe Monaſterium, fundum Froilano Rege ſuppeditante, fuiſſe excitatum ſecundum Normam Sanctorum Patrum docet Ordonii Regis diploma: quod de S. Benedicti Regula intelligendum eſſe ſuperius oſtendi. Sed & Anno 761. apud Aſturias condi coepit celebre Monaſterium Oventenſe, a quo inſignis ejus nominis Civitas originem duxit, veluti complures aliae a Monaſteriis principium traxerunt, ſic ut Monachi noſtri non tantum ad religionem, ſed etiam ad ornamentum ac celebritatem provinciarum non parum contulerint.

OvetenſeMonaſterium condit Fromiſtanus ſub Regula B. Benedicti, quae etiam dicitur *Sancta Regula*.

Primus Ovetenſis Monaſterii conditor fuit Formiſta, ſeu Fromiſtanus, qui ſocios viginti quatuor cum rebus ſuis admiſit *ad ſervitium Dei ſecundum Regulam Beati Benedicti Abbatis*, diras imprecatus iis, qui contra Sanctae Regulae traditionem quidquam ex eo loco auferre, aut abſtrahere tentaverint, aut Abbatem eligere citra Regulam B. Benedicti, & communem loci conſtitutionem contra Canones, & Legum decreta, ut fuſius legitur in Inſtrumento apud Yepeſium (*a*) edito.

Adelgaſter aedificat Monaſterium Obonenſe

Ad haec apud Aſtrures Anno 781. Adelgaſter, Silonis Regis filius aedificavit Monaſterium in propria hereditate, „ loco nominato Obona, ad rivulum Erdeinam ad honorem Dei, & B. Mariae matris ejus, ac S. Michaëlis Archangeli, atque Sanctorum Ioannis Evangeliſtae, Antonini „ Martyris, & S. Benedicti Abbatis,

Ordinis S. Benedicti,

cujus Ordinem, inquit, *in ipſo Monaſterio conſtituimus*. Quidquid vero eidem Monaſterio Adelgaſter donat,

cui donat

id totum tradit *in manu Felicis Abbatis, ita ut ſemper maneat in ſervitio Dei; & Abbas & Monachi Regulam B. Benedicti perenniter cuſtodiant*. Praeter poſſeſſiones, & ornamenta Eccleſiae Adelgaſter Monaſterio largitur etiam libros, videlicet Lectionarium, Reſponſorium, „ duo Pſalteria, unum Codicem Dialogorum, ſcilicet S.

etiam Regulam,

„ Gregorii Papae, & unam *Regulam de Ordine S. Benedicti*. Et unde gentium haec Regula, niſi e Monaſteriis, in quibus Gotthorum tempore ſervabatur? Cur tot ſunt etiam num S. Benedicti Regulae Gotthicis litteris ſcriptae in Monaſteriis Aſturiarum, niſi quia eo delatae a Monachis, qui ſe ex Maurorum clade ſubduxerant?

quae certe in Monaſteriis Gotthorum tempore ſervabatur, a profugis Ovetum uſque delata,

Porro Felix Abbas Obonenſis, quem Adelgaſter ſupra commemorat, fuit Beato Abbati, & Etherio Epiſcopo in confutanda Feliciana haereſi ſocius, quos omnes Elipandus Toletanae Sedis Antiſtes his verbis inſectatur in Epiſtola ad Fi-

(a) *Chron. Bened. T. 2. Append. Script. 2.*

Fidelem Abbatem Aſturicenſem. *Adoleſcentiam ſane fratris noſtri Etherii, lacte adhuc alitam, & nondum ad robur perfectae intelligentiae perductam, veſtra fraternitas erudiat: quia non cum magiſtris optimis, ſed cum ignaris & ſchismaticis, videlicet Felice & Beato antiphraſio, aequales in virtute & pares in errore, habuit collationem.* Aliis monumentis proferendis ſuperſedeo, quum haec omnino ſufficiant ad evincendam Gotthorum tempore in Hiſpaniis Benedictinae Regulae obſervationem, & Cennianos errores caſtigandos evertendoſque. Qui enim ea poterat Ovetum uſque pervadere, Mauris omnia circumquaque occupantibus, niſi dicatur illuc vel per Angelos delata, vel per Monachos, qui ob Arabum tyrannidem eo confugerant, devecta? Quinam fieri poterat, ut vix dum Hiſpaniis in Maurorum ditionem redactis, quum a miſera ſervitute reſpirare non liceret, Benedictinum Inſtitutum per totam late regionem diffunderetur? Sub ipſam Chriſtianorum ad inacceſſa loca fugam Alfonſum Catholicum, qui vix 24. Annis poſt cladem regnare coepit, plurima Benedictina Coenobia condidiſſe docet Antonius de Guevara. Ecquis putet, fervente Maurorum tyrannide in Hiſpania primum S. Benedicti Regulam radices egiſſe, aut quum omnia armis ſtreperent, Benedictinos eo ex Italia, aut Gallia finitima ſuam Religionem propagaturos trajeciſſe? Qui vix vetera exciſa reparare poterant, qua ratione recens appulſo, immo, ſicuti vult Cennius, prorſus ignoto Ordini nova erigerent? Longe igitur antea Benedictinos ſuas Sedes in Hiſpania fixiſſe dicendum eſt; nec enim Adelgaſter, ſi Benedictinus Ordo inibi nequaquam innotuiſſet, in Obonenſi Monaſterio ab ſe conſtructo *S. Benedicti Ordinem collocaſſet.* Hinc percipis, quam vim habeat quidquid dicit Cennius, ſcilicet (*a*) *Neque ante nonum Saeculum Benedictini Ordinis principium in Hiſpaniis figi poſſe*, perſuaſum habens, (*b*) *S. Benedicti Regulam ex Galliis illuc perductam, emergente paullatim Hiſpania ex Maurorum jugo Francorum Regum ope*, quum complura Benedictina Monaſteria, ut modo vidiſti, conſtructa fuerint antequam Catalonia in Pippini, Caroli Magni, ſeu Ludovici Pii fidem pertranſiret; & ſi qua condita fuerunt, dum pars aliqua ejuſdem regionis Pippino pareret, unuſquiſque cognoſcit, quam ſit abſonum fidei, S. Benedicti Regulam ex Galliis Ovetum uſque fuiſſe ad-

DISSERT. II. CAP. III.

quum aliter eo, Mauris omnia circumquaque occupantibus, pervadere non poſſet.

eo vel magis, quod ſub ipſam Chriſtianorum fugam Alfonſum plurima Benedictina Coenobia condidiſſe docet Antonius de Guevara.

Hinc toto errat Coelo Cennius dicens, ante IX. Saeculum figi non poſſe Benedictini Ordinis principium in Hiſpaniis.

(a) *Cap.* 3. *n.* 8. (b) *Cap.* 3. *n.* 19.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

veſtam eo praeſertim tempore, quo longiſſimum terrarum ſpatium, quod Gerundam inter, & Aſturias interjacet, immaniſſimo Maurorum dominatu premebatur. Ex productis monumentis etiam intelligis, quomodo ſtare poſſit, quod Cennius alibi dicit, (*a*) videlicet: *Deinde attuli ex Marca Hiſpanica Pariſienſis Archiepiſcopi documenta, plura Ordinem S. Benedicti inibi vindicantia. Nunc vero animadverto, quod iis ex documentis, quae diligentiſſime perquiſita ab eodem Archiepiſcopo in Chartulariis, & Secretariis Eccleſiarum Hiſpaniae, & ab ejuſdem continuatore Viro doctiſſimo congeſta, & in lucem edita in laudati operis Appendice exſtant, nullum excedit tempora Ludovici Pii. Namque ad Monaſteria quod adtinet, chartam donationis invenio Monaſterio Exalatenſi factam a Protaſio Archipresbytero, & ſociis ejus Anno* 855. Probe enim noſti Archiepiſcopum Pariſienſem agere de Marca Hiſpanica, quae, Morerio, & Baudrando teſtibus, *dicebatur aevo Ludovici Pii, & Caroli, & ſequentibus temporibus ea regio, quae hodie Catalonia dicitur. Ea de cauſſa Vir illuſtriſſimus Petrus de Marca Pariſienſis Archiepiſcopus titulum fecit Libro, in quo tractat de rebus Cataloniae* & *circumjacentium orarum, ſeu limitum*, & ex chartulariis non Eccleſiarum totius Hiſpaniae, ſed Marcae Hiſpanicae tantum, ut legenti patet, documenta depromſit, quae (antiquioribus Sarracenica clade conſumtis) nonniſi ab Anno 819. incipiunt. Ad Monaſteria vero quod adtinet, monumentum deprehendo non Anno 855. ſed 821. conditum ordine tertium pro Monaſterio Arulenſi, quod jam Caſtellanus Abbas conſtruxerat *in aedificia antiqua, in quo nunc, Deo opitulante, cum turba Monachorum ſub* SANCTA REGULA *militat*, id eſt *Regula S. Benedicti*, ut inferius legitur. Sed pono, Archiepiſcopum Pariſienſem antiquiora etiam protuliſſe documenta: num quia S. Benedicti Regulam ſilentio premunt, ea non vigebat in Hiſpaniis? Dixi ſuperius argumenta negantia nihil probare. *Argumentum deſumtum*, inquit Sacra Rota, (*b*) *ex eo, quod apud Hiſtoricos nulla habeatur mentio, eſt leviſſimum, praeſertim quum de iis regionibus agatur, in quibus propter ſtatus mutationem, regnorumque revolutiones antiquitatum veſtigia in gravioribus etiam perierunt*. Nec ab ea diſſentit Baronius, dum ait: (*c*) *Levis admodum, atque nullius*

Marcae Hiſpanicae documentis deceptus, quae nonniſi Cataloniam, & circumiacentes oras complectitur, & ſcripturas non continet antiquiores Anno 819. quarum tertia non Anni 855. ſed 821. monet Arulenſe Monaſterium jam conſtructum in aedificiis antiquis ſub Sancta Regula, id eſt S. Benedicti. Sed ſi antiquiores exhiberet, quae de S. Benedicti Regula ſilerent, nonne eſſet argumentū negativum nihil probans?

(a) *Ibid. n.* 8. (b) *Deciſ.* 353. *n.* 103. *part.* 5. (c) *Ad annum* 39. *n.* 12.

Digitized by Google

DISSERT. II. CAP. III.

lius plane ponderis argumentatio, ſed peculiaris noſtrorum temporum Novatoribus, qui in promtu habent, ut negent quidquid in Scripturis non reperitur expreſſum. Siquidem quum ante X. Saeculum nulli alii eſſent Monachi, praeter Benedictinos, mos non invaluerat nominandi Ordinem, ſive Regulam, niſi neceſſitas expoſtulaſſet. Praeter quam quod quaenam clarior demonſtratio Benedictinae Regulae in Hiſpanis Monaſteriis exercitatione earum rerum, quas illa praeſcribit, & ejuſdem verbis expreſſa? Audi S. Eulogium Presbyterum Cordubenſem & poſtea Martyrem, & confer ea, quae dicit, cum iis, quae praecipit S. Benedictus:

Quum ante X. Saeculum non eſſent alii Monachi, quam Benedictini, quid eorum Ordinis indicio opus erat? Exercitatione Regulae ſatis eos oſtendit S. Eulogius.

S. Eulogius.	S. Benedictus.
In Epiſt. ad Uvilleſindum. Praeerat ei Odoarius Abbas, qui nos digne ſuſcipiens, omnem erga nos humanitatem exhibuit. Et inferius: Quum ab eis vellem diſcedere, omnes ſolo proruunt &c.	*Cap.* 53. De hoſpitibus ſuſcipiendis. Omnibus venientibus, ſive diſcedentibus Hoſpitibus, inclinato capite, vel proſtrato omni corpore in terra, Chriſtus in eis adoretur, qui & ſuſcipitur. Et infra: Omnis ei exhibeatur humanitas.

S. Eulogius Monachus ſtudio fuit, non profeſſione: *ita Clericatum agens proprium, ut Regularem Ordinem non dimitteret alienum*, ſicuti ſcribit Alvarius in ejus vita; *ita Monachis adhaerens, ut Clericus probaretur; ita in Clero degens, ut Monachus videretur*. Quare mirari non debes, ſi Eulogius *Monaſteria frequentans, Coenobia inviſens, & currens ſaepius ad Coenobiorum ſacratiſſimos greges*, S. Benedicti verba uſurpaverit: quod ab eo factum non ſemel invenies, & praeſertim in Memoriali Sanctorum, (*a*) ubi memorat Sabinianum, & Uviſtremundum jam dudum in Coenobio S. Zoili Armilatenſi deditos Monaſticae vitae diſciplinae *ſub Regula, vel Abbate*, quae ſunt S. Benedicti verba (*b*) & copulate intelligenda, id eſt *ſub Regula & Abbate*, ut cum Calmetio explicant communiter Interpretes.

qui Monaſteria frequentans, S. Benedicti verba non ſemel uſurpat.

Porro Cordubienſia Coenobia & ante S. Eulogium, & ejus tempore, Benedictini Ordinis fuiſſe, teſtantur Scriptores Hiſpani, ex quibus ſatis ſit unum audire Moralem ita dicentem: (*c*) *Quamvis autem de Ordine, Habitu, Regula expreſſa mentio non fiat; dubium tamen nullum eſt, hujuſmodi Coenobia Divi Benedicti Regulam ſequuta fuiſſe, quippe id tem-*

Porro Cordubenſia Coenobia Benedictini Ordinis fuiſſe, teſtantur Scriptores Hiſpani, praeſertim Moralis,

(a) *Lib.* 2. *Cap.* 4. (b) *In Reg. Cap.* 1. (c) *Lib.* 14. *Cap.* 1.

temporis per Hiſpaniam, uti etiam per reliquam Europam ſit late propagatam, quod alibi docere conſtitui. Et alibi: (*a*) *Conſtat proinde omnia Cordubae Monaſteria Ordinis S. Benedicti fuiſſe, quod is a principio eouſque egregie floruerit, nec ulla alterius cujuſdam habetur notitia. Itaque antiquus iſte, & per Eccleſiam Dei totam maxime diffuſus ac celebratus Ordo, cujus auctoritas in Hiſpania ſumma eſt, ſuis Sanctis, quos plurimos numerat, etiam multos Martyres utriuſque ſexus Cordubae paſſos addere poteſt. Non certe immerito benedictus iſte Ordo gloriabitur, ut alibi multos magnoſque Sanctos habuerit, ab Hiſpania tamen ſola multos Martyres acceperit.*

& ſuadet ratio multiplex.

Et ſuadet ratio; Aut enim Abbates, ſeu Monachi, qui deſeruerant Monaſteria Cordubenſia, & ad alia Hiſpaniae diruta inſtauranda, vel a fundamentis erigenda confugerant, profitebantur S. Benedicti Regulam, vel non. Si primum concedat Cennius, adſentiri etiam debet, Gotthorum tempore viguiſſe Benedictinae Regulae obſervationem in Monaſteriis Cordubenſibus, quae nulli rationi conſentaneum eſſe videtur fuiſſe conſtructa, quum Maurorum ferocitas efferveſceret. Si alterum neget, quomodo fieri poterat, ut in recens conditis Coenobiis ſecus viverent, ac vivebant in Cordubenſibus, miſſamque facerent Regulam, cui ſe devoverant, ut aliam amplecterentur? Ecquis ſibi perſuadeat Alfonſum Magnum & pium ſupplices Monachos in ſuam ditionem jactatae fortunae perfugium futuram, perſecutionis tempeſtate ejectos ad aliud Monaſticum Inſtitutum adripiendum pro imperio coegiſſe? Id in animum nec ipſi Hiſpani inducunt ſuum, dum ſcribunt (*b*) *pium Regem Alphonſum aedificaſſe multa, & inſignia Monaſteria Ordinis S Benedicti*, quae ex ſparſis Benedictinorum Cordubenſium Reliquiis procul dubio coaluiſſe Moralis, & Ciacconius apertiſſime teſtantur. Abbates igitur, & Monachi Corduba profugi S. Benedicti Regulam, cui in patria addicti erant, ad alia quoque Monaſteria perduxerunt. Sed ut huic Opellae ſummam manum imponam, animadvertat Cennius, Mauros deſtruxiſſe Monaſteria, ut teſtatur Lucas Tudenſis, (*c*) Sacrae Legis Libros ignis incendio tradidiſſe, & multa perpetraſſe enormia; Quare mirum non eſt, ſi vix reperiantur Scripturae, quae S. Benedicti nomen, aut ejus Regulam commemorent. Praeterquamquod non invaluerat apud Monachos privata illa aemulatio extollendi Ordinis ſui,

Mauri deſtruxerunt Monaſteria, ideo non mirū, ſi vix reperiantur Scripturae, quae S. Benedictum, aut eius Regulam nomi-

(a) *Cap. 7.* (b) *Antonius Guevara Epiſc. Mindonien. in Epiſt. ad Alphonſum Fonſecam Burgenſem Antiſtitem.* (c) *In Chron. Lib. 3.*

ſui, ejuſque Inſtitutoris, quum tunc temporis nulli alii Monachi eſſent, quam Benedictini: *Poſt Benedictum omnes Monachi Occidentis militant ſub Regula B. Benedicti, & i pſum habent in Patrem*, inquit S. Antoninus, (a) cui ſubſcribit doctiſſimus Suarezius, (b) qui expreſſe fatetur, Canones, qui poſt, aut prope S. Benedicti tempora de Monachis editi ſunt, de ſolis Monachis S. Benedicti, vel qui ab eo duxerunt originem, loqui, idemque in jure eſſe, dicere Monachum, ac Benedictinum; *nam poſt inſtitutam, & divulgatam Regulam Benedicti omnes Occidentis Monachi ad illam ſe conformarunt*. Quod & confirmant Henſchenius, & Papebrochius, (c) Alteſerra, (d) & Thomaſſinus. (e) Nec immerito, quum *ſexto circiter Saeculo*, teſte Dacherio, (f) *Regulam S. P. Benedicti omnes paene Monachi in Occidente ſint amplexati*: Quod & docet Robertus Autiſiodorenſis, (g) dum ait: *Ab illo tempore* (S. Gregorii) *mos inolevit, ut paene omnes, qui Monachico habitu induuntur, ſecundum hujus S. Patris* (Benedicti) *Regulam ſe vivere profiteantur*. Et ſi res ſe ita non haberet, incaſſum *S. Benedicti Regula* a S. Gregorio Magno *Monachorum Regula*, & *S. Benedictus* a Bonifacio IV. *Monachorum Praeceptor*, immo & a S. Zacharia Papa *Monachorum univerſalis Magiſter & Doctor, & Pater almificus* diceretur. Quapropter Monachis nulli curae erat expreſſio nominis Sancti Benedicti, ſeu ejus Regulae, ut conſtat ex Libro Monachi Dionyſiani de geſtis Dagoberti, & ex Libris Benedictinorum Laubienſium, & Altivillarenſium, in quibus nulla eſt Benedictinae Regulae memoria, quam tamen in laudatis Monaſteriis a primaeva inſtitutione fuiſſe ſervatam huc uſque nemo inficiatus eſt. His rationibus adquieſcat, necne, Cennius, neſcio; opto tamen, ut Terentii monito optime utatur, qui ait: (h)

nent, eo vel maxime, quod nulla erat aemulatio extollendi Ordinis, quum tunc alii Monachi non eſſent, ut docent S. Antoninus, Suarezius,

Henſchenius, Papebrochius,

Da-Cherius,

Robertus Autiſiodorenſis;

alias incaſſum Benedictina Regula a S. Gregorio Monachorũ Regula, & S. Benedictus a Bonifacio IV. Monachorum Praeceptor, & a S. Zacharia Papa Monachorum universalis Magiſter & Pater diceretur.

Si quis eſt, qui dictum in ſe inclementius
Exiſtimavit eſſe, ſic exiſtimet
Reſponſum, non dictum eſſe, quia laeſit prior.
Is ne erret, moneo, & deſinat laceſſere.
Habeo alia multa, quae nunc condonabuntur:
Quae proferentur poſt, ſi perget laedere
Ita, ut facere inſtituit.

COL-

(a) P. 2. *Hiſtor. tit.* 15. *Cap.* 14. (b) *T.* 4. *de Relig.* (c) *In Comment. praevia ad Vitam S. Bernardi Tiron.* (d) *Lib.* 1. *Cap.* 15. (e) *Part.* 1. *Lib.* 3. *Cap.* 24. (f) *In monito ad Libros Conſult. Zachaei Chriſtiani, & Apollonii Philoſophi.* (g) *In Chron. ad Ann.* 538. (h) *In Eun.*

Digitized by Google

Digitized by Google

CONLATIO REGULARUM S. ISIDORI & S. FRUCTUOSI CUM BENEDICTINA.

MONITUM.

In hac Conlatione, Lector benevole, praecipua habes, quae potiſſimum evincunt obſervationem Regulae S. Benedicti in Hiſpaniis, ex, qua praeter, leges ipſaſmet phraſes a SS. Iſidoro, & Fructuoſo uſurpatas evidentiſſime colliges.

REGULA S. P. BENEDICTI.	REGULA S. ISIDORI.	REGULA S. FRUCTUOSI.
CAP. I.		CAP. I. REG. COMM.
De generibus Monachorum.		*Ut nullus praeſumat ſuo arbitrio Monaſteria facere &c.*
Tertium Monachorum teterrimum genus eſt Sarabaitarum, qui nulla Regula approbati .... ſine paſtore, non Dominicis, ſed ſuis incluſi ovilibus, pro lege eis eſt deſideriorum voluptas: cum quidquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt ſanctum, & quod noluerint, putant non licere.		Solent nonnulli ob metum gehennae in ſuis ſibi domibus Monaſteria componere .... Inde ſurrexit haereſis ... eo quod unuſquiſque ſuo quid placuerit arbitrio eligat; quod elegerit, ſanctum ſibi hoc putet ... Et quia ſuo arbitrio vivunt, nulli ſeniorum volunt eſſe ſubjecti.
		CAP. 18. REG. COMM.
In plumbi natura mollit.i.		Non in plumbi natura mollitus.

REGULA S. P. BENEDICTI.

C A P. 2.

Qualis eſſe debeat Abbas.

Cum aliquis ſuſcipit nomen Abbatis, dupli ci debet doctrina ſuis praeeſſe diſcipulis, id eſt omnia bona, & ſancta factis amplius, quam verbis oſtendere.... Quare tu enarras juſtitias meas? Tu vero odiſti diſciplinam &c.

Non ab eo perſona in Monaſterio diſcernatur; non unus plus ametur, quam alius... non convertenti ex ſervitio praeponatur ingenuus... quia non eſt apud Deum perſonarum acceptio... Ergo aequalis ſit omnibus ab eo charitas.

In doctrina ſua Abbas Apoſtolicam debet illam ſemper formam ſervare, in qua dicitur: Argue, obſecra, increpa, ideſt miſcens temporibus tēpora, terroribus blandimenta.

CAP.

REGULA S. ISIDORI.

C A P. 2.

De eligendo Abbate.

Ipſe ſe imitandum in cunctis operum exemplis exhibebit: neque enim aliquid imperare cuique illi licebit, quod ipſe non fecerit.

Circa omnes ſervans juſtitiam; contra nullum livore odii inardeſcens, omnes ex corde amplectens, nullum converſum deſpiciens.

CAP.

REGULA S. FRUCTUOSI.

C A P. 20.

De Officiis Abbatis, vel Praepoſiti.

Abbas, vel Praepoſitus... prius ipſi agant, quod alios docent.... Cujuſque tanta debet ſermonis & vitae conſonantia eſſe, ut id, quod docet verbis, confirmet operibus ſedulis.

C A P. 14.

De excommunicatis.

Abbati, vel Praepoſito juxta perſonarum acceptionem non liceat judicare.

CAP. 20. SUPRAD.

Qui & in patientia diſcretionem, & cum ira exhibeat lenitatem.

CAP.

Digitized by Google

C A P. 3.

De adhibendis ad Conſilium fratribus.

Quoties aliqua praecipua agenda ſunt in Monaſterio, convocet Abbas omnem Congregationem, & dicat ipſe, unde agitur... Si qua vero minora agenda ſunt in Monaſterii utilitatibus, ſeniorum tantum utatur conſilio.

C A P. 4.

Quae ſint inſtrumenta bonorum operum.

In primis Dominum Deum diligere... deinde proximum. Non facere furtum. A ſaeculi actibus ſe facere alienum, iram non perficere, iracundiae tempus non reſervare, non jurare, veritatem proferre, injuriam non facere, non eſſe ſuperbum, non vinolentum, non multum edacem, non ſomnolentum, non pigrum, non murmuroſum, non detractorem, cogitationes malas... ſeniori ſpirituali patefacere, multum loqui non amare, os ſuum a malo & pra-

C A P. 8.

De Collatione.

Ipſa quoque collatio erit pro reliquis cauſis ad utilitatem Coenobii pertinentibus.

C A P. 3.

De Monachis.

Abſtineat a furore, & detractione. Parcat Monachus linguae: a turpibus verbis, vel otioſis linguam avertat, atque indeſinenter cor mundum labiaque exhibeat, affectus animi turpes ab intentione cogitationis abſtergat, torporem ſomni atque pigritiae fugiat, vigiliiſque & orationibus ſine intermiſſione intendat. Gulae concupiſcentiam deprimat... domans jejuniis carnem. Livore invidiae de fraternis profectibus numquã tabeſcat, iracundiae per-

C A P. 21.

De Converſo.

Quod ſi quilibet converſus bonis ac puris moribus enitens, Abbatis, vel aliorum fratrum ſpiritualium fuerit judicio comprobatus... celerius poterit fratrum conſortiis miſceri, ſecundum quod Abbatis, vel fratrum optimorum cenſuerit deliberatio faciendum.

C A P. 1.

De dilectione Dei, & proximi.

Poſt dilectionem Dei & proximi... incumbere orationi, nec vacare, aut torpere.

C A P. 8.

De Obedientia.

Ita definitum eſt, ut cum loquuntur, ut lenta & ſilens vox eſſet, juramento, & mendacio carens, nec fraudem ſtudens, nec multiloquium diligens; murmurationem omnino, & contradictionem, & rancorem neſciens... Patientiae virtus nec o-

vo eloquio cuſtodire, orationi frequenter incumbere, invidiam non habere, contentionem non amare, elationem fugere &c.

CAP. 5.

De obedientia diſcipulorum.

Ideo anguſtam viam arripiunt.. ut non ſuo arbitrio viventes... ſed ambulantes alieno judicio.... Abbatem ſibi praeeſſe deſiderant... Sed haec ipſa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus, ſi quod jubetur, non... cum murmure efficiatur, quia obedientia, quae majoribus praebetur, Deo exhibetur.

CAP.

turbationem a ſe reiiciens &c.

CAP. 5.

De familiaris rei.. appetitu.

Proinde & nos liberi ab actibus Saeculi eſſe debemus &c.

CAP.

dio violetur, nec injuria, nec contumeliis oſmittatur... Parcimoniam ciborum amplectatur.

CAP. 11. 12. 13. 15. 16.

Superbia abdicetur. Monachus debet eſſe veridicus, & ſimplex. Cogitationes ſeniori nullus obcelet. Clamoſus, iracundus, detractor, laſcivus, ebrioſus poenis ſubjaceant. Et Cap. 5. Reg. Comm. Cogitationes de die in diem naſcentes ſuo Abbati numquam celare.

CAP. 5. REG. COMM.

Qualiter debeant Monachi ſubditi eſſe ſuo Abbati.

In tantum debent Monachi praeceptis obedire majorum, ſicut Chriſtus Patri obediens fuit uſque ad mortem.. Primum diſcant voluntates proprias ſuperare, & nihil ſuo arbitrio vel minimum aliquid agere... Et quidquid fecerint, abſque murmuratione faciant.. Nihil tam charum Deo habetur &c... Qui vult arctam, & anguſtam viam in-

Digitized by Google

invenire ... diſcat voluntates proprias ſuperare &c.

CAP. 7.

De humilitate.

Quintus humilitatis gradus eſt, ſi omnes cogitationes malas cordi ſuo advenientes, vel mala a ſe abſconſe commiſſa per humilem confeſſionem Abbati non celaverit ſuo.

CAP. 14.

De ſtrato &c.

Qui nocturna illuſione polluitur, publicate hoc Patri Monaſterii non moretur.

CAP. 13.

De delictis.

Omnes actus, ſive occaſionum neceſſitudines, ſuo ſemper neceſſe eſt, ut Monachus referat Patri. Cogitationes ... & negligentias proprias ſeniori nullus obcelet.

CAP. 5.

De Monachis.

Septimus humilitatis gradus eſt, ſi omnibus ſe inferiorem, & viliorem non ſolum ſua lingua pronuntiet, ſed etiam intimo cordis credat affectu.

Nemo caeteris ſe judicet meliorem, ſed inferiorem ſe omnibus deputans tanta humilitate clareſcat, quanto plus caeteris culmine virtutum coruſcat.

CAP. 12.

De cautela Monachi.

Nonus humilitatis gradus eſt, ſi .... taciturnitatem habens uſque ad interrogationem non loquatur.

Coram ſeniore ſuo prior ... nullus loquatur. Et Cap. 5. Reg. Comm. Nihil loqui niſi ad interrogata. Et Cap. 12. Reg. Comm. Non loquantur, niſi interrogati.

Duo- CAP. CAP.

Duodecimus humilitatis gradus eſt, ſi . . . ubicumque ſedens, ambulans, vel ſtans, inclinato ſit ſemper capite, defixis in terram aſpectibus &c.

C A P. 8.

De Divinis Officiis in noctibus.

Quod reſtat poſt Vigilias, a fratribus, qui Pſalterii, vel lectionum aliquid indigent, meditationi inſerviatur.

C A P. 16.

Qualiter Divina opera per diem agantur.

His temporibus referamus laudes Creatori noſtro ſuper judicia juſtitiae ſuae, ideſt, Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpera, Completorio, & nocte ſurgamus ad confitendum ei.

C A P. 3.

De Monachis.

Indecenter quoque, vel notabiliter non incedat . . .

C A P. 7.

De Pſallendi Officio.

Poſt Vigilias uſque ad Matutinum reficiendum eſt.

In Tertia, Sexta, & Nona tres Pſalmi dicendi ſunt . . . Poſt Veſpertinum . . . . oportet aliquid meditari, quoad uſque Completorii tempus poſſit occurrere . . . Quieſcendum eſt, uſque quo ad Vigilias conſurgatur . . . In Matutinis pſallendi, canendique conſuetudo.

C A P. 8.

De obedientia.

Ita definitum eſt, ut in greſſu nullos ſtrepitus, neque ſaltus amplos tenſis paſſibus facerent, nec aliba dum pergunt, aſpicerent, niſi ante veſtigia ſua.

REGULA S. P. BENEDICTI.

C A P. 19.

De Diſciplina pſallendi.

Sic ſtemus ad pſallendum, ut mens noſtra concordet voci noſtrae.

C A P. 20.

De reverentia orationis.

Facto ſigno a Priore omnes pariter ſurgant.

C A P. 21.

De Decanis Monaſterii.

Conſtituantur Decani, qui ſolicitudinem gerant ſuper Decanias ſuas in omnibus ſecundum mandata Dei, & praecepta Abbatis ſui.

C A P. 22.

Quomodo dormiant Monachi.

Singuli per ſingulos lectos dormiant. Si fieri poteſt, omnes in uno loco dormiant; ſi autem multitudo non ſinit, deni, aut viceni cum

REGULA S. ISIDORI.

Hoc meditetur corde, quod pſallitur ore.

Proſtrati omnes humo, pariter adorabunt, celiterque ſurgētes Pſalmos ſequentes incipient.

C A P. 14.

De ſtrato.

Unus praeponendus eſt Decanus quaſi rector, & cuſtos.

Fratres quoque omnes, ſi poſſibile eſt, in uno conclavi commorari decet. Quod ſi difficile fuerit, certe vel decem, quibus unus eſt prae-

REGULA S. FRUCTUOSI.

C A P. 3.

De Praepoſitis, vel officio.

Omnes ſumma aequalitate conſurgant.

CAP. 12. REG. COMM.

Quid debeant obſervare Decani.

Decani, qui ſuper Decanias ſunt conſtituti, tantam ſolicitudinem gerant... ut nullus proprias faciat voluntates... ſuo arbitrio nihil faciant, niſi mandati.

C A P. 17.

De culpatis.

Duo in uno lecto non jaceant, nec dormire extra cubile proprium cuiquam licentia pateat.

CAP.

Digitized by Google

cum ſenioribus ſuis, qui ſuper eos ſoliciti ſint, pauſent. Candela jugiter in eadem cella ardeat uſque mane.

Cap. 23.

De excommunicatione culparum.

Si quis Frater contumax, aut inobediens, aut ſuperbus, aut murmurans, vel in alio contrarius exiſtens S. Regulae, & praeceptis ſeniorum ſuorum contemptor repertus fuerit, hic ... admoneatur ſemel, & ſecundo ſecrete a ſenioribus ſuis. Si non emendaverit, objurgetur publice coram omnibus. Si vero neque ſic correxerit, ſi intelligit, qualis poena ſit, excommunicationi ſubjaceat. Si improbus eſt, vindictae corporali ſubdatur.

Cap. 24.

Qualis debeat eſſe modus excommunicationis.

Secundum modum culpae excommunicationis, vel diſciplinae debet extendi menſura: qui culparum modus in Ab-

praeponendus Decanus, quaſi rector & cuſtos... Duobus in lecto uno jacere non liceat. Lux autem nocte dormientium locum illuſtret.

Cap. 15.

De delinquentibus.

Si quis in aliquo levi delicto titubans oberraverit, ſemel atque iterum admonendus eſt: qui ſi poſt ſecundam admonitionem a vitio nequaquam fuerit emendatus, congrua facti ſui animadverſione coerceatur. Peccantem nullus occultet: criminis enim eſt conſenſio poſt ſecundam admonitionem celare quempiam peccatorem.

Cap. 16.

De delictis.

